ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΓΑΛΗΝΟΥ

ΑΠΑΝΤΑ.

CLAVDII GALENI

OPERA OMNIA.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

TOMVS V.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1823.

MEDICORVM GRAECORVM

OPERA

QVAE EXSTANT.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.



VOLVMEN V.

CONTINENS

CLAVDII GALENI T. V.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1823.

CONTENTA TOMI V.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΔΙΑΓΝΩΣΕΩΣ ΚΑΙ ΘΕΡΑΠΕΙΑΣ ΤΩΝ ΕΝ ΤΗι ΕΚΑΣΤΟΥ ΨΥΧΗι ΙΔΙΩΝ ΠΑΘΩΝ.

Ed. Chart. to. VI. [p. 519.] Ed. Baſ. to. I. (p. 352.)

Κεφ. α΄. Ἐπειδὴ καὶ δι᾽ ὑπομνημάτων ἔχειν βούλει, ἃ πρὸς τὴν ἐρώτησιν ἀπεκρινάμην, ἣν ἐνέστησα πρὸς ἡμᾶς ὑπὲρ τοῦ γραφέντος Ἀντωνίῳ τῷ Ἐπικουρείῳ βιβλίου περὶ τῆς ἐπὶ τοῖς ἰδίοις πάθεσιν ἐφεδρείας, ἤδη πράξω τοῦτο, καὶ τήνδε τίθεμαι τὴν ἀρχήν. ἄριστον μὲν ἦν αὐτὸν τὸν Ἀντώνιον εἰρηκέναι σαφῶς, τί ποτε βούλεται σημαίνειν ἐκ τοῦ τῆς ἐφεδρείας ὀνόματος. ὡς δ᾽ ἄν τις ἐξ ὧν λέγει κατὰ τὸ

GALENI DE PROPRIORVM ANIMI CVIVSQVE AFFECTVVM DIGNOTIONE ET CVRATIONE.

Cap. I. Quandoquidem per commentarios habere vis ea, quae ad quaeſtionem reſpondi, quam apud me conſtitueram ſuper ſcripto ab Antonio Epicureo libro de praeſidio adverſus proprios affectus, jam hoc aggrediar, hocque duco exordium. Optimum ſane erat ipſum Antonium, quid hoc nomine praeſidii ſignificare velit, manifeſte explicaſſe. Ut autem aliquis de quibus in libro

Ed. Chart. VI. [519.] Ed. Baf. I. (352.)

βιβλίον εἰκάσειεν, ἤτοι τὴν παραφυλακὴν ἢ τὴν διάγνωσιν δοκεῖ μοι δηλοῦν, ἢ καὶ πρὸς τούτοις τὴν ἐπανόρθωσιν. ἐφαίνετο δ', ὡς οἶσθα, καὶ ἀσαφῶς ἑρμηνεύων τὰ πολλὰ τῶν εἰρημένων, ὡς εἰκάσαι μᾶλλον ἔστιν ἢ νοῆσαι σαφῶς. ἐνίοτε μὲν γὰρ δόξει προτρέπειν ἡμᾶς ἐννοεῖν, ὅτι καὶ αὐτοὶ πολλὰ παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ἁμαρτάνομεν· ἐνίοτε δ', ὅπως ἄν τις ἕκαστον ὧν ἁμαρτάνει διαγιγνώσκοι, καὶ πρὸς τούτοις αὖθις, ὅπως ἄν τις ἑαυτὸν ἀπάγοι τῶν ἁμαρτανομένων, ὃ δοκεῖ μοι τοῦ λόγου παντὸς εἶναι σκοπός. ἕκαστον γὰρ τῶν προειρημένων ἄχρηστόν ἐστι καὶ περιττὸν, εἰ μὴ πρὸς τοῦτον ἀναφέροιτο, διορθοῦν δὲ χρὴ αὐτὸν ἐν τοῖς μάλιστα παθήμασι τῶν ἁμαρτημάτων. ἐνίοτε μὲν γὰρ ὡς περὶ μόνων τῶν παθῶν αὐτοῦ ὁ λόγος γίνεται, πολλάκις δὲ ὡς περὶ τῶν ἁμαρτημάτων, ἔστι δ' ὅτε περὶ ἀμφοτέρων διαλέγεσθαί σοι δόξει. ἐγὼ δ' αὐτὸ τοῦτο πρῶτον, ὡς οἶσθα, προδιώρισα, τὰ μὲν ἁμαρτήματα κατὰ ψευδῆ δόξαν εἰπὼν γίγνεσθαι, τὸ δὲ πάθος κατά τινα ἄλογον

differit, conjecturam fecerit, vel obfervationem, vel dignotionem, vel emendationem denique mihi fignificare videtur. At eorum quae dixit multa, ut nofti, obfcure adeo interpretatur, ut conjicere facilius quam aperte ea cognofcere liceat. Interdum namque hortari nos videbitur, ut, quod et ipfi plerumque perinde ac alii erramus, confideremus, interdum autem, qua ratione quis fingula, quae delinquit, agnofcat, ad haec rurfus, quo pacto quis feipfum ab erratis abducat, qui totius orationis fcopus mihi effe videtur. Nam unumquodque eorum, quae prius dicta funt, nifi eo referatur, inutile eft et fupervacaneum, quippe in praecipuis errorum affectibus erigere feipfum ac emendare convenit. Etenim nonnunquam quafi de folis affectibus ipfius oratio eft; plerumque vero tanquam de erroribus; quandoque etiam de utrisque tibi difputare videbitur. Ego vero idipfum primum, ut nofti, prius diftinxi, quum errores ex opinione falfa, affectum ex bruta quadam, quae nobis ineft, facultate rationi re-

ἐν ἡμῖν δύναμιν [520] ἀπειθοῦσαν τῷ λόγῳ· κοινῇ δ' ἀμφότερα κατὰ γενικώτερον σημαινόμενον ἁμαρτήματα κεκλήσθω. λέγω μὲν οὖν ἁμαρτάνειν καὶ τὸν ἀκολασταίνοντα, καὶ τὸν θυμῷ τι πράττοντα, καὶ τὸν διαβολῇ πιστεύοντα. γέγραπται μὲν οὖν καὶ Χρυσίππῳ καὶ ἄλλοις πολλοῖς τῶν φιλοσόφων θεραπευτικὰ συγγράμματα τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν, εἴρηται δὲ καὶ πρὸς Ἀριστοτέλους καὶ τῶν ἑταίρων αὐτοῦ, καὶ πρὸ τούτων ὑπὸ Πλάτωνος. καὶ ἦν μὲν βέλτιον ἐξ ἐκείνων μανθάνειν αὐτὰ, ὥσπερ κἀγώ. τὰ δ' οὖν κεφάλαια διὰ τοῦ πρώτου λόγου τοῦδε διὰ συντόμου, ἐπειδὴ κελεύεις, διήξω σοι πάντα, καθ' ἣν ἤδη τάξιν ἤκουσας, ὅτ' ἐπύθου περὶ τοῦ γεγραμμένου τῷ Ἀντωνίῳ βιβλίου.

Κεφ. β'. Ὅτι μὲν εἰκός ἐστιν ἁμαρτάνειν, εἰ καὶ μὴ δοκοίημεν αὐτοὶ σφάλλεσθαί τι, πάρεστιν ἐκ τῶνδε τῶν λόγων λογίσασθαι. πάντας ἀνθρώπους ὁρῶμεν ἑαυτοὺς ὑπολαμβάνοντας ἤτοι γε ἀναμαρτήτους εἶναι παντάπασιν ἢ ὀλίγα καὶ σμικρὰ διὰ λόγου σφάλλεσθαι, καὶ τοῦτο

pugnante proficifci dicerem; communiter autem ambo generaliori fignificatu vocatos effe errores. Itaque tum eum, qui intemperanter vivit, tum qui iracundia quid agit, tum qui calumniae fidem adhibet, errare aut peccare dico. Quare Chryfippus et philofophorum plerique alii libros de curandis animi affectibus confcripferunt. Quinetiam ab Ariftotele eiusque fectatoribus, atque ante hos a Platone eadem dicta funt. Ac certe ex illis ipfa difcere, quemadmodum et ego didici, longe praeftiterat. Itaque primo hoc libro capita, quoniam ita jubes, compendiofe tibi recenfebo omnia, quo jam ordine audivifti, quum de edito Antonii commentario percontareris.

Cap. II. Quod equidem errare nos fit vero fimile, etiamfi nequaquem aberrare ipfi putemus, ex hifce verbis promptum eft colligere. Videmus omnes homines exiftimare, fefe vel ab erroribus omnino effe immunes, vel parum et modice per rationem falli, idque his potif-

Ed. Chart. VI. [520.] Ed. Baf. I. (352.)

μάλιστα πεπονθότας, οὓς ἄλλοι πλεῖστα νομίζουσιν ἁμαρτάνειν. ἐγὼ οὖν, εἰ καί τινος ἑτέρου, καὶ τοῦδε παμπόλλην ἔσχηκα πεῖραν. ὅσοι μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐπ᾿ ἄλλοις ἐπέθεντο τὴν περὶ αὐτῶν ἀπόφασιν, ὁποῖοί τινές εἰσιν, ὀλιγώτατα ἐθεασάμην ἁμαρτάνοντας· ὅσοι δὲ ἑαυτοὺς ἀπειλήφασιν εἶναι ἀρίστους χωρὶς τοῦ τὴν κρίσιν ἑτέροις ἐπιτρέψαι, μέγιστα καὶ πλεῖστα τούτους ἑώρακα σφαλλομένους. ὥσθ᾿, ὅπερ ᾤμην, ὅτε μειράκιον ἦν, ἐπαινεῖσθαι μάτην, (τοῦτο δ᾿ ἦν τὸ Πύθιον γνῶναι κελεῦον ἑαυτὸν,) οὐ γὰρ εἶναι μέγα τὸ πρόσταγμα, τοῦθ᾿ εὗρον ὕστερον δικαίως ἐπαινούμενον. ἀκριβῶς μὲν γὰρ ὁ σοφώτατος μόνος ἂν ἑαυτὸν γνοίη, τῶν δ᾿ ἄλλων ἁπάντων ἀκριβῶς μὲν οὐδεὶς, ἧττον δὲ καὶ μᾶλλον ἕτερος ἑτέρου. καθάπερ γὰρ ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ καὶ κατὰ πάσας τὰς τέχνας τὰς μὲν μεγάλας ὑπεροχάς τε καὶ διαφορὰς τῶν πραγμάτων ἅπαντος ἀνδρός ἐστι γνῶναι, τὰς δὲ μικρὰς τῶν φρονίμων τε καὶ τεχνιτῶν, οὕτω κἀπὶ τῶν ἁμαρτημάτων ἔχει καὶ παθῶν. ὅστις μὲν ἐπὶ μικροῖς ὀργίζεται

ſimum accidit, quos alii plurimum exiſtimant aberrare. Ego itaque, ſi alterius rei cujusdam, certe hujus experimentum habui maximum. Qui ſane homines aliis permiſerunt, ut de ſe, qualesnam ſint, ferrent ſententiam, eos in pauciſſimis errare conſpexi. Qui vero ſeipſos optimos eſſe cogitarunt, neque judicium *ferendum* aliis commiſerunt, eos in maximis ac plurimis falli conſpeximus. Quare, quod, quum junior eſſem, fruſtra laudari putabam, (id autem erat Pythium illud, quod ſeipſum noſſe imperabat,) non enim magnum eſſe mandatum, poſtea ipſum jure laudari comperi. Siquidem ſolus ſapientiſſimus perſecte ſeipſum noverit, aliorum autem omnium perſecte nemo, verum minus magisque alter altero. Quemadmodum enim in tota vita ac in ſingulis artibus magnas rerum eminentias ac differentias cujuscunque viri eſt cognoſcere, exiguas autem prudentium dumtaxat et artificum, ita quoque in erroribus et affectibus habet. Nam quisquis ob minima vehementer excandeſcit, ſervos

Ed. Chart. VI. [520.] Ed. Baf. I. (352.)

σφοδρῶς, δάκνει τε καὶ κακίζει τοὺς οἰκέτας, οὗτος μέν σοι δῆλός ἐστιν, ὅτι ἐν πάθει καθέστηκεν· ὁμοίως δὲ καὶ ὅστις ἐν μέθαις τε καὶ ἑταίραις καὶ κωμασταῖς παραγίνεται. τὸ δ᾽ ἐπὶ μεγάλῃ βλάβῃ χρημάτων ἢ ἀτιμίᾳ μετρίως ταραχθῆναι τὴν ψυχὴν οὐκ ἔθ᾽ ὁμοίως ἐστὶ φανερὸν ἐκ τοῦ γένους τῶν παθῶν ὑπάρχον, ὥσπερ οὐδὲ πλακοῦντα φαγεῖν ἀκρατέστερον. ἀλλὰ καὶ ταῦτα κατάδηλα γίγνεται τῷ προμελετήσαντι τὴν ψυχὴν, ἐξοδιάσαντί τε ἁπάντων παθῶν ἐπανορθώσεως δεόμενα, καὶ μεῖζόν γ᾽ ἔμπης ἀποφυγεῖν αὐτὰ, διότι μικρά. ὅστις οὖν βούλεται καλὸς κἀγαθὸς γενέσθαι, τοῦτο ἐννοήσας, ὡς ἀναγκαῖόν ἐστιν αὐτὸν ἀγνοεῖν πολλὰ τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων, ὅπως ἂν ἐξεύροι πάντα, δυνάμενος ἐγὼ λέγειν, ὅπως εὗρον αὐτὸς, οὔπω λέγω, διότι τὸ βιβλίον τοῦτο δύναταί ποτε καὶ εἰς ἄλλων ἀφικέσθαι χεῖρας· ὅπως ἂν κἀκεῖνοι γυμνασθῶσιν πρὸς ὁδὸν εὑρεῖν τῆς γνώσεως τῶν ἁμαρτημάτων, ὥσπερ καὶ σέ μοι λέγειν ἠξίωσα, καὶ μέχρι τοσαῦτα δοκοῦν ἀπεφήνω, διεσιώπησα. καὶ νῦν

domefticos et mordet et vituperat, in affectu tibi conftitutum hunc effe conftat. Similiter autem quisquis inter temulentos, fcorta et comeffatores verfatur. Verum ob ingentem facultatum jacturam vel infamiam mediocriter animum effe perturbatum ex quo affectuum genere fit, nondum peraeque manifeftum eft, ut neque placentam avidius exedere. Sed et haec ei innotefcent, qui animum exercuerit et explorarit, quinam inter univerfos affectus emendationem defiderent, magis tamen arduum, ipfa evitare, quod parva fint. Quisquis igitur honeftus probusque vult evadere, hoc animadverterit neceffario, ipfum plerosque errores proprios ignorare. At omnes ut deprehendat, poffum ego dicere; quo pacto ipfe deprehenderim, nondum aperio, quod hic libellus in aliorum manus aliquando venire queat, quomodo illi quoque ad cognitionis errorum viam indagandam fefe exerceant, quemadmodum etiam te mihi dicere volui, et quoad tot tibi videri pronunciaffes, conticui. Et nunc fic agam,

οὕτω πράξω, παρακαλέσας τὸν ὁμιλοῦντα τῷδε τῷ γράμματι, καταθέμενον αὐτῷ ζητῆσαι, πῶς ἄν τις ἑαυτὸν δύναιτο γνωρίζειν ἁμαρτάνοντα. δύο [521] γὰρ, ὡς Αἴσωπος ἔλεγε, πήρας ἐξήμμεθα τοῦ τραχήλου, τῶν μὲν ἀλλοτρίων τὴν πρόσω, τῶν ἰδίων δὲ τὴν ὀπίσω· καὶ διὰ τοῦτο τὰ μὲν ἀλλότρια βλέπομεν ἀεὶ, τῶν δ᾽ οἰκείων ἀθέατοι καθέσταμεν. καὶ τοῦτόν γε τὸν λόγον ὡς ἀληθῆ πάντες προσίενται. ὁ δὲ Πλάτων ἀποδίδωσι καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ γιγνομένου. τυφλῶττον γὰρ, φησὶ, τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. εἴπερ οὖν ἕκαστος ἡμῶν ἑαυτὸν ἁπάντων μάλιστα φιλεῖ, τυφλώττειν ἀναγκαῖόν ἐστιν αὐτὸν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ. πῶς οὖν ὄψεται τὰ ἴδια κακά; καὶ πῶς ἁμαρτάνων γνώσεται; πολλῷ γὰρ ἔοικεν ὅ τε τοῦ Αἰσώπου μῦθος καὶ ὁ τοῦ Πλάτωνος λόγος ἀνελπιστότερον ἡμῖν τὴν τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων εὕρεσιν ἀποφαίνειν. εἰ γὰρ μήτε τοῦ φιλεῖν τις ἑαυτὸν ἀποστῆσαι δύναται, τυφλώττειν ἀναγκαῖόν ἐστι τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. οὐ μὴν οὐδ᾽ ἐγὼ τὸν ἀναγινώσκοντα τόδε τὸ βιβλίον ἠξίουν ἐπισκέψασθαι καθ᾽ αὐτὸν

adhortatus libri hujus lectorem, ut, quo modo quis errantem fese poffit agnofcere, inquirendum fibi proponat. *Binas enim manticas*, ut Aefopus ajebat, *habemus collo propendentes, alienorum vitiorum anteriorem, propriorum vero pofteriorem; ob id aliena femper fpectamus, propria vero nunquam intueri poffumus.* Atque hanc orationem ut veram omnes recipiunt. Plato rei factae caufam etiam reddit. *Caecutit*, inquit, *amans circa id, quod amatur.* Ergo fi quisquam noftrum femet prae caeteris maxime amet, in cenfura fui ipfe caecutiat neceffe eft. Quonam igitur pacto propria vitia confpiciet? Qua ratione fe errare cognofcet? Nam et Aefopi fabula et Platonis oratio propriorum errorum inventionem nobis magis infperatam demonftrare videntur. Si enim neque quis facere poffit, quin feipfum amet, amans in amato caecutiat neceffe eft. Sed nec ego commentarii hujus lectorem apud fe erratorum propriorum inventio-

ὁδὸν τῆς τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων εὑρέσεως, εἰ μὴ χαλεπὸν ἦν τὸ πρᾶγμα, καίτοι ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐσκεμμένος ᾖ καθ' αὑτόν. καὶ τοίνυν ἐγὼ τὴν ἐμὴν ἀποφαίνομαι γνώμην, ἣν, εἰ μέν τινα καὶ αὐτὸς ἕκαστος ἑτέραν ὁδὸν εὕροι, προσλαβὼν καὶ τὴν ἐμὴν, ὠφελήσεται πλεονεκτικῶς, διπλῆν ἀνθ' ἁπλῆς εὑρὼν ὁδὸν σωτηρίας· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' αὐτῇ γε τῇ ἡμετέρᾳ διατελεῖ χρώμενος, ἄχρι περ ἂν ἑτέραν εὕρῃ βελτίονα. τίς οὖν ἡ ἐμὴ, λέγειν ἂν ἤδη καιρὸς, ἀρχὴν τῷ λόγῳ τήνδε ποιησάμενον.

Κεφ. γ'. Ἐπειδὴ τὰ μὲν ἁμαρτήματα διὰ τὴν ψευδῆ δόξαν γίγνονται, τὰ δὲ πάθη διὰ τὴν ἄλογον ὁρμὴν, ἔδοξέ μοι πρότερον αὐτὸν ἐλευθερῶσαι τῶν παθῶν· εἰκὸς γάρ πως καὶ διὰ ταῦτα ψεῦδος ἡμᾶς δοξάζειν. ἔστι δὲ πάθη ψυχῆς, ἅπερ ἅπαντες γιγνώσκουσι, θυμὸς, καὶ ὀργὴ, καὶ φόβος, καὶ λύπη, καὶ φθόνος, καὶ ἐπιθυμία σφοδρά. κατὰ (353) δὲ τὴν ἐμὴν γνώμην καὶ τὸ φθάσαι πάνυ σφόδρα φιλεῖν ἢ μισεῖν ὁτιοῦν πρᾶγμα πάθος ἐστίν. ὀρθῶς γὰρ ἔοικεν εἰρῆσθαι τὸ μέτρον ἄριστον, ὡς οὐδενὸς

nis viam conſiderare vellem, niſi res foret perardua, etiamſi quamplurimum quis ea apud ſe perpenderit. Proinde meam ego profero ſententiam, quam quidem, et ſiquam is quisque aliam viam invenerit, meam quoque aſſumpſerit, juvabitur impenſius, duplicem pro ſimplici ſalutis viam conſequutus. Sin autem, ſaltem hac noſtra continuo utatur, donec aliam reperiat meliorem. Quae igitur mea ſit, dicendi jam tempus eſt, hocce condito orationi exordio.

Cap. III. Quoniam errores ob falſam opinionem oriuntur, affectus autem ob brutum animi impetum, viſum mihi eſt prius ipſum ab affectibus liberare. Conſentaneum enim propter hos falſum nos opinari. Sunt autem affectus animi, quos omnes norunt, iracundia, ira, metus, moeror, invidia, et vehemens cupiditas. Mea quidem ſententia quamcunque rem amore vehementi aut odio proſequi etiam affectus eſt. Recte enim dictum eſſe videtur, moderatum optimum, adeo ut nihil,

ἀμέτρου καλῶς γιγνομένου. πῶς οὖν ἄν τις ἐκκόψειε ταῦτα, μὴ γνοὺς πρότερον ἔχων αὐτά; γνῶναι δ', ὡς ἐλέγομεν, ἀδύνατον, ἐπειδὴ σφόδρα φιλοῦμεν ἡμᾶς. ἀλλὰ καὶ μὴ σαυτὸν ὁ λόγος οὗτος ἐπιτρέπει σοι κρίνειν, ἄλλον τε συγχωρεῖν δύνασθαι κρίνειν τὸν μήτε φιλούμενον ὑπὸ σοῦ, μήτε μισούμενον. ὅταν οὖν ἀκούσῃς τινὰ τῶν κατὰ τὴν πόλιν, ὃν μήτε φιλήσειν οἶδας μήτε μισήσειν, ἐπαινούμενον ὑπὸ πολλῶν ἐπὶ τῷ μηδένα κολακεύειν, ἐκείνῳ προςφοιτήσας, τοιαύτῃ πείρᾳ κρῖνον, εἰ τοιοῦτός ἐστιν, οἷος εἶναι λέγεται. καὶ πρῶτον ἐὰν ἴδῃς αὐτὸν ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων τε καὶ πολὺ δυναμένων, ἢ καὶ τὰς τῶν μονάρχων οἰκίας ἀπιόντα συνεχῶς, γίγνωσκε μάτην ἀκηκοέναι, τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἀληθεύειν ἅπαντα· ταῖς γὰρ τοιαύταις κολακείαις ἕπεται καὶ τὸ ψεύδεσθαι. δεύτερον, ἢ προσαγορεύοντα, ἢ παραπέμποντα τοῖς τοιούτοις ὁρῶν ἑαυτὸν, ἢ καὶ συνδειπνοῦντα. τοιοῦτον γάρ τις ἑλόμενος βίον, οὐ μόνον οὐκ ἀληθεύει, ἀλλὰ καὶ κακίαν ὅλην ἐξ ἀνάγκης ἔχει,

quod immoderatum eft, probe fiat. Quomodo igitur aliquis haec praecidet, nifi prius ipfa fe habere cognoverit? At cognofcere, ut dicebamus, non poffumus, quoniam vehementer nos ipfos amamus. At neque oratio haec tibi permittit, te ipfum judicare, fed de altero, quem neque ames, neque oderis, poffe te ferre judicium concedit. Quum itaque audieris in urbe aliquem, quem neque amare noveris, neque odio profequi, a plerisque laudari, quod nemini aduletur, ad hunc quum acceffferis, hocce periculo judicabis, an talis fit, qualis effe dicitur. Ac primum fi ipfum divitum ac infigniter potentum, aut etiam monarcharum aedes frequentare videas, fcito fruftra te audiviffe, hominem omnia pronunciare vera, nam ejusmodi adulationes mendacium fequitur. Deinde five hunc falutantem, five talibus feipfum comitem exhibentem ac concoenantem confpicias. Qui namque talem elegerit vitam, non folum non vera dicit, fed etiam univerfam malitiam fortitur, quippe qui aut pecunias,

φιλοχρήματος ὢν, ἢ φίλαρχος, ἢ φιλόδοξος, ἢ φιλότιμος, ἤ τινα τούτων, ἢ πάντα. τὸν δὲ μὴ προσαγορεύοντα, μήτε παραπέμποντα, μήτε συνδειπνοῦντα καὶ τοῖς πολὺ δυναμένοις ἢ πλουτοῦσι, κεκολασμένῃ τῇ διαίτῃ χρώμενον, ἐλπίσας ἀληθεύειν, εἰς βαθυτέραν ἀφικέσθαι πειράθητι γνῶσιν, [522] ὁποῖός τέ τίς ἐστιν, (ἐν συνουσίαις δ' αὕτη πολυχρονιωτέραις γίγνεται,) κἂν εὕρῃς τοιοῦτον, ἰδίᾳ ποτὲ μόνῳ διαλέχθητι, παρακαλέσας, ὅ τι ἄν σοι βλέπῃ τῶν εἰρημένων παθῶν, εὐθέως δηλοῦν, ὡς χάριν ἕξοντι τούτου μεγίστην, ἡγησομένῳ τε σωτῆρα μᾶλλον, ἢ εἰ νοσοῦντα τὸ σῶμα διέσωσε. κἂν ὑπόσχηταί δηλώσειν, ὅταν τι τῶν εἰρημένων πάσχοντά σε βλέπῃ, κἄπειτα πλειόνων ἡμερῶν μεταξὺ γιγνομένων μηδὲν εἴπῃ, συνδιατρίβων δηλονότι μέμψῃ τῷ ἀνθρώπῳ, αὖθίς τε παρακάλεσον ἔτι λιπαρώτερον ἢ ὡς πρόσθεν, ὅ τι ἂν ὑπὸ σοῦ βλέπῃ παθῶν πραττομένων εὐθέως μηνύειν. ἐὰν δὲ εἴπῃ σοι, διὰ τὸ μηδὲν ἑωρακέναι περί σε τοιοῦτον ἐν τῷ μεταξὺ, διὰ τοῦτο μηδ' αὐτὸν εἰρηκέναι, μὴ πεισθῇς εὐθέως, μηδ' οἰηθῇς ἀναμάρτητος

aut principatum, aut gloriam, aut honorem ambiat, aut quaedam ex iis, aut omnia. Qui vero neque potentes illos ac opulentos ſalutat, neque comitatur, neque his concoenat, eum frugali uſum victu vera loqui ſperaveris; ejus notitiam penitiorem experiare, quae et qualis ſit, haec autem diuturniore conſuetudine comparatur. Quod ſi talem offenderis, nonnunquam privatim cum ſolo diſſere eum precatus, ut, quem tibi ex ſupra nominatis affectibus adeſſe conſpexerit, ſtatim ſignificet gratiam habiturum ipſi maximam, eumque medicum potius exiſtimabis, quam ſi corpore laborantem ſoſpitem reddiderit. Quod ſi declaraturum ſe promiſerit, quum in aliquem dictorum affectuum incidere inſpexerit, ac poſtea pluribus diebus interjectis nihil prodiderit, in mutua utique conſuetudine hominem accuſabis, iterumque adhortaberis accuratius quam prius, ut, quod a te pathematum animi committi adverterit, id protinus ſignificet. Si nihil ſe interim ejusmodi in te conſpexiſſe eoque tacuiſſe reſpondeat, ne ſtatim dicto fidem adhibeas, neve exiſtimes,

ἐξαίφνης γεγονέναι, ἀλλὰ δυοῖν θάτερον, ἢ διὰ ῥαθυμίαν οὐ προσεσχηκέναι σοι τὸν παραβεβλημένον φίλον, ἢ ἔλεγχον αἰδούμενον σιωπᾷν, ἢ καὶ μισηθῆναι μὴ βούλεσθαι διὰ τὸ γιγνώσκειν, ἅπασιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀνθρώποις ἔθος εἶναι μισεῖν τοὺς τἀληθῆ λέγοντας. ἢ εἰ μὴ διὰ ταῦτα, ἴσθι, μὴ βουλόμενον αὐτὸν ὠφελεῖν σε διὰ τοῦτο σιωπᾷν, ἢ καὶ ἄλλην τινὰ αἰτίαν, ἣν οὐκ ἐπαινοῦμεν ἡμεῖς. ἀδύνατον γὰρ ἴσως αὐτῷ ἡμαρτῆσθαι μηδὲν πιστεύσας ἐμοὶ, τοῦτο νῦν ἐπαινέσεις ὕστερον, θεώμενος ἅπαντας ἀνθρώπους καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν μυρία μὲν ἁμαρτάνοντας, καὶ μετὰ παθῶν πράττοντας, οὐ μὴν ἑαυτούς γε παρακολουθοῦντας. ὥστε μηδὲ σὺ νόμιζε σαυτὸν ἄλλο τι μᾶλλον ἢ ἄνθρωπον εἶναι. νομίζεις δ᾽ ἄλλο τι μᾶλλον ἢ ἄνθρωπον ὑπάρχειν, ἐὰν ἀναπείσῃς σαυτὸν, ἅπαντα καλῶς σοι πεπρᾶχθαι, μὴ ὅτι ἑνὸς μηνὸς, ἀλλὰ μιᾶς ἡμέρας. ἴσως οὖν ἐρεῖς, εἰ ἐναντιολογικὸς ἦς, ἤτοι κατὰ προαίρεσιν, ἢ ἐκ μοχθηροῦ τινος ἤθους γεγονὼς τοιοῦτος, καὶ φύσει φιλόνει-

te quamprimum errore vacare ac inculpatum esse; quin potius alterum e duobus perpendas, amicum, quem nactus es, tacere, aut quod per negligentiam animum tibi non adhibuerit, aut quod increpare vereatur, aut etiam quod odio esse nolit, haud ignarus, omnibus, ut ita dicam, hominibus morem esse, ut vera loquentem oderint. Vel si non horum causa, scito tum nolle tibi prodesse, eoque silere, vel ob aliam quoque causam aliquam, quam nos improbamus. Nam si mihi credideris, fortassis impossibile esse tibi ipsi nihil peccasse, id tum postea laudabis, quum videas, homines universos innumeros quotidie etiam errores committere, ex affectibus ductos agere, non tamen seipsos assequi. Quapropter te ne arbitrare aliud quicquam magis quam hominem esse. Arbitraris autem, te aliquid homine majus esse, quum tibi persuaseris, omnia probe te fecisse uno die, nedum mense. Forsan igitur dices, si litigiosus sis, vel ex animi proposito, vel prava quadam consuetudine talis evaseris, naturaque

κος ὢν, ὅσον ἐπὶ τῶν νῦν ὑπ᾽ ἐμοῦ προσκεχρημένων λόγων, τοὺς σοφοὺς ἄνδρας ἄλλο τι μᾶλλον ἢ ἀνθρώπους εἶναι. τούτῳ δή σοι τῷ λόγῳ τὸν ἡμέτερον ἀντίθες διττὸν ὄντα, τὸν μὲν ἕτερον, ὅτι μὴν ὁ σοφὸς ἀναμάρτητός ἐστι τὸ πάμπαν· ἕτερον δ᾽ ἐπ᾽ αὐτῷ τῷ προσιεμένῳ, εἴπερ ἀναμάρτητός ἐστιν ὁ σοφός, οὐδ᾽ ἄνθρωπον ὑπάρχειν αὐτόν. ὅσα δ᾽ ἐπὶ τῷδε, καὶ διὰ τοῦτο τῶν παλαιοτάτων φιλοσόφων ἀκούσεις, ὅμοιον εἶναι θεῷ τὴν σοφίαν. ἀλλὰ σύ γε θεῷ παραπλήσιος ἐξαίφνης οὐκ ἂν ποτε γένοιο. ὅπου γὰρ οἱ δι᾽ ὅλου τοῦ βίου ἀπάθειαν ἀσκήσαντες, οὐ πιστεύοντες τελέως αὐτὴν ἐσχηκέναι, πολὺ δήπου μᾶλλον ὁ μηδέποτ᾽ ἀσκήσας σύ. μὴ τοίνυν πιστεύσῃς τῷ λέγοντι μηδὲν ἑωρακέναι μετὰ παθῶν ὑπὸ σοῦ πραττόμενον, ἀλλ᾽ ἤτοι μὴ βουλόμενον ὠφελεῖν σε νόμιζε λέγειν οὕτως, ἢ μὴ παραφυλάξαι προῃρημένον, ἃ πράττεις κακῶς, ἢ φυλαττόμενον ὑπὸ σοῦ μισηθῆναι, τάχα δὲ καὶ εἰδέναι σέ ποτε πρὸς τὸν ἐπιτιμήσαντα καὶ δυσχεράναντα τοῖς σοῖς ἁμαρτήμασί τε καὶ πάθεσιν, ὥστ᾽ εἰκότως σιωπᾶν, ἢ πιστεύειν μὴ ἀληθεύοντά

contentiosus sis, viros sapientes, quantum ad sermones paulo ante usurpatos *attinet*, aliud quid magis quam homines esse. Huic tuae rationi nostram oppone duplicem, alteram quidem, quod sapiens omnino careat errore, alteram vero consequentiae gratia, si errore vacat sapiens, nec ipsum esse hominem. At quae de hocce ac propter hoc ipsum a vetustissimis philosophis dicta sunt, similem deo esse sapientiam. Verum tu deo similis repente fias nunquam. Quum enim ii, qui per totam vitam apathiam exercuerunt, nondum ipsam perfecte se consequutos credant, multo utique magis tu, qui nunquam exercuisti. Ne ergo credas dicenti, nihil ex affectu a te effici vidisse, sed vel eum, quod te juvare nolit, arbitrare ita loqui, aut quod quae male agis observare non instituerit, aut quod in tui odium incidere caveat; fortassis autem quod et noverit, aliquando te accusantem errores et affectus tuos aegre tulisse, ac ideo jure tacere, aut credere, te, quum dicis, velle te nosse singula,

σὲ λέγοντα, βούλεσθαι ἕκαστον εἰδέναι ὧν ἁμαρτάνεις. ἐὰν δὲ πρῶτον τῶν ὑπὸ σοῦ πραττομένων ἀπαλλαγῇ σιωπήσῃς, εὑρήσεις πολλοὺς ὀλίγον ὕστερον ἀληθῶς ἐπανορθουμένους σε, καὶ πολύ γε μᾶλλον, ἐὰν χάριν γνοὺς τῷ μεμψαμένῳ, χωρισθῇ οὔσης σου τῆς βλάβης, τούτου γ' ἕνεκεν. ἐξ αὐτοῦ δὲ τούτου διασκέψασθαι, πότερον ἀληθῶς ἢ ψευδῶς ἐπετίμησέ σοι, μεγάλης ὠφελείας αἰσθήσῃ, κἂν συνεχῶς πράττῃς αὐτὸ, προῃρημένος ὄντως εἷς γενέσθαι καλὸς κἀγαθὸς, ἔσῃ τοιοῦτος. ἐν μὲν δὴ τῷ πρώτῳ χρόνῳ μηδ' ἂν καὶ σκεπτόμενος ἀκριβῶς εὕροις ἐπηρεαστικῶς τε καὶ ψευδῶς σε κρίνειν, καὶ ἀπείρως αὐτὸν πείθειν, ὡς οὐδὲν [523] ἥμαρτες. ἀλλά σοι ταὐτὸ τοῦτο φιλοσόφημα τὸ καρτερεῖν ἐπηρεαζόμενον. ὕστερον δέ ποτε κατεσταλμένος ἱκανῶς, σαυτοῦ παθῶν αἰσθόμενος, ἐπιχειρήσεις ἀπολογεῖσθαι τοῖς ἐπηρεάζουσι μηδέποτε πικρῶς, μηδ' ἐλεγκτικῶς, μηδὲ τὸ φιλονείκως ἐμφαῖνον, μηδὲ τὸ καταβάλλειν ἐθέλειν ἐκεῖνον, ἀλλ' ὠφελείας ἕνεκα τῆς σῆς, ἵνα τι καὶ πρὸς ἀντιλογίαν ἀντειπόντος αὐτοῦ πιθανὸν, πεισθεὶς ἐκεῖνον

quae perperam agis, non vera dicere; ſin autem cum eorum, quae prius egeras, mutatione ſilueris, non multo poſt plures invenies, qui te vere corrigant, multoque magis, ſi corrigenti gratiam citra tuum incommodum referas. Ex hoc autem ipſo conſidera, verene an falſo te corripuerit, et magnam utilitatem percipies. Quod ſi frequenter idem agas, ſtatuasque revera bonus ac probus ſieri, talis evades. Primo quidem tempore ne ſi quidem diligenter advertas, contentioſe et falſo te judicare illum, et imperite perſuadere, quod nusquam erraveris, reperies. Sed hoc item tibi philoſophiae ſtudium ſubeundum erit, nempe ut calumniantem ſuſtineas. Poſtea vero, ubi et animum nactus fueris remiſſiorem, et affectus tuos ſentias moderatos, reſpondere corripienti aliquando conaberis, idque non acerbis verbis aut conviciosis, ne contentionis ſtudio aut controverſiae, ſed utilitatis potius tuae gratia facere videaris, ut, quum ipſe probabile contra dixerit,

ἄμεινον γιγνώσκειν, εἰ μετὰ πλείονος ἐξετάσεως εὕροις αὐτὸν ἔξω τῶν ἐγκλημάτων. οὕτω γοῦν καὶ Ζήνων ἠξίου πάντα πράττειν ἡμᾶς ἀσφαλῶς, ὡς ἀπολογησομένους ὀλίγον ὕστερον παιδαγωγοῖς. ὠνόμαζε γὰρ οὕτως ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἑτοίμους ὄντας τοῖς πέλας ἐπιτιμᾷν, κᾂν μηδεὶς αὐτοὺς παρακαλῇ. χρὴ δὲ τὸν ἀκούοντα μηδὲ πλούσιον εἶναι, μηδὲ αἰδῶ ἔχοντα πολιτικήν· ὡς, ἄν γε ταύτην ἔχῃ, διὰ φόβονο ὐδεὶς αὐτῷ τἀληθῆ λέξει, καθάπερ οὐδὲ τοῖς πλουτοῦσι διὰ κέρδος οἱ κόλακες, ἀλλὰ κᾂν εἴ τις ἀληθεύων παραφανῇ, διασπᾶσθαι πρὸς αὐτῶν. ἐὰν οὖν τις ἤτοι πολλὰ δυνάμενος ἢ καὶ πλούσιος ἐθέλῃ σοι γενέσθαι καλὸς κἀγαθὸς, ἀποθέσθαι πρότερον αὐτὸν δεήσει, καὶ μάλιστα νῦν, ὅπου οὐχ εὑρήσει Διογένη δυνάμενον εἰπεῖν ταὐτὸν τἀληθὲς, κᾂν πλουσιώτατος ᾖ, κᾂν μόναρχος. ἐκεῖνοι μὲν οὖν ὑπὲρ ἑαυτῶν βουλεύσονται. σὺ δὲ ὁ μὴ πλούσιος μήτε δυνατὸς ἐν πόλει πᾶσι μὲν ἐπίτρεπε λέγειν, ἃ καταγινώσκουσί σου, πρὸς μηδένα δ' αὐτὸς ἀγανάκτει, καὶ οὕτως ἔχε ἅπαντας, ὡς

melius illum cognofcere tibi perfuadeas, fi longiori disquifitione extra crimen ipfum invenias. Hunc enim in modum Zeno volebat omnia nos tuto agere, quafi paedagogis paulo poft refponfuros. Sic vir ille vocabat plerosque omnes, qui, quamvis nullus eos provocaret, propinquos tamen parati effent objurgare. Oportet autem audientem nec divitiis pollere, nec dignitatem habere civilem; hanc enim fi habeat, nemo propter metum illi vera dicet, ficut nec divitibus lucri gratia affentatores, verum etfi quis apparuerit verax, ab ipfis corrumpetur. Itaque fi egregie quisquam potens aut locuples bonus atque probus reddi cupiat, perfonam fuam prius exuat opus erit, et maxime nunc, quandoquidem non inveniet Diogenem verum fateri poffe, fi opulentiffimus fit, fi monarcha. Illi igitur fuimet ipfi judices erunt. At tu, qui nec divitias, nec potentiam in civitate habes, omnibus permitte, ut, quae in te damnent, oftendant; nulli vero ipfe indignare, fed omnes fic habeto, ut

Ζήνων ἔλεγε, παιδαγωγούς. οὐ μὴν ὁμοίως γε πᾶσι περὶ ὧν ἂν εἴπωσιν ἀξιοῦ προσέχειν, ἀλλὰ τοῖς ἄριστα βεβιωκόσι πρεσβύταις. ὁποῖοι δ᾽ εἰσὶν οἱ ἄριστα βιοῦντες, ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον. ἐν δὲ τῷ χρόνῳ προϊόντι αὐτὸς παρακολουθήσεις, καὶ γνώσεις, ἡλίκα πρόσθεν ἦν ἃ ἡμάρτανες, ἡνίκα μάλιστα ἐγώ σοι φανοῦμαι λέγων ἀληθῆ, μηδένα φάσκων ἔξω παθῶν ἢ ἁμαρτημάτων εἶναι, μηδ᾽ ἂν εὐφυέστατος ᾖ, μηδ᾽ ἂν ἐν ἔθνεσι τοῖς καλῶς τεθραμμένοις, ἀλλὰ πάντως τινὰ σφάλλεσθαι, καὶ (354) μᾶλλον ὅταν ἔτι νέος ᾖ.

Κεφ. δ΄. Δεῖται γὰρ ἀσκήσεως ἕκαστος ἡμῶν σχεδὸν ὅλου τοῦ βίου πρὸς τὸ γενέσθαι τέλειος ἀνήρ. οὐ μὴν ἀφίστασθαι χρὴ τοῦ βελτίω ποιεῖν ἑαυτὸν, εἰ καὶ πεντηκοντούτης τις ὢν αἴσθοιτο τὴν ψυχὴν λελωβημένος οὐκ ἀνίατον οὐδ᾽ ἀνεπανόρθωτον λώβην. οὐδὲ γὰρ εἰ τὸ σῶμα κακῶς διέκειτο πεντηκοντούτης ὢν, ἔκδοτον ἂν ἔδωκε τῇ καχεξίᾳ, ἀλλὰ πάντως ἂν ἐπειράθη βέλτιον αὐτὸ κατασκευά-

Zeno dicebat, paedagogos. Non tamen omnibus ex aequo, de quibus dixerint, animum velis adhibere, fed fenibus, qui optimam vitam transegerint. Quinam autem fint, qui optime vivant, paulo ante indicavimus. Caeterum temporis proceffu tu temet *intellectu* confequeris, intelligesque, qualia fint, quae per errorem antea commiferis, quando maxime verum hoc tibi narraffe videbor, qui afferam, nullum ab affectibus et erroribus immunem effe, ne vel optima praeditum indole, aut apud gentes optime educatas, fed omnino aliquem errare, ac praefertim adhuc quum fit juvenis.

Cap. IV. Indiget enim unusquisque noftrum, ut in perfectum virum evadat, totius propemodum vitae exercitio. Neque tamen deterreri quempiam oportet, ne fe meliorem efficiat, quamvis jam factus quinquagenarius, modo non immedicabili aut quod emendari non poffit vitio animum fentiat depravatum. Neque enim, fi corpore male fit affectus quinquagenarius, defperatus tradit fe malae habitudini, fed omnino conatur in meliorem

Ed. Chart. VI. [523. 524.] Ed. Baf. I. (354.)

σαι, καίτοι τὴν Ἡράκλειον εὐεξίαν οὐ δυνάμενος σχεῖν. μὴ τοίνυν μηδ᾽ ἡμεῖς ἀφιστώμεθα τοῦ βελτίονα τὴν ψυχὴν ἐργάζεσθαι, κᾂν τὴν τοῦ σοφοῦ μὴ δυνώμεθα σχεῖν, ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἐλπίζωμεν ἔχειν κᾀκείνην, ἂν ἐκ μειρακίου προνοώμεθα τῆς ψυχῆς ἡμῶν, εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ τοῦ γε μὴ πάναισχροι αὐτὴν γενέσθαι, καθάπερ ὁ Θερσίτης τὸ σῶμα, φροντίζωμεν. εἴ τ᾽ οὖν ἐφ᾽ ἡμῖν ᾖ μὴ γενομένοις ἐντυχεῖν τῷ προνοουμένῳ τῆς γενέσεως ἡμῶν, δεοίμεθά τι λαβεῖν σῶμα γενναιότατον. ὁ δ᾽ ἠρνήσατο, πάντως οὖν ἐφεξῆς ἐδεήθημεν αὐτοῦ, δεύτερον γοῦν, ἢ τρίτον, ἢ τέταρτον αὐτὸ σχεῖν ἀπὸ τοῦ πρώτου κατ᾽ εὐεξίαν. [524] ἀγαπητὸν γοῦν ᾖ, καὶ μὴ τὸ τοῦ Ἡρακλέους, ἀλλὰ τό γε τοῦ Ἀχιλλέως σχεῖν, ἢ εἰ μηδὲ τοῦτο, τό γε τοῦ Αἴαντος, ἢ Διομήδους, ἢ Ἀγαμέμνονος, ἢ Πατρόκλου, εἰ δὲ μὴ τούτων, ἄλλων γέ τινων ἀγαθῶν τῶν ἡρώων. οὕτως οὖν εἰ καὶ μὴ τὴν τελευταίαν εὐεξίαν τις οἷός τ᾽ ἐστὶ τῆς ψυχῆς ἔχειν, δέξαιτ᾽ ἂν, οἶμαι, δεύτερον, ἢ τρίτον, ἢ τέταρτον

ſtatum reducere, optimum licet Herculeae valetudinis habitum conſequi non poſſit. Ne igitur nos quoque deſinamus animum reddere meliorem, quamvis ſapientis animum conſequi non poſſimus, verum maxime quidem etiam illum ſperemus nos habituros, ſi jam inde ab adoleſcentia rationem animae noſtrae habeamus. Sin minus, at ſaltem, ne prorſus eum turpem, ut Therſitae corpus, nanciſcamur, curemus. Si igitur nobis nondum natis generationis noſtrae rationem proſpicere liceret, optaremus haud dubie corpus aliquod generoſiſſimum accipere. Hoc negato, ſecundum certe, aut tertium deinceps, aut quartum ipſum bonae habitudinis reſpectu poſt primum precaremur obtinere. Deſiderandum eſt Achillis robur, ſi non Herculis conceditur; vel ſi neque illius, Ajacis, aut Diomedis, aut Agamemnonis, aut Patrocli; at ſi neque horum contingit, aliorum quorumdam praeſtantium heroum. Sic ubi quis abſolutum animi habitum obtinere non poteſt, receperit, opinor, ſecundus, aut tertius, aut

γενέσθαι μετὰ τὸν ἄκρον. οὐκ ἀδύνατον δὲ τοῦτο τῷ βουληθέντι κατεργάσασθαι, χρόνῳ πλείονι συνεχῶς τῆς ἀσκήσεως γενομένης. ἐγὼ δὲ μειράκιον ὢν ἔτι ταῦτ᾽ ἀκούσας ἐπεῖδον ἄνθρωπον ἀνοῖξαι θύραν σπεύδοντα, μὴ προχωρούσης δὲ εἰς τὸ δέον αὐτῷ τῆς πράξεως, δάκνοντα τὴν κλεῖδα, καὶ λακτίζοντα τὴν θύραν, καὶ λοιδορούμενον τοῖς θεοῖς, ἠγριωμένον τε τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὥσπερ οἱ μαινόμενοι, καὶ μικροῦ δεῖν αὐτὸν ἀφρὸν, ὡς οἱ κάπροι, προϊέμενον ἐκ τοῦ στόματος. ἐμίσησα τὸν θυμὸν οὕτως, ὥστε μηκέτι ὀφθῆναι δι᾽ αὐτὸν ἀδημονοῦντά με. ἀρκέσει δὲ καὶ τοῦτο τήν γε πρώτην, ὡς μήτε θεοῖς λοιδορεῖσθαί σε, μήτε λακτίζειν, μήτε δάκνειν τοὺς λίθους καὶ τὰ ξύλα, καὶ μήτ᾽ ἄγριον ἐμβλέπειν, ἀλλ᾽ ἐν σαυτῷ κατέχειν τε καὶ κρύπτειν τὴν ὀργήν· ἀόργητος μὲν γὰρ εὐθέως ἅμα τῷ βουληθῆναι γενέσθαι τις οὐ δύναται, κατασχεῖν δὲ τὸ τοῦ πάθους ἄσχημον δύναται. τοῦτο δ᾽ ἂν πολλάκις ποιήσειεν, γνωριεῖ ποτε καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν ἧττον νῦν ἢ πρόσθεν ὀργιζόμενον, ὡς μήτ᾽ ἐπὶ σμικροῖς, μήτ᾽ ἐπὶ

quartus post fummos numerari. Id autem haud impoffibile eft perficere volenti, modo fedulitas exercitii longiori temporis proceffu adfuerit. Ego autem adolefcens adhuc ifta audiens hominem ad fores aperiendas feftinantem confpexi, quum vero res ipfi parum commode fuccederet, clavem mordere, in januam pedibus infultare, diis convicia dicere, oculos infanientis inftar truces ferinosque oftendere, et fpumam fere, ficut apri, ex ore emittere: ita coepi iracundiam odio profequi, ut poftea nunquam vifus fim propter ipfam impatienter dolere. Atque hoc ipfum primo fatis erit, fi nec deos conviciis petas, nec infultes aut mordeas lapides ac ligna, tum ne truces habeas oculos, fed in te ipfo et contineas et occultes iracundiam; nam ab ira liberari, ftatim atque velit, nullus poteft, affectus autem turpitudinem cohibere poteft. Hoc fi frequenter fecerit, cognofcet aliquando ipfe, fe minus nunc quam prius irafci, adeo ut neque ob rem levem neque magnam poftea,

μεγάλοις θυμοῦσθαι, ἀλλ᾽ ἐπὶ μόνοις τοῖς μεγάλοις μιασμοῖς. οὔτε γὰρ ὑπάρχει παθεῖν ὕστερον αὐτὸν, καὶ ἐπὶ τοῖς μεγάλοις ὀργίζεσθαι μιασμοῖς, εἴ τις, ὅπερ ἐγὼ προςτάξας αὐτῷ μειράκιον ὢν ἔτι διὰ παντὸς ἐφύλαξα τοῦ βίου, φυλάξῃ, τὸ μηδέποτε τυπτῆσαι τῇ χειρί μου μηδένα τῶν οἰκετῶν, ὅπερ ἤσκηταί μου καὶ τῷ πατρὶ, καὶ πολλοῖς ἐπετίμησε τῶν φίλων, περιθλάσασιν εὑρὼν ἐν τῷ πατάξαι κατὰ τῶν ὀδόντων οἰκέτας, ἀξίους εἶναι λέγων ἐπὶ τῇ γενομένῃ φλεγμονῇ καὶ σπασθῆναι καὶ ἀποθανεῖν, ὅπου γε ἐξῆν αὐτοῖς, καὶ νάρθηκι, καὶ ἱμάντι μικρὸν ὕστερον ἐφορίσαι πληγὰς ὅσας ἠβούλοντο, καὶ τῇ βουλῇ τὸ τοιοῦτον ἔργον ἐπιτελεῖν. ἄλλοι δὲ οὐ μόνον πὺξ, ἀλλὰ καὶ λακτίζουσι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττουσι, καὶ γραφείῳ κεντοῦσιν, ὅταν τοῦτο τύχωσιν ἔχοντες. εἶδον δέ τινα καὶ καλάμῳ, δι᾽ οὗ γράφομεν, ὑπ᾽ ὀργῆς εἰς τὸν ὀφθαλμὸν πατάξαντα τὸν οἰκέτην. Ἀδριανὸς αὐτοκράτωρ, ὥς φασι, γραφείῳ ἐπάταξεν εἰς τὸν ὀφθαλμὸν ἕνα τῶν ὑπηρετῶν. ἐπεὶ δὲ διὰ τὴν πληγὴν ταύτην ἔγνω γενόμενον ἑτερόφθαλμον, ἐκάλεσέ τε καὶ συνεχώρησεν ἀντὶ τοῦ πάθους αἰτεῖν

ſed ſolum piacula grandia excandeſcat. Quin etiam ne ob magna quidem ſcelera ipſum poſtea indignari continget, ſi id, quod ego ab adoleſcentia ſuſceptum per omne vitae tempus ſervavi, obſervet: nullum videlicet ſervorum manu mea verberavi unquam, nec pater meus id in uſu habuit: verum pleroſque amicos, qui ſervorum dentes pugnis contunderent, corripuit, dignos eſſe dicens, ut inflammatione convulſi perirent. Licebat enim illis ferula et loro plagas, quot vellent, inferre, tum conſilio rem paulo poſt conficere. Alii non pugnis ſolum, ſed etiam calcibus petunt, oculoſque effodiunt, et ſtilo pungunt, ſi quando in manus venerit. Novi quendam, qui calamo, quo ſcribimus, prae iracundia in famuli oculum impegerit. Adrianus imperator ſtilum, ut ajunt, in cujusdam ex famulis oculum intruſerat. Ubi jam ob vulnus impactum unoculum factum eſſe cognoviſſet, accerſivit, et pro damno accepto dona petere a ſe conceſſit.

Ed. Chart. VI. [524.] Ed. Baſ. I. (354.)

παρ' αὐτοῦ δῶρα. ἐπεὶ δὲ διεσιώπησεν ὁ πεπονθὼς, αὖθις ἠξίωσεν ὁ Ἀδριανὸς αἰτεῖν, ὅ τι βούλοιτο. τὸν δ' ἀρνοῦντα ἄλλων μὲν οὐδὲν, ὀφθαλμὸν δὲ αἰτῆσαι. τί γὰρ ἂν καὶ γένοιτο δῶρον ἀντάξιον ἀπωλείας ὀφθαλμοῦ; βούλομαι δέ σε καὶ τῶν ἐμοί ποτε συμβαινόντων ἑνὸς ἀναμνῆσαι, καίτοι γε ἤδη πολλάκις ὑπὲρ αὐτοῦ εἰρηκώς. ἀπονοστήσαντι ἐκ Ῥώμης συνοδοιπορῆσαί τινι φίλῳ τῶν ἐκ Γορτύνης τῆς Κρήτης ἀνδρὶ, τὰ μὲν ἄλλα λόγου τινὸς ἀξίῳ· καὶ γὰρ ἁπλοῦς ἦν, καὶ φιλικὸς, καὶ χρηστὸς, ἐλευθέριός τε περὶ τὰς ἐφ' ἡμέρας δαπάνας· ἦν δὲ ὀργίλος οὕτως, ὡς ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶ χρῆσθαι κατὰ τῶν οἰκετῶν, ἔστι δ' ὅτε καὶ τοῖς σκέλεσι, πολὺ δὲ μᾶλλον ἱμάντι καὶ ξύλῳ τῷ παρατυχόντι. γενομένοις οὖν ἡμῖν ἐν Κορίνθῳ, πάντα μὲν ἔδωκε τὰ σκεύη, καὶ τοὺς οἰκέτας ἀπὸ Κεγχρεῶν εἰς Ἀθήνας ἐκπέμψαι κατὰ πλοῦν αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ ἓν ὄχημα μισθωσάμενος, πεζῇ διὰ Μεγάρων πορεύεσθαι. καὶ δὴ διελθόντων ἡμῶν Ἐλευσῖνα, καὶ κατὰ τὸ Θριάσιον ὄντων, ἤρετο τοὺς ἑπομένους οἰκέτας

Servus quum ſubticuiſſet, Adrianus denuo rogare dignatus eſt, quod vellet. Tandem ille ait, ſe nequicquam velle, oculum dumtaxat repetere. Quodnam enim munus eſſet, quod oculi jacturam dignitate adaequaverit? Volo quidem et ego tibi recenſere quippiam inter ea, quae mihi acciderint, etſi jam ſaepius de eodem dixerim. E Roma paranti reditum cum amico quodam cive Gortynae Cretae civitatis ſimul iter facere contigit: is erat inter caetera non contemnendus, quippe qui et ſimplex, comis, probus et victu quotidiano liberalis, ſed iracundus adeo, ut ſuis ipſius manibus adverſus ſervos uteretur, nonnunquam etiam cruribus, ſed multo magis loris et ligno, quodcunque occurriſſet. Quum jam eſſemus Corinthi, omnes ſarcinas et famulos a Cenchreis Athenas perferendos navigio curavit, ipſe vero, vehiculo uno mercede conducto, pedes per Megaras ibat. Itaque quum Eleuſinem praeteriiſſemus, ac Thriaſium attingeremus, rogabat famulos a tergo comitantes eum de quadam ſarci-

αὐτοῦ περί τινος σκεύους, οἱ δ᾽ οὐκ εἶχον ἀποκρίνασθαι. θυμωθεὶς οὖν, ἐπεὶ μὴ ἄλλο εἶχε, δι᾽ οὗ πατάξειε τοὺς νεανίσκους, ἐν θήκῃ περιεχομένην μάχαιραν ἀνελόμενος, ἅμα [525] τῇ θήκῃ καταφέρει τὴν κεφαλὴν, οὐ πλατεῖς ἐπενεγκὼν, (οὐδὲν γὰρ ἂν οὕτως εἴργαστο δεινὸν,) ἀλλὰ κατὰ τὸ τέμνον τοῦ ξίφους. ἥ τε οὖν θήκη διετμήθη παραχρῆμα, καὶ τραῦμα μέγιστον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς διττὸν ἀμφοτέροις εἰργάσατο, δὶς γὰρ ἑκάτερον αὐτὸς ἐπάταξε. ὡς δὲ πλεῖστον ἄμετρον αἷμα χεόμενον ἐθεάσατο, καταλιπὼν ἡμᾶς, εἰς Ἀθήνας ἀπῆρε βαδίζων εὐθέως ἕνεκα τοῦ μὴ διαφθαρῆναί τινα τῶν οἰκετῶν ἔτι παρόντος αὐτοῦ. ἐκείνους μὲν οὖν ἡμεῖς ἐσώσαμεν εἰς τὰς Ἀθήνας. ὁ δὲ φίλος ὁ Κρὴς ἑαυτοῦ καταγνοὺς Μεγάρας εἰσάγει με λαβόμενος τῆς χειρὸς εἰς οἶκόν τινα, καὶ προσδοὺς ἱμάντα, καὶ ἀποδυσάμενος ἐκέλευσε μαστιγοῦν αὐτὸν ἐφ᾽ οἷς ἔπραξεν ὑπὸ τοῦ καταράτου θυμοῦ βιασθεὶς, αὐτὸς γὰρ οὕτως ὠνόμασεν. ἐμοῦ δ᾽, ὡς εἰκὸς, γελῶντος, ἐδεῖτο προσπίπτων τοῖς γόνασι, μὴ ἄλλως ποιεῖν. εὔδηλον οὖν, ὅτι μᾶλλον ἐποίει με γελᾷν,

nula, illi vero, quid refponderent, non habuerunt. Furore ergo correptus ille, quandoquidem nihil aliud habebat, quo adolefcentes caederet, gladium fimul cum vagina, in qua reconditus erat, cepit impegitque ipforum capiti, non, qua latus ac planus eft, inferens, (fic enim grave nihil fuiffet,) fed qua fecandi vim habet gladius. Diffecta igitur illico eft vagina, vulnusque maximum in capite duplex utrique inflixit, ipfe etenim bis utrumque percuffit. Poftquam vero plurimum fanguinis fundi largiter confpexiffet, nobis relictis, Athenas fubito fe contulit, veritus, ne ipfo adhuc praefente fervorum alter periret. Nos tamen illos fervavimus ad usque Athenas. Porro amicus ille Cretenfis fefe deteftatus, Megaras in domum quandam manu prehenfa me deducit, et, loro tradito, veftimentis exutum fe ob ea, quae execrata iracundia coactus (fic enim appellabat) perpetraffet, verberari juffit. Quod quum ego, ut aequum erat, irriderem, in genua procumbens orabat, ne fecus facerem. Perfpicuum igitur

Ed. Chart. VI. [525.] Ed. Baf. I. (354.)

ὅσῳ μᾶλλον ἐν ἐκείνῳ τῷ μαστιγωθῆναι θεώμενος. ἐπειδὴ δὲ ταῦτα ποιούντων ἡμῶν ἱκανὸς ἐτρίβετο χρόνος, ὑπεσχόμην αὐτῷ δώσειν πληγὰς, εἰ μέντοι παράσχῃ καὶ αὐτὸς ἓν, ὃ ἂν αἰτήσω, σμικρὸν πάνυ. ὡς δ᾽ ὑπέσχετο, παρεκάλουν ὑποσχεῖν μοι τὰ ὦτα λόγον τινὰ διερχομένῳ, καὶ τοῦτ᾽ ἔφην εἶναι τὸ αἴτημα. τοῦ δ᾽ ὑποσχομένου πράττειν οὕτως, πλέον αὐτῷ διελέχθην ὑποτιθέμενος, ὅπως χρὴ παιδαγωγῆσαι τὸ ἐν ἡμῖν θυμοειδὲς, τῷ λόγῳ δηλονότι, καὶ οὐ διὰ μαστίγων, ἀλλ᾽ ἑτέρῳ τρόπῳ παιδαγωγῆσαι διῆλθον. ἐκεῖνος μὲν οὖν ἐν ἑαυτῷ προνοησάμενος ἑαυτοῦ πολὺ βελτίων ἐγένετο. σὺ δ᾽, εἰ καὶ μὴ πολὺ γένοιο βελτίων, ἀρκεσθήσῃ γε καὶ μικρῷ τινι κατὰ τὸν πρῶτον ἐνιαυτὸν ἐπιδοῦναι πρὸς τὸ κρεῖττον. ἐὰν γὰρ ἐπιμείνῃς τῷ πάθει ἀντέχων καὶ πραΰνων τὸν θυμὸν, ἀξιολογώτερον ἐπιδώσεις κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος. εἶτ᾽, ἐὰν ἔτι διαμείνῃς σαυτῷ προνοούμενος, καὶ μᾶλλον ἐν τῷ τρίτῳ, καὶ μετ᾽ αὐτὸν ἐν τῷ τετάρτῳ

eſt, quod tanto magis illum mihi riſum commoveret, quanto magis eum in eo propoſito, ut caederetur, videbam perſeverare. Quum jam ſatis interea temporis iſta nobis agentibus tereretur, pollicebar, me illi plagas inflicturum, ſi et ipſe quoque exiguum adeo quippiam petituro mihi concederet. Quod quum affirmaret ſe facturum, adhortabar inſuper, ut dicenti nonnulla praebiturum aures promitteret, atque hanc aiebam eſſe petitionem. Quod quum recepiſſet ſe praeſtiturum, copioſius cum eo diſſerui praeponens, quomodo conveniret animum iracundum coërcere, ratione nimirum; non enim flagris, ſed alio modo ſervos emendari. Ille igitur, ratione pauliſper ſecum inita, multo melior ſeipſo evaſit. Tu vero etſi non multo ſias melior, ſatis eſſe ducito, ſi vel parum anno priore ad meliora promoveris. Nam ſi pergas affectui reſiſtere ac animum iracundum lenire, majorem laboris fructum anno ſubſequenti percipies. Deinde ſi in eo mentis ſtatu perſiſtas, perpendens tecum ſingula, majus ac majus tertio, et poſt eum quarto et

Ed. Chart. VI. [525.] Ed. Baf. I. (354. 355.)

καὶ πέμπτῳ αἰσθήσῃ μεγάλης αὐξήσεως εἰς βίον σεμνότερον. αἰσχρὸν γὰρ, ἵνα μέν τις ἰατρὸς, ἢ γραμματικὸς, ἢ ῥήτωρ, ἢ γεωμέτρης γένηται, πολλοῖς ἔτεσιν ἐφεξῆς κάμνειν, ὡς δ᾽ ἄνθρωπος ἀγαθὸς, μηδέποθ᾽ ἑλέσθαι τῷ μήκει τοῦ χρόνου κάμνειν.

Κεφ. ε΄. Τίς οὖν ἐστιν ἡ τῆς ἀσκήσεως ἀρχὴ, πάλιν ἀναλάβωμεν· ὑπὲρ γὰρ τῶν ἀναγκαιοτάτων οὐδὲν χεῖρόν ἐστι καὶ δὶς καὶ τρὶς λέγειν τὰ αὐτά. τό μηδέποτε (355) *μηδένα τῶν οἰκετῶν ἁμαρτάνοντα διὰ τῶν ἑαυτοῦ χειρῶν νουθετεῖν, ἀλλ᾽ ὥσπερ ἐγώ ποτε, πυθόμενος αἱρεῖσθαι Πλάτωνα πρός τινα τῶν ὑπηρετῶν ἁμαρτόντα, διὰ παντὸς οὕτως ἔπραξα, καλὸν ἡγησάμενος εἶναι τὸ ἔργον· οὕτω καὶ σὺ παράγγειλον σαυτῷ, μήτ᾽ αὐτὸς διὰ τῶν σαυτοῦ χειρῶν οἰκέτην πλῆξαι μήτ᾽ ἄλλῳ προστάξαι, παρ᾽ ὃν ἂν ὀργισθῇς χρόνον, ἀλλ᾽ εἰς τὴν ὑστέραν ἀνακαλέσασθαι. μετὰ γάρ τοι τὸν θυμὸν σωφρονέστερον ἐπισκέψῃ, πόσας χρὴ πληγὰς ἐντεῖναι τῷ τῆς κολάσεως ἀξίῳ. ἢ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἄμεινόν ἐστι,*

quinto anno ad vitam honeftiorem virtutis fenties incrementum. Turpe fiquidem eft multis aliquem annis, ut medicus, aut grammaticus, aut rhetor, aut geometra fiat, laborare, verum ut in bonum virum evadat, ne pauxillo quidem tempore laborem unquam affumere.

Cap. V. Quod ergo fit exercitii initium, denuo repetamus; nam de iis, quae maxime neceffaria funt, bis ac ter eadem dicere non eft inutile. Monet hoc videlicet, ne quis ullum fervum peccantem fuis ipfius manibus corrigat, fed quemadmodum ego, quod Platonem audiviffem adverfus quendam fervorum peccantem maluiffe agere, fic femper egi, honeftum arbitratus effe hoc officium, fimili modo et tu tibi praecipe, ne famulos tuis manibus, quo tempore iratus es, caedas, neque alteri, ut id faciat, imperes, fed in diem pofterum differas. Nam poft iracundiam prudentius apud te perpendes, quot verbera ei, qui puniendus eft, conveniat infligere. Num praeftat initio venia conceffa fic rem perficere, ubi lo-

συγγνώμη πρᾶξαι οὕτως αἰτήσαντα ἱμάντα, καὶ σωφρονίσαντα λόγῳ, καὶ ἀπειλήσαντα μηκέτι τὸ λοιπὸν συγχωρῆσαι, ἐὰν ὁμοίως ἁμάρτῃ; πολλῷ γὰρ ἄμεινόν ἐστι, μηκέτι ζέοντος τοῦ θυμοῦ [526] πράττειν ἃ πράττεις, ἔξω τῆς ἀλογίστου μανίας γενόμενον, ὁπότε καὶ τῷ λογισμῷ τὸ πυκτεῦον εὑρήσεις. ὅτι γὰρ ὁ θυμὸς οὐδὲν ἀποδεῖ μανίας, ἐξ αὐτῶν ἤδη ὧν ποιοῦσιν οἱ θυμούμενοι μαθεῖν ἔστιν· παίοντες γὰρ, καὶ λακτίζοντες, καὶ κατασχίζοντες ἱμάτια, καὶ θορυβῶδες ἐμβλέποντες ἕκαστα πράττουσιν ἄχρι τοῦ, καθάπερ ἔφην, καὶ θύραις, καὶ λίθοις, καὶ κλεισὶν ὀργίζεσθαι, καὶ τὰ μὲν καταράσσειν, τὰ δὲ δάκνειν, τὰ δὲ λακτίζειν. ἀλλ' ἴσως φήσουσι ταῦτα τῶν ὄντως μαινομένων εἶναι, τὰ δὲ ὑπὸ σοῦ γιγνόμενα σωφρονούντων. ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν ἔλαττον ἁμαρτάνουσι τῶν τοὺς λίθους καὶ τὰς θύρας καὶ τὰς κλεῖς δακνόντων τε καὶ λακτιζόντων οἱ τοὺς οἰκέτας ταῖς ἑαυτῶν παίοντες χερσὶν, ὁμολογῶ· πέπεισμαι δὲ καὶ τὸ πρὸς ἄνθρωπον ἅμα τι ποιεῖν ἢ μικρᾶς μανίας ἔργον ὑπάρχειν, ἢ ζώου τινὸς ἀλόγου τε καὶ ἀγρίου. οὐ γὰρ

rum poſtulaveris et verbis increpaveris, minatus deinceps nequaquam condonaturum, ſi tantundem peccaverit? Multo namque majus eſt, animo non amplius furente atque ab inſania libero, ea quae facis facere, nempe quando cum ratione poenam inveneris. Quod etenim iracundia nihil ab inſania differat, ex iis, quae iracundi faciunt, promptum eſt diſcere; pulſantes enim et calcitrantes, et veſtimenta ſcindentes, et torvum quiddam intuentes, omnia conficiunt usque adeo, ut, quemadmodum dixi, oſtiis, lapidibus et clavibus ſuccenſeant, et alia quidem collidant, alia mordeant, alia calcibus petant. Haec forſan vere inſanientium eſſe dicent, quae vero a te fiant, prudentium. Nos profecto, qui propriis manibus ſervos pulſant, minus peccare illis, qui lapides, oſtia clavesque mordeant et pedibus trudant, fatemur; verum adverſus hominem, ſimul atque peccaverit, ſaevire, vel parvae inſaniae opus eſſe, vel animantis cujusdam agreſtis et ratione carentis, perſuaſum habemus. Non enim haec

Ed. Chart. VI. [526.] Ed. Baf. I. (355.)

μόνος ἄνθρωπος ἐξαίρετα ἔχει ἄρα παρὰ τἄλλα λογίζεσθαι ταῦτα, ἐὰν ἀποῤῥίψωσιν τὸν θυμὸν χαρίζεσθαι ζωὴν, οὐκ ἀνθρώπου βίος. μὴ τοίνυν νόμιζε φρόνιμον ἄνθρωπον ὑπάρχειν, ὃς ἂν αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐκφύγῃ, λακτίζειν, καὶ δάκνειν, καὶ κεντεῖν τοὺς πέλας. ὁ γὰρ τοιοῦτος οὐκ ἔτι μέν ἐστι θηρίον, οὐ μὴν ἤδη γε φρόνιμος ἄνθρωπος, ἀλλ' ἐν τῷ μεταξὺ τούτων τε καὶ τῶν θηρίων. ἆρ' οὖν ἀσκήσεις μηκέτ' εἶναι θηρίον, τοῦ ἄνθρωπος γενέσθαι καλὸς κἀγαθὸς οὐ πεφροντικὼς, ἢ βέλτιον, ὥσπερ οὐκ ἔτι θηρίον, οὕτω μηδ' ἄφρονά σε μηδ' ἀλόγιστον ἔτι διαμένειν; ἔσῃ δὲ τοιοῦτος, ἐὰν μηδέποτε θυμῷ δουλεύων, ἀλλ' ἀεὶ διαλογιζόμενος ἅπαντα πράττῃς, ἃ πάντα σοι χωρὶς τοῦ πάθους σκεπτομένῳ φαίνεται κράτιστα. πῶς οὖν ἔσται τοῦτο; τιμήσαντός σου τιμὴν σαυτὸν μεγίστην, ἧς οὐδ' ἐπινοῆσαι δυνατόν ἐστι μείζονα. τὸ γὰρ, ἁπάντων ἀνθρώπων ὀργιζομένων, αὐτὸν ἀόργητον εἶναι, τί ἄλλο ἐστὶν, ἢ ἑαυτὸν ἀποδεῖξαι πάντων ἀνθρώπων βελτίονα; σὲ δ' ἴσως νομί-

homo folus habet eximia, fed prae caeteris aliis rationem: fi igitur illa ira depofita vitam condonent, nonne hominis id erit factum? Quamobrem noli hominem judicare prudentem, qui hoc unum folum caverit, ne recalcitret, mordeat et pungat proximos; qui enim talis eft, non amplius quidem ferinus eft, fapiens tamen nondum eft, fed medium inter illos ftatum obtinet. Nunquid igitur ftudebis defінere te feram effe, fi non curas, ut in virum et honeftum et probum evadas? an fatius fuerit, ut non amplius ferinum, fic neque infipientem neque rationis expertem permanere? Talis autem evades, fi nunquam iracundiae deferviens, fed rationi obtemperans, omnia agas, quae omnia tibi citra affectum confideranti videantur optima. Quomodo tandem hoc continget? nempe quum honore te affeceris, quo ne cogitare quidem poffis majorem. Omnibus namque hominibus irafcentibus, te folum ira non moveri, quid aliud eft quam cunctis hominibus meliorem te oftendere? Ac fi forte teipfum exi-

ζεσθαι, τί ἄλλο ἐστὶν, ἢ ἑαυτὸν ἀποδεῖξαι, νομίζεσθαι μὲν εἶναι βελτίω ἐθέλειν, εἶναι δὲ οὕτως βελτίω μὴ βούλεσθαι, καθάπερ εἴ τις ἐπεθύμησε νομίζεσθαι μὲν ὑγιαίνειν τὸ σῶμα, νοσεῖ δὲ κατ᾽ ἀλήθειαν. ἢ οὐχ ἡγῇ νόσημα ψυχῆς εἶναι τὸν θυμόν; ἢ μάτην ὑπὸ τῶν παλαιῶν ὀνομάζεσθαι νομίζεις ψυχῆς πάθη πέντε ταῦτα, λύπην, ὀργὴν, θυμὸν, ἐπιθυμίαν, φόβον; ἀλλ᾽ ἔμοιγε βέλτιον εἶναι δοκεῖ μακρῷ, πρῶτον μὲν ἐπὶ πολὺ ἔχειν ἄνευ τῶν εἰρημένων παθῶν, ἐξαναστάντα τῆς κοίτης, ἐπισκοπεῖσθαι πρὸς πάντων τῶν κατὰ μέρος ἔργων, ἆρα βέλτιόν ἐστι πάθεσι δουλεύοντα ζῆν, ἢ λογισμῷ χρῆσθαι πρὸς ἅπαντα· δεύτερον δ᾽, ὅτῳ τῷ βουλομένῳ γίγνεσθαι καλὸς κἀγαθὸς παρακλητέον ἐστὶ τὸν δηλώσοντα τῶν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ πραττομένων οὐκ ὀρθῶς ἕκαστον· εἶτ᾽ ἔτι καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν τε καὶ ὥραν ἔχειν ἐν προχείρῳ τὴν δόξαν ταύτην, ὡς ἄμεινον μέν ἐστιν ἑαυτὸν τιμήσαντα καλὸν κἀγαθὸν, τοῦτο δ᾽ ἄνευ τοῦ σχεῖν τὸν δηλώσοντα τῶν ἁμαρτανομένων ἕκαστον ἀδύνατόν ἐστιν ἡμῖν περιγενέσθαι, καὶ μέντοι καὶ τὸν σωτῆρα ἐκεῖνον

ſtimes, quid aliud eſt quam oſtendere, teipſum exiſtimari velle caeteris praeſtare, revera tamen praeſtantiorem eſſe nolle, quemadmodum ſi quis corpus ſuum valere putari deſideraverit, revera tamen aegrotet. Nunquid enim animi morbum eſſe cenſes iracundiam? An fruſtra a veteribus quinque ejus affectus hos putas nominari, dolorem, iram, iracundiam, cupiditatem et metum? Sed mihi multo melius eſſe videtur, primum quidem dictis perturbationibus diu reſiſtere, et lecto ſurgentem de omni particulatim opere conſiderare, ſatiusne ſit affectibus ſervientem vivere, an in omnibus ratione uti: dein ei, qui ad bonitatem probitatemque aſpiret, advocandum eſſe, qui ſingula, quae parum recta ab eo gerantur, indicet: poſtea quotidie adhuc horisque ſingulis in promptu hanc opinionem habere, nempe melius eſſe bonum atque probum te ipſum honorare. At hoc aſſequi nobis non licet, niſi habeamus, qui ſingula, quae per errorem delinquimus, indicet. Quin etiam illum, qui delicta ſingula oſtenderit,

Ed. Chart. VI. [526. 527.] Ed. Baf. I. (355.)

καὶ φίλον μέγιστον ἡγεῖσθαι τὸν μηνύσαντα τῶν πλημμελουμένων ἕκαστα· εἶθ᾽ ὅτι, κᾂν ψεῦδός σοι φαίνηταί ποτ᾽ ἐγκαλέσας, ἀόργητον προσήκει φαίνεσθαι, πρῶτον μὲν, ὅτι δυνατόν ἐστιν ἐκεῖνον σοῦ βέλτιον ὁρᾷν ἕκαστον ὧν ἁμαρτάνων τυγχάνεις, ὥς γε καὶ σὲ τῶν ἐκείνου. κᾂν ἐπηρεάσῃ ποτὲ ψεῦδος, ἀλλ᾽ οὖν ἐπήγειρέ σε πρὸς ἀκριβεστέραν ἐπίσκεψιν ὧν πράττεις. ὃ δ᾽ ἐστὶ μέγιστον ἐν τούτῳ, ἀεὶ φύλαττε προῃρημένος γε τιμᾶσθαι σεαυτόν. ἔστι δὲ τοῦτο διὰ μνήμης ἔχειν πρόχειρα τό τε τῶν ὀργιζομένων τῆς ψυχῆς αἶσχος τό τε τῶν ἀορ[527]γήτων κάλλος. ὃς γὰρ ἁμαρτάνειν ἐθισθῇ χρόνῳ πολλῷ, δυσεκλήπτως ἔσχε τὴν κλεῖδα τῶν παθῶν, οὕτω καὶ τῶν δογμάτων, οἷς πειθόμενος ἀνὴρ γενήσῃ καλὸς κἀγαθὸς, ἐν πολλῷ χρόνῳ προσήκει μελετᾷν ἕκαστον. ἐπιλανθανόμεθα γὰρ αὐτοῦ ῥᾳδίως ἐκπίπτοντος τῆς ψυχῆς ἡμῶν, διὰ τὸ φθάσαι πεπληρῶσθαι τοῖς πάθεσιν αὐτήν. τοιγαροῦν παρακόλουθόν ἐστιν, ἕκαστον τῶν σωθῆναι βουλομένων ὡς μηδεμίαν ὥραν ἀποῤῥαθυμεῖν. ἐπιτρεπτέον τε πᾶσι κατηγορεῖν ἡμῶν, ἀκουστέον

fervatorem et amicum maximum arbitrari oportet: ad haec, fi quando falfo criminari videtur idem, iram continere debes, primum, quod fieri poffit, ut ea melius videat, in quibus pecces, quam ipfe tu, ut tu illius vitia perfpicere facilius potes, etfi nonnunquam calumniam falfam moliatur. Quin igitur exactius acriusque res tuas infpice: propterea, quod in hoc maximum eft, obferves, nempe temet honorare inftituas, hoc eft, memineris prompte et irafcentium animae turpitudinem et non irafcentium pulchritudinem. Nam qui errare diu confuevit, difficulter clavem affectuum poteft affumere, *hoc eft affectus coercere.* Similiter et dogmata, quibus fubaudiens bonus fimul et probus evadat, longo tempore fingula convenit exercere. Oblivifcimur enim ipfius rei facile, ut quae protinus ex anima noftra propter affectuum copiam ei infilientem excidat. Proximum itaque huic eft, ut, quisquis fervari velit, ne horula quidem una ferias ac otium agat. Incitandi funt omnes, ut nos corri-

τε πρᾴως αὐτοὺς, καὶ χάριν οὐ τοῖς κολακεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς ἐπιπλήττουσιν ἔχειν. ἀνεῴχθη σου ἡ θύρα διὰ παντὸς τῆς οἰκήσεως, ἔξεστι τοῖς συνήθεσιν εἰσιέναι πάντα καιρὸν, ἢν οὕτως ᾖς παρεσκευασμένος. δεῖ οὖν θαῤῥεῖν, ὡς ὑπὸ τῶν εἰσιόντων εὑρίσκεσθαι μηδενὶ τῶν μεγάλων ἁμαρτημάτων ἰσχυρῶς κατειλημμένον. ἔστι δ᾽ ὥσπερ τὸ πᾶν τῷ ἄκοντι ἐκκόψαι δύσκολον, οὕτως τὰ μεγάλα τῷ βουληθέντι ῥᾷστον. τῆς θύρας οὖν ἀνεῳγμένης σου διὰ παντὸς, ὡς εἶπον, ἐξουσία τοῖς συνήθεσιν ἔστω κατὰ πάντα καιρὸν εἰσιέναι. ὡς δ᾽ ἄλλοι πάντες αὖ οἱ προελθόντες εἰς τὸ δημόσιον ἅπαντα πειρῶνται πράττειν κόσμια, οὕτω σὺ κατὰ τὴν ἰδίαν οἰκίαν πράττεις. ἀλλ᾽ ἐκεῖνοι μὲν αἰδούμενοι τοὺς ἄλλους ἁμαρτόντες τι φωραθῆναι μόνους ἑαυτοὺς οὐκ αἰδοῦνται, σὺ δὲ σαυτὸν αἰδοῦ μάλιστα πειθόμενος τῷ φάντι· Πάντων δὲ μάλιστ᾽ αἰσχύνεο σαυτόν.

Κεφ. ς΄. Οὕτως γὰρ πράττων δυνήσῃ ποτὲ τὴν τοῦ θυμοειδοῦς ἔν σοι δύναμιν ἄλογον ὥσπερ τι θηρίον ἡμε-

piant, modefteque audiendi ipfi; quinetiam gratia non affentatoribus, verum increpantibus habenda. Pateat domus tuae oftium familiaribus; quovis tempore liceat ingredi, fi in hunc modum te comparaveris. Quare fidas oportet, tanquam ab introëuntibus nulli vitio infigni obnoxius effe maxime comprehendaris. Eft autem ficut omne invito excindere vitium difficile, ita magna volenti facillimum. Foribus itaque tuarum aedium apertis, ut dixi, copiam femper familiaribus ad te accedendi exhibeto. Sed quemadmodum alii omnes in publicum progreffi omnia conantur facere ut decet, tu domi tuae ita facias. Illos autem alios deprehendi errantes nonnihil pudet, femetipfos deprehendi non pudet. Tui vero praefertim quum admonearis peccati, erubefcas, imo omnium maxime pudeat.

Cap. VI. Hoc namque faciens poteris aliquando concupifcibilis facultatis vim irrationalem tanquam ferinum

Ed. Chart. VI. [527.] Ed. Baſ. I. (355.)

ρῶσαί τε καὶ πραῦναι. ἢ δεινὸν ἂν εἴη, τοὺς μὲν ἱππικοὺς ἄνδρας, ἀχρείους τοὺς ἵππους παραλαβόντας, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ χειροηθεῖς ἐργάζεσθαι, σὲ δ᾽, οὐκ ἔξωθέν τι λαβόντα ζῶον, ἀλλ᾽ ἐν τῇ ψυχῇ δύναμιν ἄλογον, ᾗ διὰ παντὸς ὁ λογισμὸς συνοικεῖ, μὴ δυνηθῆναι πραῦναι αὐτὴν, εἰ καὶ μὴ ταχέως, ἀλλ᾽ ἐν μακροτέρῳ χρόνῳ. λέλεκται δὲ ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς περὶ ἠθῶν ὑπομνήμασι, ὅπως ἀρίστην τις αὐτὴν ἐργάσαιτο, καὶ ὡς τὴν μὲν ἰσχὺν οὐ χρὴ καταβαλεῖν αὐτῆς, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἵππων τε καὶ κυνῶν, οἷς χρώμεθα, τὴν δ᾽ εὐπείθειαν, ὥς γε κἀπ᾽ αὐτῶν, ἀσκεῖν. ἐπιδέδεικται δέ σοι καὶ δι᾽ ἐκείνων τῶν ὑπομνημάτων οὐχ ἥκιστα καὶ ὅπως αὐτῇ πάλιν τῇ τοῦ θυμοειδοῦς δυνάμει συμμάχῳ χρήσῃ κατὰ τῆς ἑτέρας, ἣν ἐπιθυμητικὴν ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ φιλόσοφοι, φερομένης ἀλογίστως ἐπὶ τὰς διὰ τοῦ σώματος ἡδονάς. ὥσπερ οὖν αἰσχρὸν θέαμα διὰ θυμὸν ἄνθρωπος ἀσχημονῶν, οὕτω καὶ δι᾽ ἔρωτα, καὶ γαστριμαργίαν, οἰνοφλυγίαν τε καὶ λιχνείαν, ἃ τῆς ἐπιθυμητικῆς ἐστι δυ-

aliquid edomare et coërcere. Num grave fuerit, viros equeſtres indomitos equos pauxillo tempore manſuetos reddere, te vero, quum non extraneum aliquod animal ſuſceperis, ſed in anima vim irrationalem, cui ratio ſemper inhabitat, ipſam non poſſe mitigare, ac ſi non celeriter, certe longiori temporis ſpatio? Diximus copioſius in commentariis de moribus, qua ratione quis animam comparet optimam, et quomodo robur ejus ſubvertere non expedit, ſicut nec equis ac canibus, quibus utimur, obedientiam vero, ſicut et in ipſis, exercere. Indicatum inſuper tibi eſt non mediocriter in illis commentariis, quo pacto rurſus iraſcibilis facultatis utaris auxilio adverſus alteram, quam veteres philoſophi concupiſcibilem vocaverunt, qua citra rationem in corporis voluptates impellimur. Quemadmodum igitur turpe ſpectaculum eſt ob iracundiam homo praeter decorum ſe gerens, ſic ob amorem, gulam, temulentiam ac ventris inexplebilem cupiditatem, quae concupiſcibilis animae ſunt actiones et

Ed. Chart. VI. [527. 528.] Ed. Baf. I. (355. 356.)

νάμεως ἔργα τε καὶ πάθη, προσεοικὼς, οὐχ ἵππῳ καὶ κυνὶ, καθάπερ εἴκασα τὴν πρώτην, ἀλλ᾽ ὑβριστῇ κάπρῳ καὶ τράγῳ, καί τινι τῶν ἀγρίων ἡμερωθῆναι μὴ δυναμένων. διὸ ταύτης μὲν οὐδεμία παίδευσις τοιαύτη ἐστὶν, οἵα τῆς ἑτέρας, ἡ εὐπείθεια· ὃ δ᾽ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ κολάζειν, ἀλογίαν τινὰ ἔχειν πρὸς τήνδε. γίγνεται δὲ (356) ἡ κόλασις τῆς δυνάμεως ταύτης ἐν τῷ μὴ παρέχειν αὐτῇ τῶν προθυμουμένων ἀπόλαυσιν. ἰσχυρὰ μὲν γὰρ οὕτω καὶ μεγάλη γίγνεται, ἐν τῷ κολασθῆναι δὲ μικρά τε καὶ ἀσθενὴς, ὡς ἕπεσθαι τῷ λογισμῷ δι᾽ ἀσθένειαν, οὐκ εὐπείθειαν. οὕτως γοῦν καὶ αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων ὁρῶμεν ἑπομένους τοῖς βελτίοσι τοὺς χείρους, ἢ ἄκοντας βιαζομένους, ὥσπερ τὰ παιδία καὶ τοὺς οἰ[528]κέτας, ἢ πεισθέντας ἑκόντας, ὥσπερ τοὺς ἀγαθοὺς φύσει. καὶ τῶν μὴ πρὸς ῥημάτων κολασθέντων αὐτὸ δή που τούτοις πάλαι σύνηθές ἐστιν, ὡς ἀκόλαστος ὅδε τις ἄνθρωπός ἐστιν, ἐφ᾽ οὗ δηλονότι τὴν ἐπιθυμητικὴν δύναμιν οὐκ ἐκόλασεν ἡ λογιστική. δύο γὰρ ἔχομεν ἐν ταῖς ψυχαῖς δυνάμεις ἀλόγους· μίαν μὲν, ἧς

affectus, quos non equo, non cani, velut iracundiam, fed apro feroci, et hirco, aut id genus agreftium cuidam, quod cicurari non poteft, affimilavimus. Quapropter hujus nulla difciplina talis eft, qualis eft alterius obtemperatio. Quod autem veteres appellabant punire irrationalem quandam animae vim, ad hanc fpectabat. Porro fit hujus potentiae punitio, dum defideratis frui ipfi non conceditur. Valida enim et magna efficitur, dum optata contingit, at ubi coërcetur, exigua et imbecillis, ut non obtemperantiae, fed imbecillitatis caufa rationem fequatur. Eodem quoque modo videmus inter ipfos homines inferiores aut invito per vim fequi praeftantiores, uti pueros et famulos, aut fua fponte, ut natura bonos. Atque hoc illis, qui verbis fcilicet non caftigati fuere, olim familiare. Nam ille protervus eft et intemperans, in quo videlicet vim appetitoriam rationalis non repreffit. Duas enim habemus in anima facultates rationis expertes, unam, cujus opus eft excandefcere et irafci his, qui

θυμοῦσθαί τε παραχρῆμα καὶ ὀργίζεσθαι τοῖς δόξασι πλημμελεῖν εἰς ἡμᾶς ἔργον ἐστίν. τῆς δ᾽ αὐτῆς ταύτης καὶ τὸ μηνιᾷν ἄχρι πλείονος, ὃ τοσούτῳ πλεῖόν ἐστι θυμοῦ πάθος, ὅσῳ καὶ χρονιώτερον. ἄλλη δ᾽ ἐστὶν ἐν ἡμῖν δύναμις ἄλογος ἐπὶ τὸ φαινόμενον ἡδὺ προπετῶς φερομένη, πρὶν διασκέψασθαι, πότερον ὠφέλιμόν ἐστι καὶ καλὸν, ἢ βλαβερόν τε καὶ κακόν. ταύτην οὖν ἐπέχειν χρὴ τὴν σφοδροτάτην, πρὶν αὐξηθεῖσαν ἰσχὺν δυσνίκητον κτήσασθαι. τηνικαῦτα γὰρ οὐδ᾽ ἂν θελήσῃς ἔτι κατασχεῖν αὐτὴν δυνήσῃ, κᾄπειτα φήσεις, ὥσπερ ἤκουσά τινος ἐρῶντος, ἐθέλειν μὲν παύσασθαι, μὴ δύνασθαι δὲ, παρακαλέσεις τε μάτην ἡμᾶς ὡσαύτως ἐκείνῳ τῷ δεομένῳ βοηθῆσαι καὶ τὸ πάθος ἐκκόψαι. καὶ γὰρ τῶν τοῦ σώματος παθῶν ἔνια διὰ μέγεθός ἐστιν ἀνίατα· σὺ δ᾽ ἴσως οὐδ᾽ ἐπενόησάς ποτε τοῦτο. βέλτιον οὖν σοι κᾂν νυνὶ ἐννοῆσαί τε καὶ διασκέψασθαι, πότερον ἀληθεύω λέγων, αὐξανομένην τὴν ἐπιθυμητικὴν δύναμιν εἰς ἀνίατον ἔρωτα πολλάκις ἐμβαλεῖν, οὐ σωμάτων μόνον ὡραίων, οὐδ᾽ ἀφροδισίων, ἀλλὰ καὶ λιχνείας,

in nos delinquere videntur. Hujus ipfius eft et infenfum effe diutius; qui tanto major eft iracundia affectus, quanto etiam diuturnior. Alia vero in nobis eft facultas rationis expers, qua ad id, quod fuave eft, ferimur, priusquam perfpexerimus, commodumne fit et honeftum, an nocuum et turpe. Hanc vehementem adeo prius cohibere convenit, quam aucta robur infuperabile acquirat. Tunc enim, etiamfi coercere velis, non amplius poffis. Dein inquies, ficut amantem quendam audivi, velle quidem ceffare, fed non poffe; adhortaberisque nos fruftra, perinde ut ille petebat opem fibi ferri et affectum extirpari, fiquidem corporis affectuum quidam prae magnitudine funt immedicabiles. Id autem forfan ne cogitafti quidem unquam. Proinde nunc tibi praeftiterit confiderare et perpendere, verene dicam, concupifcendi facultatem auctam in amorem plerumque nullo fanabilem remedio nos praecipites agere, non corporum formoforum, florentium, neque venereorum, fed ingluviei quo-

καὶ γαστριμαργίας, οἰνοφλυγίας τε καὶ τῆς παρὰ φύσιν αἰσχρουργίας, ἢ ψεύδομαι καὶ ταῦτα καὶ ἄλλα πολλὰ τῶν ἔμπροσθεν εἰρημένων. ἃ γὰρ περὶ τοῦ θυμοῦ λέλεκται μέχρι τοῦ δεῦρο, ταῦτα καὶ περὶ τῶν ἄλλων παθῶν ἡγοῦ λελέχθαι· πρῶτον μὲν, ὡς ἑτέρῳ ἐστὶ τὴν διάγνωσιν αὐτῶν ἐπιτρεπτέον, οὐχ ἡμῖν αὐτοῖς· εἶθ᾽ ὅτι μὴ τοὺς τυχόντας τούτους ἐπιστατεῖν, ἀλλὰ πρεσβύτας, ὡμολογημένους μὲν εἶναι καλοὺς κἀγαθοὺς, ἐξηγητὰς μὲν οὖν δὲ καὶ πρὸ ἡμῶν αὐτῶν ἐπὶ πλέον ἐν ἐκείνοις τοῖς καιροῖς ἕνεκα ἔξω παθῶν εἶναι· εἶθ᾽ ὅτι οὐ φαίνεσθαι χρὴ τοῖς τοιούτοις, ὅταν εἴπωσί τι τῶν ἡμετέρων ἁμαρτημάτων, ἀγανακτοῦντας, ἀλλὰ χάριν εἰδότας· εἶτα καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν σαυτὸν ἀναμιμνήσκειν, ἄμεινον μὲν, εἰ πολλάκις, εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ πάντως γε κατὰ τὴν ἕω, πρὶν ἄρχεσθαι τῶν πράξεων, εἰς ἑσπέραν δὲ, πρὶν ἀναπαύεσθαι μέλλειν. ἐγὼ δήποτε καὶ ταύτας δὴ τὰς φερομένας ὡς Πυθαγόρου παραινέσεις εἴθισα δὶς τῆς ἡμέρας ἀναγινώσκειν μὲν τὰ πρῶτα, λέγειν δ᾽ ἀπὸ στόματος ὕστερον. οὐ γὰρ ἀρκεῖ μόνον ἀοργησίαν ἄγειν, ἀλλὰ

que, gulae, ebrietatis, et indecorae praeter naturam turpitudinis; an mentiar haec, et alia pleraque, quae a me prius dicta ſunt. Quae enim de iracundia retuli hactenus, eadem de affectibus aliis intelligito. Primum quidem alteri, non nobis ipſis eorum dignotionem committendam eſſe. Deinde non quoſcunque, ſed ſenes, qui boni pariter et probi aeſtimati, tum longo ante nos tempore nullis animi perturbationibus obnoxii fuerunt, nobis praeficiendos. Ad haec curandum, ne talibus, quoties vitium aliquod noſtrum oſtendant, ſuccenſere videamur, ſed magis habere gratiam; poſtea quotidie tui ipſius meminiſſe, ſatius eſſet, ſi frequenter, ſin minus, certe ad ſolis ſaltem exortum, priusquam operi te accingas, veſperi, antequam te quieti remittas. Ego utique aliquando et haec, quae tanquam Pythagorae monita circumferuntur, bis ac ter primum conſuevi legere, mox voce pronunciare. Non enim ſatis eſt ſolum irae reſiſtere,

Ed. Chart. VI. [528.] Ed. Baſ. I. (356.)

καὶ λιχνείας, καὶ λαγνείας, οἰνοφλυγίας τε καὶ περιεργίας καὶ φθόνου καθαρεύειν. ἕτερος οὖν ἡμᾶς ἐπεπείρατο, μή τί που, καθάπερ οἱ κύνες, ἀπλήστως ὤφθημεν ἐμφορούμενοι σιτίων, ἢ, ὡς οἱ διακαιόμενοι πυρετῷ συνεχεῖ, ψυχρὸν ἐπισπασώμεθα τὸ πόμα λαβρότερον, ἢ ὡς ἄνδρας σεμνοὺς πρέπει. οὔτε γὰρ διὰ πεῖναν ἐμφορεῖσθαι προσήκει σφοδρῶς καὶ ἀπλήστως, οὔτε διὰ δίψος ὅλην τὴν κύλικα ἐκπίνειν, ἔτι δὲ μᾶλλον οὔτε διὰ λιχνείαν ἁπάντων τῶν παρόντων πλέον, ἤτοι πλακοῦντος, ἤ τινος ἄλλου τῶν λίχνων ὄψων ἀπολαύειν. ἀλλ᾽ ἐν ἅπασιν αὐτοῖς ἀρχομένους μὲν ἔτι παρακλητέον ἐστὶν ἑτέρους ὅ τι ἁμάρτωμεν ἐπιτηρεῖν τε καὶ λέγειν ἡμῖν· ὕστερον δὲ καὶ χωρὶς παιδαγωγῶν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπιτηρῶμεν αὐτοὶ καὶ παραφυλάττωμεν, ὅπως ἁπάντων τε τῶν συνδειπνούντων ἔλαττον ὄψου προσενεγκώμεθα, καὶ τῶν λίχνων ἐδεσμάτων ἀποσχώμεθα, σύμμετρα τῶν ὑγιεινῶν προσαράμενοι. τοῦ χρόνου δὲ προϊόντος, οὐκ ἔτι οὐδὲ πρὸς τοὺς δειπνοῦντας ἀποβλέπειν ἀξιώσαιμ᾽ ἄν σε· μέγα γὰρ οὐδὲν

niſi voracitatem, gulam, temulentiam, curioſitatem et invidentiam tollas ſimul e medio. Alter igitur de nobis periculum faciebat, ſi neque canum in morem cibos immodice ingeſſiſſe deprehenderemur, vel, ut qui continua febre peruruntur, frigidam potionem avidius arriperemus, an ut viros graves decet. Neque enim decorum eſt ob famem cupiditate quadam inexplebili cibum aſſumere, nec ſitis gratia totum omnino exhaurire calicem. Adde, multo minus decere ob gulam omnibus praeſentibus vel placentam, vel aliud delicati quid obſonii intemperantius devorare. Quapropter hic quoque alii, qui in iis omnibus ſibi temperare norunt, admonendi nobis ſunt, ut, in quibus peccemus, obſervent dicantque. Subſequenti vero tempore ſine paedagogis ipſi nos obſervemus, quomodo inter convivas univerſos minorem obſonii partem accipiamus, et a ferculis opiparis abſtineamus, ſalubribus modice ſumptis contenti. At temporis proceſſu nequaquam amplius convivas reſpicere te velim. Nam magni laboris haud

ἐκείνων ἐσθίειν τε καὶ πίνειν ἐγκρατέστερον. εἰ δέ περ οὕτως [529] σαυτὸν ἔγνωκας τιμᾷν, ἐπισκέπτου μᾶλλόν ποτε ἐγκρατῶς διῃτῆσθαι χθὲς ἢ τήμερον. ἐὰν γὰρ τοῦτο ποιῇς, αἰσθήσῃ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν εὐκολώτερον ὧν εἶπον ἀπεχόμενος, αἰσθήσῃ τε μεγάλα εὐφρανθησόμενος τὴν ψυχὴν, ἐάν γε σωφροσύνης ὄντως ἐραστὴς ὑπάρχῃς· οὕτω γάρ τις ἐρασθεὶς χαίρει προκόπτων ἐν αὐτῷ. καὶ διὰ τοῦτο ταῖς μὲν ὀνοφλυγίαις ἔστιν ἰδεῖν ἡδομένους, ὅταν πίνοντες ὑπερβάλλωνται τοὺς συμπότας, ὅσοι δὲ γαστρίμαργοι, καὶ τούτους τῷ πλήθει τῶν ἐδεσμάτων εὐφραινομένους, ὅσοι δὲ λίχνοι, πλακοῦσι, καὶ ταγήνοις, καὶ λοπάσι, καὶ καρυκείαις. ἐνίους δὲ μέγα φρονοῦντας ἔγνων ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν ἀφροδισίων. ὡς οὖν ἐκεῖνοι τὴν ἀκρότητα τῶν σπουδαζομένων ἀσκοῦσί τε καὶ μεταδιώκουσι, οὕτως καὶ ἡμᾶς χρὴ σωφροσύνης ἀκρότητα σπουδάζειν. εἰ δὲ τοῦτο πράξομεν, οὐ τοὺς ἀκολάστους ἡμῖν παραβάλωμεν, οὐδ᾽ ἀρκέσει πλέον ἐκείνων ἔχειν ἐγκρατείας τε καὶ σωφροσύνης, ἀλλὰ πρῶτον μὲν τοὺς σπουδάζοντας τὰ αὐτὰ φιλονεικήσομεν

fuerit tunc bibere et eſſe modeſtius. Si enim ita te ipſum honorare didiceris, conſidera aliquando, magis temperanter heri vel hodie vixiſſe. Hoc facto ſenties quotidie te minori negotio ab his, quae dixi, abſtinere, animumque tuum magis ac magis exhilarari, ſi verus temperantiae amator ſis. Ita enim qui amat, gaudet in eo, quod amat, ſi profecerit. Hinc eſt, quod ebrioſos laetari videamus, quando potu ſuperant combibones; qui voraces ſunt, et hos ciborum copia oblectari; qui guloſi, placentis, ſartaginibus, patinis et condimentis aromaticis. Novi etiam quoſdam, qui frequenti et immoderata venere ſe oſtentarent. Quemadmodum igitur eorum ſumma exercent et perſequuntur, quorum deſiderio tenentur, ita nos ſummo temperantiae ſtudio deditos eſſe oportet. Eo namque pacto intemperantibus nos haud aſſimilabimus, quamquam continentiae et temperantiae plus habere, quam illi, ſatis non ſit, niſi ejusdem rei aemulos etiam ſuperare conten-

Ed. Chart. VI. [529.] Ed. Baf. I. (356.)

ὑπερβάλλεσθαι, (καλλίστη γὰρ ἡ τοιαύτη φιλονεικία,) μετ᾽ ἐκείνους δ᾽ αὖθις ἡμᾶς αὐτοὺς, ὡς ἐξ ἔθους πολυχρονίου τούτοις ὑγιεινοτάτοις τε ἅμα καὶ προσθεῖναι ῥάστοις ἡδέως ἅμα προσφέρεσθαι, μεμνημένους τῶν καλῶς εἰρημένων. ὧν καὶ τοῦτ᾽ ἔστιν. Ἐκλέγου βίον ἄριστον, ἡδὺν δ᾽ αὐτὸν ἡ συνήθεια ποιήσεται. ὥσπερ οὖν, ὁπότε πρὸς τὸν θυμὸν ἀσκεῖν ἠξίουν σε, γνώρισμα τῆς ὠφελείας εἶχες ὁρᾷν σαυτὸν οὐκ ἔτι θυμούμενον, ὡσαύτως ἐπὶ τῆς σωφροσύνης ἔστω σοι γνώρισμα μηδ᾽ ἐπιθυμεῖν ἔτι τῶν ἡδίστων. ὁδὸς δ᾽ ἐπ᾽ αὐτήν ἐστι διὰ τῆς ἐγκρατείας. οὕτω γὰρ αὐτὸς πλεονεκτεῖ σώφρων ἐγκρατοῦς, τῷ μηδ᾽ ἐπιθυμεῖν λίχνων ἐδεσμάτων ἢ διὰ τὸ πολυχρόνιον ἔθος, ἢ δι᾽ ἐγκράτειαν, καθάπερ καὶ αὐτὸ τοὔνομα αὐτῆς ἐνδείκνυται γεγονὸς, ὅπερ ἐστὶν ἐκ τοῦ κρατεῖν καὶ νικᾷν τὰς ἐπιθυμίας. ἐπίπονος δέ ἐστι καὶ τραχεῖα τό γε κατ᾽ ἀρχὰς, ὥσπερ αἱ ἄλλαι τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων ἀσκήσεις. εἰ μὲν οὖν εἴτε τὴν ἀρετὴν ἀντὶ τῆς κακίας ἔχειν ἐθέλεις, εἴτε τὴν γαλήνην τῆς ψυχῆς ἀντὶ

damus. Haec etenim pulcherrima eſt contentio. At poſt illos rurſus] noſmetipſos vincamus, ut ex diuturna conſuetudine ſaluberrimis iſtis juxta ac ſuſceptu facillimis ſuaviter aſſueſcamus, memores eorum, quae a veteribus dicta ſunt, ex quorum numero refertur et illud: *Delige vitae genus optimum, id jucundum efficiet conſuetudo.* Qua igitur ratione, quum iracundiae reſiſtere te volebam, hoc inde commodi ſignum affulgebat, quod iraſcentem te ipſum amplius non viderem, ſic temperantiae indicium exiſtima, quod ſuavia non amplius concupiſcas. At via ad eam per continentiam tendit: quin hoc modo temperans excellit continentem, quod nec opiparos cibos vel ob diuturnam conſuetudinem, vel ob continentiam appetit, quemadmodum et Graecum nomen ipſius indicat compoſitum ex continere et vincere cupiditates. Caeterum initio laboris plena et aſpera eſt, ſicut alia honeſtarum rerum ſtudia. Quare, ſi vel virtutem malitiae loco vel animi tranquillitatem pro corporis titillationibus malis

τῶν τοῦ σώματος γαργαλισμῶν, ἀσκητέον ἐστί σοι τὸν εἰρημένον τρόπον, ἐπὶ σωφροσύνην βαδίζοντα δι᾽ ἐγκρατείας. εἰ δ᾽ ἤτοι τὴν ἀρετὴν ἀτιμάζεσθαι, ἢ γαργαλίζεσθαι βούλει δι᾽ ὅλου τοῦ σώματος, καταληπτέον ἐστὶ τὸν λόγον. οὐ γάρ ἐστι προτρεπτικὸς ἐπ᾽ ἀρετὴν, ἀλλὰ τοῖς προτεθραμμένοις ὑφηγητικὸς τῆς ὁδοῦ, καθ᾽ ἣν ἄν τις αὐτὴν κτήσαιτο. διαιρουμένου δὲ τοῦ λόγου πρός τε τὸ διαγνωστικὸν ἕκαστον ἡμῶν ὑπάρχειν ἑαυτοῦ, καὶ πρὸς τὴν ἐπὶ τῇ διαγνώσει τῶν ἁμαρτημάτων ἐπανόρθωσιν, οὐ περὶ ταύτης πρόκειται λέγειν, ἀλλὰ περὶ τῆς διαγνώσεως τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων. ἐπεὶ δὲ τοῖς μὲν ἀρχομένοις αὐτὴν οὐ διαγνῶναι δυνατὸν, ἑτέρους μὲν τοῖς ἀρχομένοις ἐπιστήσομεν ἐπόπτας, αὐτοὺς δὲ τοὺς ἀσκοῦντας, ὡς ἂν ἤδη δυναμένους γνῶναι, ποίων μὲν ἀπηλλάγησαν ἁμαρτημάτων καὶ παθῶν, ὅσον δ᾽ αὐτοῖς ἐνδεῖ πρὸς τὸ τέλος. ὅπερ δὲ εἴωθα λέγειν ἑκάστοτε, καὶ νῦν ἐρῶ· καθ᾽ ἕτερον μὲν τρόπον ἁπάντων ἐστὶ δυσκολώτατον ἑαυτὸν γνῶναι, καθ᾽ ἕτερον δὲ ῥᾷστον. ἐὰν μὲν γὰρ ἐντὸς θέλῃ τις (357) αὐτὸς χαλεπώτατόν ἐστιν.

recipere, praepofita ratione exercitandus es, ad temperantiam eundo per continentiam. Sin autem vel negligere virtutem, vel totius corporis voluptatibus indulgere ftatuas, ratio deferenda eft, quae ad virtutem non adhortatur quidem, fed iis, qui adhortationem receperunt, viae dux exiftit, qua quis eam comparare queat. Jam vero, quum oratio nobis partita fit in haec videlicet, quomodo quifque feipfum cognofcat, et errores cognitos emendet, de hoc pofteriore dicere nequaquam propofuimus, fed quomodo proprios errores agnofcat. Quoniam vero obnoxii vitiis ac erroribus eos nequeunt dignofcere, alios a nobis accipient infpectores ipfos exercentes, utpote qui jam probe noverint, quibus erroribus et affectibus liberati fint, quidve ad perfectionem defideretur. Quod fubinde confuevi dicere, nunc quoque dicam, altero modo difficillimum effe feipfum cognofcere, altero facillimum. Si enim quis intus velit fe noffe, plurimum fudet neceffe eft: fin autem foris, laboris propemodum nihil fentiet.

Κεφ. ζ'. Ἐγὼ μὲν οὖν ἅπαντα ταῦτ' εἰρημένα καὶ τὰ μέλλοντα λεχθήσεσθαι τοῖς βουληθεῖσιν ὑποτίθεμαι. τάχα μὲν [530] οὖν οὔσης καὶ ἄλλης τινὸς ὁδοῦ πρὸς τὸ καλὸν κἀγαθὸν γενέσθαι, μὴ γινώσκων δ' εὑρεῖν αὐτὴν, ἐχρησάμην τε δι' ὅλου τοῦ βίου ταύτῃ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἀφθόνως δηλῶν παρεκάλουν ἀντιδιδόναι τε καὶ ἀποδοῦναί τι, καὶ ἀντιδιδάσκειν, εἴ τινα ἑτέραν ἄλλην αὐτοὶ γινώσκουσι καλοκαγαθίας ὁδόν. ἄχρι περ ἂν ἐπιθυμῶμεν ἄλλης, ἐν τῇδε διατρίβομεν, ἣ κοινὴ πάντων διαγνώσεώς τε καὶ θεραπείας. καὶ γὰρ ἡ φιλονεικία, καὶ ἡ φιλοδοξία, καὶ ἡ φιλαρχία πάθη τῆς ψυχῆς εἰσιν. τούτων ἐλάττων μὲν, ἀλλ' ὅμως καὶ αὐτὴ πάθος. περὶ δὲ τοῦ φθόνου τί δεῖ καὶ λέγειν; αἴσχιστον τῶν κακῶν ἐστιν. ὀνομάζω δὲ φθόνον, ὅταν τις ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς λυπῆται. πάθος μέν ἐστι καὶ λύπη πᾶσα, χειρίστη δὲ ὁ φθόνος ἐστὶν, εἴτε ἓν τῶν παθῶν, εἴτε λύπης ἐστὶν εἶδος πλησιάζον αὐτῇ. κοινὴ δ' ἐφ' ἁπάντων ὁδὸς τῆς ἰάσεως ἡ προειρημένη. χρὴ γὰρ, ὅτι

Cap. VII. Nos ergo haec omnia, quae dicta et dicenda funt, volentibus apponimus. Eft forfan alia quaedam via, qua bonus quis probusque evadat. At, quum ullam inventam effe ignorem, non folum hac per totam vitam ufus fum, verum etiam aliis abunde indicavi, adhortatus, ut rependereut redderentque aliquid, vicifflm docentes, fi quam aliam probitatis viam cognofcant. Itaque, dum alteram defideramus, hanc ingrediamur, quae omnium affectuum judicio et curationi communis eft. Jam vero contentionis ftudium, gloriae ac imperii cupiditas animae funt affectus. Haec illis minor quidem, fed tamen ipfa quoque affectus. De invidia autem quid attinet dicere? Omnium malorum eft peffimum. Appello autem invidiam, quum quis alterius commodo dolet. Dolor omnis affectus eft, fed multo peffimus invidia, five affectuum unus, five doloris fpecies ei affimilis nominetur. At communis omnium praedicta curationis ratio. Quod

μὲν αἰσχρὰ καὶ φευκτὰ, κατανοεῖν ἐπὶ τῶν ἐνεχομένων αὐτοῖς σφοδρῶς· ἐναργὲς γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνων φαίνεται τὸ αἶσχος· ὅτι δ᾽ οὐ βλέπομεν ἐφ᾽ ἡμῶν αὐτῶν μηδὲν, εἶναι νομίζειν προσήκει τυφλότητ᾽ εἴτε περὶ τὸ φιλοῦν εἴτε περὶ τὸ φιλούμενον, ἔνιά τε λανθάνειν διὰ σμικρότητα καὶ παροράσθαι, μὴ δυνάμενα παροφθῆναι διὰ τὸ μέγεθος ἐν ἄλλοις. πρεσβύτην οὖν τινα βλέπειν αὐτὰ δυνάμενον εὑρίσκειν προσήκει, παρακαλοῦντας ἅπαντα μετὰ παῤῥησίας δηλοῦν, εἶτ᾽ εἰπόντος τι, πρῶτον αὐτῷ χάριν μὲν γνῶναι παραυτίκα, χωρισθέντας δὲ διασκέπτεσθαι καταμόνας ἑαυτοῖς ἐπιτιμῶντας, ἐκκόπτειν τε πειρωμένους τὸ πάθος, οὐκ ἄχρι τοῦ μὴ φαίνεσθαι τοῖς ἄλλοις μόνοις, ἀλλ᾽ ὥστε μηδὲ ῥίζαν ἐγκαταλείπειν αὐτοῦ τῇ ψυχῇ· ἔτι γὰρ ἀναφύεται τῇ τῶν σωζόντων ἀρδόμενον πονηρίᾳ. διὰ τοῦτο προσεκτέον ἡμῖν αὐτοῖς ἐστιν ἐφ᾽ ἑκάστῳ τῶν παθῶν, ὅσα περὶ τοὺς πέλας ἐπισκοπούμεθα, εἴ τι κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐστὶ ψυχὴν τοιοῦτον. ἐκκοπτέον γὰρ αὐτὸ φυόμενον ἔτι, πρὶν αὐξηθὲν ἀνίατον

enim et turpia et fugienda ſint, perſpicere oportet in iis hominibus, qui vehementer ab illis detinentur; in illis enim turpitudo perſpicua apparet. Quod quidem in nobis videmus nihil, caecitatem putare oportet vel circa amans vel circa amatum. Accedit huc, quod nonnulla prae exiguitate nimia nos latent, nec ſenſibus noſtris ſe offerunt, quae in aliis propter magnitudinem non poſſunt non conſpici. Convenit igitur ſenem quempiam invenire, qui illa inſpicere poſſit, rogareque, ut omnia cum libertate commonſtret. Deinde, ſi quid dicat, primum gratiam agemus; ac ſtatim digreſſi, ratione paulifper inita, noſmetipſos corripiemus; et affectum, non quouſque aliis ſolis non appareat, ſed ne radix ejus in animo relinquatur, conabimur evellere; nam ex iis, quae relinquuntur, rurſus aliquid pullulat, dum a pravitate irrigatur. Eoque animum nos ipſos adhibere convenit in ſingulis affectibus, quos circa eos, quibuſcum converſamur, conſpicimus, num quid tale in anima noſtra deprehendi queat. Extirpandum enim eſt, dum naſcitur adhuc, priuſquam accepto in-

Ed. Chart. VI. [530.] Ed. Bas. I. (357.)

γενέσθαι. τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων παθῶν τῆς ψυχῆς οἱ πολλοὶ καταφρονοῦσι, καίτοι γε, ὅταν ἑτέρους αὐτὰ πάσχοντας ἴδωσι, καταγινώσκοντες· ἡ λύπη δ᾽ ἅπασι φαίνεται κακὸν, ὥσπερ ὁ πόνος ἐν τῷ σώματι. καίτοι τῶν συνηθεστάτων ἐμοὶ νεανίσκων, ἐπὶ μικροῖς ἀρνούμενος ἀνιᾷν, ὕστερόν ποτε κατανοήσας τοῦτο, παραγενόμενός τε πρός με βαθὺν ὄρθρον, ὅλης ἔφη τῆς νυκτὸς ἀγρυπνοῦντα ἐπὶ τῷδε τῷ πράγματι, μεταξύ πως εἰς ἀνάμνησιν ἀφικέσθαι τοῦ μηδ᾽ ἐπὶ μεγίστοις οὕτω ἀνιώμενον, ὡς ἐπὶ τοῖς σμικροῖς, ἐμαυτὸν ἠξίουν μαθεῖν, ὅπως αὐτῷ τοῦτο περιεγένετο, πότερον ἐξ ἀσκήσεών τινων, ἢ φύντι τοιούτῳ. ἀπεκρινάμην οὖν αὐτῷ τἀληθῆ. καὶ γὰρ καὶ τὴν φύσιν ἐν ἅπασιν ἔφην δύνασθαι μέγα ἐν τῇ τῶν παίδων ἡλικίᾳ εἰς ζωῆς τελείωσιν, εἶθ᾽ ὕστερον τά τε δόγματα καὶ τὴν ἄσκησιν. ὅτι μὲν οὖν αἱ φύσεις ἡμῶν πάμπολυ διαφέρουσιν, μαθεῖν ἐναργῶς ἔστιν ἐπὶ τῶν παραφερομένων παιδίων. ἔνια μὲν γὰρ αὐτῶν ἀεὶ φαιδρὰ, σκυθρωπὰ δ᾽ ἄλλα θεώμεθα, καὶ

cremento fiat inmedicabile. Plerique enim caeteros omnes affectus animi nihil ducunt, etsi, quum alios eis obnoxios videant, damnent. Dolor omnibus apparet malum, uti labor in corpore. Quidam tamen ex familiarissimis mihi adolescentulis, qui se ob minutula dolorem aliquando sensisse negasset, postea vero, quum aliquando id expertus fuisset, ad me accessit summo mane dixitque, se totam noctem insomnem duxisse hujus rei gratia, interea sibi in mentem venisse, se ne in maximis quidem rebus unquam aeque doluisse, ac in parvis doleret. Voluisse igitur discere, undenam hoc sibi acciderit, ex studione aliquo aut disciplinis, an natura talis sit. Respondebam itaque illi verum. Etenim naturam dixi in puerorum aetate multum ad vitae perfectionem momenti afferre, deinde disciplinas et exercitia. Quod nostrae vero naturae plurimum inter se differant, in pueris occurrentibus manifesto licet cognoscere. Quosdam etenim eorum alacres, quosdam tristes inspicimus, alios ob quaevis ridere para-

τὰ μὲν ἕτοιμα γελᾷν ἐπὶ πᾶσι, τὰ δὲ κλαίειν ἐπὶ μικραῖς προφάσεσιν. οὕτω δὲ καὶ τὰ μὲν ἔχει κοινῇ, τὰ δὲ ἁρπάζει· καὶ τὰ μὲν θυμοῦται σφοδρῶς ἐπὶ τῶν σμικροτάτων, ὡς δάκνειν τε καὶ λακτίζειν, καὶ λίθους καὶ ξύλα ἀμύνασθαι τοὺς πέλας, ὅταν ἀδικεῖσθαι δόξῃ, τὰ δ' ἔστιν ἀνεξίκακα καὶ πρᾶα, μήτ' ὀργιζόμενα, μήτε κλαίοντα, πρὶν ἀδικηθῆναί τι μέγα. ταῦτα καὶ ὁ Εὔπολις ἐρωτώμενον Ἀριστείδην τὸν δίκαιον ὑπὸ τοῦ Νικία, ὡς ἐγένου δίκαιος, οὕτω εὐπρεπῶς ἀποκρινάμενον ἐποίησεν· ἡ μὲν φύσις τὸ μέγιστον, ἔπειτα δὲ κἀγὼ τὴν φύσιν προθύμως συνελάμβανον. οὐ μόνον οὖν ἕτοιμοι τῶν νέων φύσεις πρὸς τὸ [531] λυπεῖσθαι ῥᾳδίως, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ θυμοῦσθαι καὶ λιχνεύειν, ὧν περ αὐτῶν ἄχρι δεῦρο τὸν πλεῖστον λόγον ἐποιησάμην. ἔτι δὲ πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐστὶν ἰδεῖν ἔνια μὲν ἀναίσχυντα τῶν παιδίων, ἔνια δὲ καὶ αἰδούμενα, καὶ τὰ μὲν μνημονικὰ, τὰ δὲ ἀμνήμονα, τινὰ δὲ ἐπιλήσμονα, καὶ τὰ μὲν φιλόπονα περὶ τὰ διδασκόμενα, τὰ δ' ἀμελῆ καὶ ῥάθυμα, καὶ τῶν φιλοπόνων ἔνια μὲν ἐπὶ τῷ χαίρειν

tos, alios plorare quavis parva occaſione. Simili modo hi communia habent omnia, illi rapiunt, nonnulli propter minima excandeſcunt adeo, ut lapides et ligna, quibus proximos ulciſcantur, quod injuria ſe putent affici, mordeant et calcibus inſultent. Rurſus aliqui mali patientes, mites, non iracundi, nec plorantes, niſi offenſi graviter. Similiter etiam Eupolis juſtum illum Ariſtidem, quum rogaretur a Nicia, an natus eſſet juſtus, ſic decenter reſpondentem introduxit: Natura quidem maximum, verum ego illam dein acriter adjuvi. Quamobrem naturae juvenum non ad dolorem modo, ſed ad iracundiam gulamque facile proclives ſunt, de quibus ad hunc uſque locum plurima verba fecimus. Inſuper praeter illos, quos ſupra retulimus, aliquos videas impudentes, aliquos verecundos; hos memores, illos immemores; alios obliviosos, nonnullos diſciplinarum ſtudioſos, quoſdam negligentes et deſidioſos. Ex ſtudioſis ſunt, qui cito gaudeant, ſiquando lau-

Ed. Chart. VI. [531.] Ed. Baf. I. (357.)

ἐπαινούμενα προθύμως, ἔνια δὲ ἐπὶ τῷ καταγινώσκεσθαι πρὸς τῶν διδασκάλων αἰδούμενα, τινὰ δὲ καὶ δεδιέναι τὰς πληγάς. οὕτω δὲ καὶ τῶν ῥαθύμων ἐπὶ ταῖς ἐναντίαις ἕκαστον ἔστι ῥαθυμεῖν. ἐξ ὧν οὖν θεῶνται περὶ τὰ παιδία πάντες ἄνθρωποι, τὰ μὲν αἰσχυντηλὰ καλοῦσιν αὐτῶν, τὰ δὲ ἀναίσχυντα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον ἤτοι φιλότιμα καὶ φιλόκαλα, ἢ ἀφιλόκαλα καὶ ἀφιλότιμα· καὶ μὴν δειλὰ, καὶ καταφρονητικὰ τῶν πληγῶν, ἑτέρας τε τοιαύτας ἐπ' αὐτῶν τίθενται προσηγορίας κατὰ τὰς φύσεις αὐτάς. οὕτω δὲ καὶ τὰ μὲν φιλοψευδῆ, τὰ δὲ φιλαλήθη τῶν παιδίων ὁρῶμεν φύσει ὄντα, καὶ πολλὰς ἄλλας ἔχοντα διαφορὰς ἠθῶν, ὑπὲρ ὧν οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστι νῦν λέγειν εἰκότως· ἔνια μὲν γὰρ αὐτῶν ῥᾷστα δέχεται τὴν ἀγαθὴν παιδείαν, ἔνια δὲ οὐδὲν ὀνίναται. οὐ μὴν τούτου γε ἕνεκεν ἀμελητέον ἐστὶ τῶν παιδίων, ἀλλ' ἐν ἀρίστοις ἤθεσι θρεπτέον. ἢν μὲν οὖν ἡ φύσις αὐτῶν δέχηται τὴν ἐκ τῆς ἐπιμελείας ὠφέλειαν, ἀγαθοὶ γενηθεῖεν ἂν ἄνδρες· εἰ δὲ μὴ δέξαιντό που,

dentur; funt qui a praeceptoribus reprehenfi erubefcant; funt qui flagra timeant. Sic et defidioforum ob contraria videas unumquemque torpefcere et otiofo effe animo. Ex iis igitur, quae omnes homines vident circa pueros, hos vocant verecundos, illos impudentes. Eadem vero ratione vel honoris ac probitatis amantes, vel probitatis ac honoris negligentes; partim etiam timidos, et poenarum contemptores, atque id genus alias appellationes pro natura cujusque illis imponunt. Sic etiam puerorum alios natura mendaces, alios veritatis amatores intuemur, multafque alias morum differentias habentes, de quibus nunc non eft neceffarium jure dicere. Quidam enim ipforum bonam facillime recipiunt inftitutionem; aliqui nihil ex ea proficiunt aut commodi fentiunt: non tamen ea de caufa negligendi funt pueri, fed optimis quibufque moribus educandi. Quod fi igitur natura ipforum ex diligenti cura difciplinaque utilitatem capiat, in bonos evadent viros; fin minus, nos noftro functi officio culpa carebimus.

τὸ μὲν ἡμέτερον ἄμεμπτον εἴη. παραπλησία γάρ πώς ἐστιν ἡ τῶν παίδων διαγωγὴ τῇ τῶν φυτῶν ἐπιμελείᾳ. κατ᾽ ἐκείνην γοῦν ὁ γεωργὸς οὐκ ἄν ποτε δυνήσαιτο ποιῆσαι τὸν βάτον ἐκφέρειν βότρυν, οὐ γὰρ ἐπιδέχεται ἡ φύσις αὐτοῦ τῆς ἀρχῆς τοιαύτην τελείωσιν. ἀμπέλους δ᾽ αὖ πάλιν ἑτοίμας οὔσας, ὅσον ἐφ᾽ ἑαυτῶν, τὸν καρπὸν ἐκφέρειν ἐὰν ἀμελήσας ἐπιτρέψῃ μόνῃ τῇ φύσει, μοχθηρὸν ἢ οὐδ᾽ ὅλως οἴσουσιν αὐτόν. οὕτω δὲ καὶ εἰ τῶν ζώων ἵππον μὲν παιδεύσῃς, εἰς πολλὰ χρήσιμον ἕξεις, ἄρκτον δὲ κἂν ἥμερόν ποτε διδάξῃς, μόνιμον οὐχ ἕξει τὴν ἕξιν, ἔχιδνα δὲ καὶ σκορπίος οὐκ ἄχρι τοῦ δοκεῖν ἡμεροῦσθαι προέρχεται. ἐγὼ τοίνυν ὅπως μὲν τὴν φύσιν ἔχω, οὐκ ἔχω γνῶναι· τὸ γὰρ ἑαυτὸν φάναι χαλεπόν ἐστι καὶ τοῖς τελείοις ἀνδράσιν, μή τοί γε δὴ τοῖς παισί.

Κεφ. η'. Εὐτύχησα δὲ μεγάλην εὐτυχίαν, ἀοργητότατον καὶ δικαιότατον καὶ χρηστότατον καὶ φιλανθρωπότατον ἔχων πατέρα, μητέρα δὲ ὀργιλωτάτην, ὡς δάκνειν μὲν

Aſſimilis enim eſt quodammodo puerorum inſtitutio ſtirpium culturae. In illa namque agricola nunquam poteſt efficere, ut rubus proferat uvam, ſiquidem natura ejus talem principii perfectionem minime recipit. Iterum ſi vites, quod ad ipſas attinet, abunde ſatis foecundas negligens, ſoli naturae curam committat, pravum fructum aut nullum producent. Pari modo, ſi ex animalibus equum erudias, ad multa accommodum habebis, urſum autem quamvis aliquando manſuetum docendo feceris, non tamen firmum habitum retinebit, vipera vero et ſcorpius tantum de ſe nunquam immutant, ut nec ad manſuetudinem accedere ſolum videantur. Ego hercle qua praeditus ſim natura, nullo queam pacto cognoſcere; nam ſemetipſum oſtendere, viris etiam abſolutis, nedum pueris eſt difficile.

Cap. VIII. At raram quandam felicitatem conſequutus ſum, cui pater contigerit mitiſſimus, juſtiſſimus, probiſſimus et humaniſſimus, mater licet iracunda adeo fuerit,

ἐνίοτε τὰς θεραπαίνας, ἀεὶ δὲ κεκραγέναι τε καὶ μάχεσθαι τῷ πατρὶ μᾶλλον, ἢ Ξανθίππη Σωκράτει. παράλληλά τε ὁρῶντί μοι τὰ καλὰ τῶν τοῦ πατρὸς ἔργων τοῖς αἰσχροῖς πάθεσι τῆς μητρὸς ἐπῄει τὰ μὲν ἀσπάζεσθαί τε καὶ φιλεῖν, τὰ δὲ φεύγειν καὶ μισεῖν. ὥσπερ δὲ ἐν τούτοις ἑώρων παμπόλλην διαφορὰν τῶν γονέων, οὕτω κἀν τῷ, τὸν μὲν ἐπὶ οὐδεμιᾷ ζημίᾳ λυπούμενον, ἀνιωμένην δ᾽ ἐπὶ σμικροτάτοις τὴν μητέρα. γιγνώσκεις δὲ δήπου καὶ σὺ τοὺς παῖδας, οἷς μὲν ἂν ἥσθῶσι, ταῦτα μιμουμένους, ἃ δ᾽ ἂν ἀηδῶς ὁρῶσι, φεύγοντας. ἡ μὲν οὖν ὑπὸ τῷ πατρὶ παιδεία τοιαύτη τις ἦν· ὑποπληρώσας δὲ τεσσαρεσκαιδέκατον ἔτος, ἤκουον φιλοσόφων πολιτῶν, ἐπὶ πλεῖστον μὲν Στωϊκοῦ Φιλο[532]πάτορος μαθητοῦ, βραχὺν δέ τινα καὶ Πλατωνικοῦ μαθητοῦ Γαΐου, διὰ τὸ μὴ σχολάζειν αὐτὸν, εἰς πολιτικὰς ἀσχολίας ἑλκόμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, (358) ὅτι μόνος αὐτοῖς ἐδόκει δίκαιός τε καὶ χρημάτων εἶναι κρείττων, εὐπρόσιτός τε καὶ πρᾷος. ἐν τούτῳ δέ τις καὶ ἄλλος ἦλθε πολίτης ἡμέτερος

ut ancillas objurgaret interim, ſemper vociferaretur, cum patre magis, quam Xanthippe cum Socrate, pugnaret. Quum itaque honeſta patris opera cum turpibus matris affectibus invicem conferrem, cogitavi illa arripere et amare, hos fugere et odiſſe. Quemadmodum igitur in his ingens parentum diſcrimen, ſic in illo maxime deprehendebam, nempe quod pater meus ob nullum quamvis grave incommodum doleret, mater etiam angeretur ob leviſſima. Noviſti tu quoque forſan, pueros, quibus incumbant, haec imitari, quae vero illubentes viderint, illa fugere. Patris itaque diſciplina fuit hujusmodi. Poſtquam annum impleviſſem decimumquartum, audiebam philoſophos civiles, ſaepiſſime Stoicum Philopatoris diſcipulum, parvo quoque tempore Platonicum Gai diſcipulum, eo quod ipſi non vacaret, ut qui ad civilia negotia a civibus traheretur, quia ſolus ipſis aequus, pecuniae contemptor, necnon acceſſu facilis et mitis judicabatur. Interea autem venit

Ed. Chart. VI. [532.] Ed. Baſ. I. (358.)

ἐξ ἀποδημίας μακρᾶς, Ἀσπασίου τοῦ Περιπατητικοῦ μαθητής, καὶ μετὰ τοῦτον ἀπὸ τῶν Ἀθηνῶν ἄλλος Ἐπικούρειος, ὧν ἁπάντων ὁ πατὴρ δι᾽ ἐμὲ τοῦ βίου καὶ τῶν δογμάτων ἐξέτασιν ἐποιεῖτο, σὺν ἐμοὶ πρὸς αὐτοὺς ἀφικνούμενος. ἐγεγύμναστο δ᾽ ἐπὶ πλεῖστον ἐν γεωμετρίᾳ, καὶ ἀριθμητικῇ, καὶ ἀρχιτεκτονίᾳ, καὶ ἀστρονομίᾳ. βουλόμενος γοῦν ὁμοίως ταῖς γραμμικαῖς ἀποδείξεσιν λέγειν κεχρῆσθαι τὸν διδάξαντα· διὰ ταύτην δὲ χρὴ τὴν αἰτίαν μηδὲ διαφωνίαν γεγονέναι πρὸς ἀλλήλους. τῶν ἀπὸ τῶν σοῦ δηλονότι μαθημάτων καλῶν, καθάπερ οἱ ἀρχαῖοι κατὰ τὰς προειρημένας τέχνας, ὧν αἱ πρῶται γεωμετρία τε καὶ ἀριθμητική. καθάπερ οὖν ἔφην, τὸ μὴ προπετῶς ἀπὸ μιᾶς αἱρέσεως ἀναγορεύσας σαυτὸν, ἀλλὰ ἐν χρόνῳ παμπόλλῳ μανθάνων τε καὶ κρίνων αὐτὰς, οὕτως πρὸς ἁπάντων μὲν ἀνθρώπων ἐπαινεῖται. συνομολογεῖται δὲ καὶ τοῖς φιλοσόφοις εἶναι ζηλωτέα ταῦτα, καὶ νῦν ἤδη ζηλωτέον αὐτὰ, καὶ μανθάνειν, καὶ αὐξάνειν ἀξιῶσαι, δικαιοσύνης ἀντιποιούμενον, καὶ σωφροσύνης, ἀνδρείας τε καὶ φρονήσεως. ἐπαινοῦσι γὰρ ἅπαντες

et alius, civis noſter, ex longa peregrinatione, Aſpaſii Peripatetici diſcipulus, et poſt hunc ab Athenis alius Epicureus, quorum omnium vitam et dogmata mea cauſa pater inquirebat, mecum ad eos profectus. Erat autem plurimum in Geometria, Arithmetica, Architectura, et Aſtronomia exercitatus. Quum jam vellet doctorem linearibus demonſtrationibus aeque uti debere ſignificare, non oportet, inquit, honeſtarum artium praecepta, quibus uſus es, inter ſe diſſentire, ſicut veteres in praedictis diſciplinis, quarum primae Geometria et Arithmetica: qua de cauſa temere ne ſectae cuivis teipſum addicas, ſed tempore diuturno diſcas judiceſque eas; ſic tandem ab omnibus hominibus laudem mereberis. Quin et apud philoſophos in confeſſo eſt, haec imitatione eſſe digna, et nunc imitanda ei, qui diſcere et locupletare ſe volet, tum qui juſtitiae, temperantiae, fortitudini atque prudentiae ſtudeat. Laudant enim univerſi virtutes has, quam-

τὰς ἀρετὰς ταύτας, κἂν αὐτοὶ συνειδῶσιν ἑαυτοῖς οὐδεμίαν αὐτῶν ἔχουσι, καὶ φαίνεσθαί γε πειρῶνται τοῖς ἄλλοις ἀνδρεῖοι, καὶ σώφρονες, καὶ δίκαιοι, καὶ φρόνιμοι, ἄλυποι μέντοι κατ᾽ ἀλήθειαν εἶναι, κἂν μὴ φαίνωνται τοῖς ἄλλοις. ὥστε τοῦτο πρῶτον ἁπάντων ἀσκητέον ἐστὶν, τὸ σπουδαζόμενον ἅπασιν ἀνθρώποις μᾶλλον τῶν ἄλλων ἀρετῶν. ταύτας, ἔφην ἐγὼ, παρὰ τοῦ πατρὸς λαβὼν τὰς ἐντολὰς ἄχρι δεῦρο διαφυλάττω, μήτ᾽ ἀφ᾽ αἱρέσεώς τινος ἐμαυτὸν ἀναγορεύσας· ὧν σπουδῇ πάσῃ ἀκριβῆ τὴν ἐξέτασιν ἔχων, ἀνεύπληκτός τε πρὸς τὰ κατὰ τὸν βίον ὁσημέραι συμπίπτοντα διαμένω, ὥσπερ ἑώρων τὸν πατέρα. οὔτ᾽ οὖν ἀπώλειά τινος λυπήσει με, πλὴν εἰ παντοίως ἀπολέσαιμι τὰ κτήματα· τοῦτο γὰρ οὐδέπω πεπείραμαι. δόξης τε καὶ τιμῆς ὁ πατὴρ εἴθισέ με καταφρονεῖν, ἀλήθειαν μόνην τιμῶντα. λυπουμένους δ᾽ ὁρῶ τοὺς πολλοὺς, ὅταν ἤτοι ἀτιμᾶσθαι δοκῶσιν ὑπό τινος, ἢ χρημάτων ἀπωλείᾳ. κατὰ τοῦτ᾽ οὖν, ἔφην, οὐδὲ λυπούμενον εἶδές μέ ποτε. οὐδὲ ἐπὶ χρημάτων ἀπώλεια συνέπεσέ μοι μέχρι τοῦ δεῦρο τηλικαύτη τὸ μέγεθος, ὡς μηκέτ᾽ ἔχειν

vis ipfi fibi probe confcii fint, quod nec ullam ipfarum habeant, fed videri aliis fortes, temperantes, jufti et prudentes conantur. Caeterum doloris expertes non effe revera, fed apparere tantum volunt. Proinde hoc in primis cavendum, quod cunctis hominibus magis quam virtus in ftudio eft. Has, inquam, a patre praeceptiones traditas in hunc usque diem refervo, nullam fectam profeffus eorum, quos omni ftudio exacte difquifierim, atque imperterritus adverfum vitae cafus ac pericula, quemadmodum et patrem vidi, permaneo. Proinde nulla plane, nifi forfan omnium, quae poffideo, jactura unquam aegritudinem afferet: tale namque nondum expertus fum. Atqui honorem et gloriam contemnere me pater affuefecit, veritatem folam magnifacere; alios vero, quum vel ignominia affectos fe putant ab aliquo, vel ob bonorum jacturam dolere videmus. Ex hujufmodi re igitur nunquam me dolere fenfifti; nec tanta rerum damna hucusque perpeffi fumus, ut non ex reliquiis corporis fanita-

ἐκ τῶν ὑπολοίπων ἐπιμελεῖσθαι τοῦ σώματος ὑγιεινῶς, μήτ᾽ ἀτιμία τις, ὥς ὁρᾶν με τοῦ συνεδρίου τῆς ἐμῆς βουλῆς ἀφαιρεθέντα. εἰ δέ τινας μὲν ἀκούσαιμι ψέγειν, τινὰς δὲ ἐπαινοῦντας, αὐτοῖς ἀντιτίθημι, καὶ νομίζω τὸ πάντας ἀνθρώπους ἐπαινοῦντας ἐπιθυμεῖν ἔχειν ἐοικέναι τῷ ἅπαντα ἔχειν ἐθέλειν κτήματα. δοκῶ τοίνυν, ἔφην, ἐμαυτῷ, τάχα δὲ καὶ σοὶ δόξω μηδὲν ἄχρι δεῦρο μέγα πεπονθέναι διὰ τέλους ἀλύπως. οὔτε γὰρ ἀφῃρέθην ἁπάντων τῶν χρημάτων, οὔτ᾽ ἠτιμήθην. εἰ δὲ βοῦς, ἢ ἵππος, ἢ οἰκέτης ἀπέθανεν, οὐχ ἱκανὸν τοῦτο λυπῆσαι μεμνημένον ὧν ὁ πατὴρ ὑπέθετο, μὴ πρότερον ἐπὶ χρημάτων ἀπωλείᾳ λυπηθῆναι συμβουλεύων, ἄχρις ἂν ᾖ τὰ λειπόμενα πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἐπιμέλειαν αὐτάρκη. τοῦτον γὰρ ἐτίθετο πρῶτον ὅρον ἐκείνων κτημάτων, ὡς μὴ πεινᾶν, μὴ ῥιγοῦν, μὴ διψᾶν· εἰ δὲ πλείω τις εἰς ταῦτα χρεία εἴη, καὶ πρὸς τὰς καλὰς πράξεις, ἔφη, χρηστέον αὐτῶν. ἐμοὶ τοίνυν ἄχρι δεῦρο τοσαύτη χρημάτων χρῆσίς ἐστιν, ὡς καὶ πρὸς τὰς τοιαύτας

fem tueri licuiffet; nec talem infamiam fuftuli, quae mentem a rationis fede motam deiecerit. Porro fi quos audiam vituperare me, quofdam vero probare, iis repugno, putoque, omnium hominum de fe laudes defiderare fimile effe ei, quod omnium rerum poffeffionem velle habere. Quamobrem mihi videor et forfan tibi videbor nihil grave hucufque paffus transegiffe vitam fine moleftia et dolore. Siquidem omnibus nondum exutus fum divitiis, neque ignominiam paffus. Quod fi bos, equus aut fervus perierit, idcirco non dolendum mihi cenfeo, eorum memori, quae pater praeceperat, confulens nequaquam effe ob ullam bonorum jacturam dolendum, quamdiu ad corporis tutelam reliqua fufficiant. Hunc poffeffionum illarum primum ftatuit finem, non efurire, non algere, non fitire; fi amplior facultas contingat, in actiones honeftas eam effe transferendam. Mihi igitur tanta hactenus pecuniarum facultas fuppetiit, quanta perfugiendis

[533] πράξεις ἐξαρκεῖν. οἶδα δὲ, ἔφη, καί σε διπλασίαν τε ἐμοῦ κεκτημένον, ἐπιτίμιόν τε κατὰ τὴν πόλιν ἡμῶν οὕτως, ὥς, τίς ἂν εἴη σοι λύπης αἰτία, πλὴν ἀπληστίας, οὐχ ὁρῶ. πρὸς ταύτην οὖν ἄσκησιν μόνην ἄνεισον ἐγὼ διὰ μνήμης ἔχων, καὶ μελετῶν ἀεὶ, καὶ σκοπούμενος, μέχρι περ ἂν τούτῳ ἐπείσθην, ὥς τὸ τὰ δὶς δύο τέσσαρα εἶναι.

Κεφ. θ'. Θεασώμεθα γὰρ, εἶπεν, ἐπὶ σχολῆς, ὁποῖόν τι πάθος ἐστὶν ἡ ἀπληστία· τὴν δ' ἀρχὴν τῆς σκέψεως ἡ περὶ τὰς τροφὰς ἀπληστία παρέξει. τὸ γοῦν ἐπέκεινα τοῦ συμμέτρου προσφέρεσθαι σίτου ἀπληστίαν ὀνομάζουσι· τὸ σύμμετρον δ' αὐτῶν κρίνουσι τῇ χρείᾳ τῆς τροφῆς· χρεία δ' αὐτῆς ἐστι τὸ θρέψαι τὸ σῶμα. θρέψει δὲ πεφθεῖσα καλῶς, πεφθήσεται δ', εἰ σύμμετρος· τὴν γὰρ πολλὴν ἀπεπτουμένην ἴσμεν. εἰ δὲ ἅπαξ τοῦτο γένοιτο, διαφθείρεσθαι τὴν χρείαν αὐτῆς ἀναγκαῖον. εἰ δέ γε ὑπὸ τῆς δήξεως τῶν ἀπεπτηθέντων σιτίων ἡ γαστὴρ ἀνιαθεῖσα πᾶν ἐκκρίνειε,

illis ſatis fuit. Novi autem, inquit, et te duplo nos opibus ſuperare, tum in civitate noſtra quam honoratiſſimum agere, ita ut, quae triſtitiae cauſa praeter inexplebilem cupiditatem tibi fuerit, haud inveniam. Ad hanc ergo ſolam exercitationem me compoſui, in memoria ſemper habens, meditans, expendenſque, donec perſuaſus eſſem, bis duo quatuor valere.

Cap. IX. Videamus enim, inquit, ſedulo, qualiſnam ſit affectus inexplebilis cupiditas. At disputationis initium nutrimenti inſatiabilis cupiditas exhibebit. Etenim quum ſupra mediocritatem cibus ingeritur, inexplebilem cupiditatem appellamus; mediocritas autem ipſius ex nutrimenti uſu judicatur; uſus autem ipſius eſt nutrire corpus. Nutriet probe concoctus; concoquetur, ſi mediocris; immodicum enim non poſſe concoqui novimus. Quod ſi ſemel accidat, uſum ejus corrumpi neceſſe eſt. Si ventriculus ab incoctorum ciborum morſu ac roſione moleſtiam paſſus totum excernat, ſym-

Ed. Chart. VI. [533.] Ed. Baf. I. (358.)

διάῤῥοια μὲν ὀνομάζεται τὸ σύμπτωμα, διαφθείρεται δ᾽ ἡ χρεία τῆς τροφῆς· οὐ γὰρ ἐφ᾽ ὅ τι διεξελθεῖν τὰ ἔντερα λαμβανόμεθα αὐτὴν, ἀλλ᾽ ἕνεκα τοῦ προστεθῆναι πᾶσι τοῖς μορίοις τοῦ σώματος. εἰ δ᾽ ἀναδοθείη μὴ καλῶς πεφθεῖσα, κακοχυμίαν ἐργάζεται ἐν ταῖς φλεψίν. ἐπεὶ τοίνυν ἐπὶ τῷ σώματι ἡμῶν ἔμαθες, ὁποῖόν τι πρᾶγμά ἐστιν ἡ ἀπληστία, μεταβὰς ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἤδη θέασαι κἀνταῦθα τὴν φύσιν αὐτῆς, ἐφ᾽ ἑκάστης ὕλης πραγμάτων ἐπισκοπούμενος, ἀπὸ τῶν κτημάτων ἀρξάμενος. ἐν τούτοις οὖν ἔνια μὲν οὐκ ὀρθῶς ἐσπούδασται, καθάπερ οἱ μαργαρῖται, καὶ οἱ σαρδόνυχες, αἵ τ᾽ ἄλλαι λίθοι πᾶσαι· καθάπερ κόσμος, ὃν αἱ γυναῖκες οἷόν τι φέρουσαι ταῖς ἐξαρτησαμέναις αὐτῶν· τούτου τοῦ γένους ἐστὶ τὰ χρυσοϋφῆ τῶν ἱματίων ἤ τινα περίεργον ἔργον ἔχοντα, ἢ ὕλης δεόμεθα πόῤῥωθεν κομιζομένης, ὥσπερ τῶν σειρικῶν ὀνομαζομένων. ἔνια δὲ τῶν κτημάτων πρὸς τὴν τοῦ σώματος ὑγείαν διαφέροντα προσηκόντως σπουδάζεται, πρῶτα μὲν ἐξ ὧν τρεφόμεθα, καὶ ἀμφιεννύμεθα, καὶ ὑποδούμεθα, ἐν οἷς καὶ ἡ οἴκησις. ἐκείνου δὲ τοῦ

ptoma quidem nominatur diarrhoea, usus vero alimenti corrumpitur; si quidem non, ut intestina perreptet, id capimus, sed ut omnibus corporis partibus apponatur. At ubi non bene coctum distribuitur, vitiosum humorem in venis parit. Quoniam igitur in corpore nostro qualis res sit inexplebilis cupiditas, didicisti, transgressus ad animum, et hic naturam ejus contemplare, atque perpende in unaquaque rerum materia, ab iis quae possidentur sumpto exordio. In his ergo quaedam parum recte affectantur, uti sunt margaritae, sardonyches, et alii lapides omnes, quemadmodum ornatus, quem mulieres gestant ut quid iis, quae collo circumdant, simile. Hujus generis sunt vestimenta auro contexta, aut supervacuum aliquod opus habentia, aut quae materiam ex longinque allatam desiderant, ut quae vocantur serica. Nonnulla possessionum corporis sanitati accommoda merito expetuntur. Prima, quibus alimur, vestimur, et calceamur; inter quae habitaculum etiam annumeratur. Huc spectant, quae videntur

γένους φαίνεται καὶ τὰ τοῖς νοσοῦσιν ἐπιτήδεια. τινὰ δὲ, ὥσπερ τοὔλαιον, ἀμφοτέροις ὑπάρχει χρήσιμα, τοῖς ὑγιαίνουσι καὶ τοῖς νοσοῦσιν. ἔνια δὲ τοιαῦτα, τὰ μὲν μείζω, τὰ δ᾽ ἐλάττω τὴν ὠφέλειαν παρεχόμενα τοῖς τῶν ἀνθρώπων σώμασι. καὶ τοίνυν ἤδη τοῦ πλήθους τὸν ὅρον καὶ τῆς κτήσεως αὐτῶν ἐναργῶς οἶμαί σε τεθεᾶσθαι. ὥσπερ γὰρ τὸ πηχυαῖον ὑπόδημα πρὸς τέλος ἐστὶν ἄχρηστον, οὕτω καὶ τὸ ε΄ καὶ ι΄ ἔχειν ὑποδήματα, πλὴν δυοῖν. ἄλλα τε γὰρ ὄντα πάντως αὐτάρκης ἡ χρεία. οὕτω δὲ καὶ τὴν ἐσθῆτα διπλῆν ἔχειν αὔταρκες, οἰκέτας τε καὶ σκεύη. ἐν ἡμῖν, ἔφην, οὐ μόνον ἐσθὴς ὑπάρχει περιττοτέρα τῆς διττῆς, ἀλλὰ καὶ οἱ οἰκέται, καὶ σκεύη, καὶ πάνθ᾽ ἁπλῶς τὰ κτήματα πολὺ πλείω τῶν διττῶν ἐστιν. πρόσοδον γὰρ ἔχομεν ἀφ᾽ ὧν κεκτήμεθα πολλαπλασίαν, ἢ ὡς εἰς ὑγείαν μόνην ἐξ αὐτῶν ὑπηρετεῖσθαι τῷ σώματι. τίνας οὖν, ἔφην, ὁρῶ τὸν ἀπολαυστικὸν ὀνομαζόμενον ἑλομένους βίον, οὐ διπλάσια μόνον, ἢ τριπλάσια δαπανῶντας ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ πενταπλάσια, καὶ δεκαπλάσια, καὶ τριακονταπλάσια. τὸν δ᾽ ὡσαύτως ἐμοὶ

aegrotantibus idonea. Sunt quae utrifque et fanis et aegrotis ex aequo conducunt, ut oleum. Nonnulla rurfus id genus majorem, aliqua minorem hominum corporibus utilitatem afferunt. Atque jam abundantiae et poffeffionis illorum finem manifefto te perfpexiffe arbitror; ficut enim cubitalis calceus plane eft inutilis, fic etiam quinque et decem habere calceamenta praeterquam duo incommodum dicitur. Aliarum rerum commoditate abunde fatis utimur. Ad hunc modum veftem duplicem famulofque et fupellectilem poffidere fufficit. Apud nos, inquam, non veftes folum plures duabus, fed famuli quoque et fupellex fervantur; omnia denique noftrae domi dualem numerum excedunt. Nam proventum ex iis, quae tenemus, recipimus multiplicem magis, quam ut ad fanitatem folam corpori fuppeditetur. Quicunque, ajo, voluptuariam, ut ferunt, degunt vitam, non duplo aut triplo plura quam nos infumere videmus, verum quintuplo, decuplo, imo ter decuplo. Alium rurfus eundem mecum vitae modum

διαιτώμενον θεῶμαι, λυπούμενον δ' αὖ ὁμοίως ἐμοὶ, καίτοι τῆς [534] οὐσίας οὐχ ἕκαστον ἔτος αὐξανομένης· ἐπεὶ ἐξ αὐτῶν τῶν προσόδων ἀναλίσκεται μὲν τὸ ι' μέρος ἴσως, αἱ λοιπαὶ δὲ θ' μοῖραι τοῖς ὑπάρχουσι προστίθενται. βλέπω γάρ σε οὐδὲ πρὸς τὰ καλὰ τῶν ἔργων δαπανῆσαι τολμῶντα, μηδ' εἰς βιβλίων ὠνὴν, καὶ κατασκευὴν, καὶ τῶν γραφόντων ἄσκησιν, ἤτοι γε εἰς τάχος διὰ σημείων, ἢ εἰς καλῶν ἀκρίβειαν, ὥσπερ οὐδὲ τῶν ἀναγινωσκόντων ὀρθῶς. οὐ μὴν οὐδὲ κοινωνοῦντά σε θεῶμαι, καθάπερ (359) ἐμὲ σὺ βλέπεις ἑκάστοτε, τοῖς μὲν ἱματίοις οἰκετῶν, τοῖς δ' εἰς τροφὰς ἢ νοσηλείαν· τινῶν δ' ἐθεασάμην καὶ τὰ χρέα διαλυσάμενος. ἐγὼ μὲν οὖν καταλείπω πᾶσαν ἣν ὁ πατήρ κατέλιπέ μοι πρόσοδον, οὐδὲν ἐξ αὐτῆς περισσὸν ἀποτιθέμενος, οὐδὲ θησαυρίζων, οὐδὲ πολλαπλάσια τῶν ἀναλισκομένων ἀποτιθέμενος. ὅμως ἀνιέμενον φαίης πολλάκις ἐμὲ, καθάπερ αὐτὸς ὁμολογεῖς, οὐδέποτε λυπούμενον ὁρῶν. ἆρ' οὖν δύνασαι καθορᾷν τῆς λύπης σου τὴν αἰτίαν, ἢ παρ'

tenere confpicio, et ex aequo mecum dolere, licet facultas non annis fingulis accrefcat, quum redituum decima forfan infumatur portio, reliquae novem praefentibus apponantur. Video enim, te ne in honefta quidem rerum ftudia quicquam impendere audere, nihil in librorum emptionem et apparatum, item fcribentium exercitationem, five notis ad celeritatem, five figuris ad pulchritudinem, quemadmodum nec in eos, qui recte legunt. Infuper nulli quippiam impartientem te video, ut me frequenter fervis vidifti, his veftes, illis alimenta, vel aliquid aliud in aegrotationem fublevandam communicare, nonnullorum etiam aes alienum folviffe vifus fum. Ob quod omnem relinquo proventum, quem a patre fufcepi, qui ex eo nihil, quod fuperfluum fit, repono, neque thefauros congero, neque multo plura, quam impenderim, repono. Nihilominus tamen relaxantem me curas faepius non negaveris, ficut ipfe fateris, nunquam dolentem vidifti. Nunquid igitur triftitiae tuae caufam potes perfpi-

ἐμοῦ καὶ τοὔνομα αὐτῆς ἀκοῦσαι ποθεῖς; ἤδη σοι καὶ τοῦτο βούλει γενέσθαι; μίαν ἴσθι πασῶν λυπῶν αἰτίαν, ἣν ὀνομάζουσιν οἱ Ἕλληνες ἐνίοτε μὲν ἀπληστίαν, ἐνίοτε δὲ πλεονεξίαν. ἀπληστίαν μὲν ἀπὸ τοῦ τὰς ἐπιθυμίας ἀπληρώτους ἔχειν· ἀεὶ γὰρ ποθοῦσι τῶν ἔμπροσθεν οἱ ἄπληστοι. ὥστε, κἂν διπλάσιον ἔχωσι, τριπλάσιον προσκτήσασθαι σπεύδουσι, κἂν τριπλάσιον ἔχωσι, τετραπλασίων ἐφίενται. καὶ οὕτως ἐφορῶσι τοὺς πλέονα κεκτημένους αὐτῶν, οὐ τοὺς ἐλάττονα, καὶ τούτους ὑπερβάλλεσθαι ζητοῦσι, καὶ τούτων πλέον ἔχειν ἐπιθυμοῦσι. σὺ γοῦν οὕτως, ἔφην, ἐὰν σκοπῇς ἅπαντας ἡμῶν τοὺς πολίτας, εὑρήσεις οὐ πολλοὺς πλουσιωτέρους σαυτοῦ, ὥστε τῶν ὑπολοίπων ἁπάντων ἔσῃ πλουσιώτερος· εὔδηλον δὲ, ὡς καὶ τῶν δούλων αὐτῶν, καὶ προσέτι καὶ γυναικῶν τοσούτων. εἴπερ οὖν ἡμῖν οἱ πολῖται πρὸς τοὺς τετρακισμυρίους εἰσὶν, ὁμοῦ ἐὰν προσθῇς αὐτῶν τὰς γυναῖκας καὶ τοὺς δούλους, εὑρήσεις σεαυτὸν δυοκαίδεκα μυριάδων ἀνθρώπων οὐκ ἀρνούμενον εἶναι πλουσιώτερον, ἀλλὰ καὶ τούτους βουλόμενον ὑπερβαλέσθαι, καὶ

cere, an a me nomen ipſius audire deſideras? jamne iſtud quoque tibi fieri vis? Unam omnium animi dolorum cauſam intellige, quam Graeci nunc quidem inexplebilem cupiditatem, nunc vero avidam habendi libidinem appellant, inſatiabilitatem quidem ab eo, quod inexplebiles habeat cupiditates. Quippe praeſentibus non contenti, quae abſunt, deſiderant inſatiabiles. Nam ſi duplum conſequantur, triplum parare contendunt; ſin triplum habeant, quadruplum appetunt. Atque hoc modo ad ditiores, non inferiores reſpiciunt; illos vincere moliuntur, illis habere plura concupiſcunt. Tu igitur, inquibam, ſi universos noſtros cives ſic inſpicias, paucos te ipſo locupletiores reperies; eris autem facile reliquis omnibus opulentior; item ſervis, ut conſtat, et tot praeterea mulieribus. Si itaque nobis circiter quadraginta millia civium adſint, appoſitis ſimul eorum uxoribus et famulis, haud ibis inſitias, te duodecim hominum myriadibus ditiorem eſſe, ſed hos velle praecedere, et eximium inter opulen-

πάμπλουτον ἐν πλούτῳ γενέσθαι σε σπεύδοντα, καίτοι πολίτην ἄμεινον ἐν αὐταρκείᾳ πρῶτον ὑπάρχειν, ὅπερ ἐστὶν ἐπί σοι. τὸ δ᾽ ἐν πλούτῳ πρωτεύειν οὐκ ἀρετῆς, ἀλλὰ τύχης ἔργον, ἥτις καὶ δούλους καὶ ἀπελευθέρους ἐργάζεται ἡμῶν τῶν ὀνομαζομένων εὐγενῶν πλουσιωτέρους. ἀλλὰ σύ γε, κᾂν σχῇς, ὡς εὔχῃ, πλεῖον τῶν πολιτῶν ἁπάντων, οὐκ ἀρκεσθήσῃ, περισκέψῃ δ᾽ αὐτίκα, μή τις ἐν ἄλλῃ πόλει πλουσιώτερος. εἶτ᾽, ἂν ὑπηρετοῦσάν σοι σχῇς καὶ πρὸς τούτοις τὴν τύχην, ἐπὶ τἄλλα μεταβὰς ἔθνη καὶ τῶν ἐν ἐκείνοις πλουσίων ἐθελήσεις γενέσθαι πλουσιώτερος. ὥστ᾽ οὐ πάντων πλουσιώτερος, ἀλλ᾽ ἀεὶ πένης ἔσῃ διὰ τὰς ἀορίστους ἐπιθυμίας. εἰ δέ γε τῇ χρείᾳ τῶν κτημάτων ἐμέτρεις σεαυτοῦ τὸ σύμμετρον, ἐκ τῶν πλουσίων ἂν ἤδη σαυτὸν ἠριθμήκεις, ἢ πάντως γε τῶν εὐπόρων. ἐγὼ γοῦν ἐμαυτὸν ἐκ τούτων ἀριθμῶ, καίτοι γε ἐλάττω σοῦ κεκτημένος. ἐὰν οὖν οὕτω πείσῃς σαυτὸν, οὐκέτι ἀνιάσει σε τῶν ἀπολλυμένων οὐδὲν, ἔσῃ τε μακάριος, ὅσον ἐπὶ τῷ μὴ λυπεῖσθαι διὰ χρήματα. τὴν δ᾽ αὐτὴν ταύτην ἀπληστίαν

tos fpectari, quamquam longe melior civis fit forte fua contentus, qualis tu effe potes; fiquidem divitiis excellere non virtutis, fed fortunae munus eft, quae et fervos et illiberales nobis, qui ingenui vocamur, locupletiores efficit. Atqui tu, amplius licet univerfis civibus poffideas, ut precaris, haud tamen contentus vives, quin magis difpicies ftatim, num quis in civitate alia fit ditior. Ubi fi fortunam, quae fuppeditare fatis valeat, nactus videare, ad alias tranfibis gentes, ibique primas inter divites obtinere voles; quapropter non ditior omnibus, fed ob infinitas cupiditates pauper eris perpetuo. Quod fi rerum ufu mediocritatem tuam metiaris, divitum numero, aut eorum, qui vehementer rebus abundant, jure optimo te afcripferis. Ego utique, tenuioris etfi fortunae, quam tu, inter eos me numero. Si igitur ita habeas perfuafum, nullius rei difpendium animo moleftum aut grave fenties, degesque beatus, quantum divitiarum fecuro conceditur. Caeterum fi eandem honoris ambiendi in-

Ed. Chart. VI. [5. 4. 535.] Ed. Baf. I. (359.)

ἂν ἐξέλῃς τοῦ τιμᾶσθαι βούλεσθαι, καὶ κατὰ τοῦτ᾽ ἄλυπος ἔσῃ. εἰ δ᾽ οὐ μόνον ἀρκεῖ τιμᾶσθαι πρὸς τῶν συνήθων, ἀλλὰ καὶ πάντας ἐθέλεις τοὺς κατὰ τὴν πόλιν ἐπαινεῖν σε, οἵ τε μὴ γινώσκουσί σε τὴν ἀρχὴν, ἴσως οὖν βουλήσῃ πρότερον ἀπ᾽ αὐτῶν γνωσθῆναι, δεύτερον δὲ τιμᾶσθαι. τοῦτο δὲ τὸ μὲν γνωσθῆναι πᾶσιν ἐθέλειν ἀπλήστου φιλοδοξίας ἔργον ἐστὶν, τὸ δὲ τιμᾶσθαι ματαίας φιλοτιμίας. ἀναγκαῖον οὖν ἔσται σοι, καθάπερ ἐπὶ χρημάτων κτήσει νῦν ἀγρυπνίας, οὕτως, ἐὰν [535] εἰς φιλοδοξίαν ἢ φιλοτιμίαν ἐκτείνῃς τὴν ἐπιθυμίαν, ἀνιαθήσεσθαι μειζόνως ἐπὶ τοῖς μὴ γινώσκουσί τε καὶ τιμῶσι πολλοῖς οὖσιν. εἴπερ οὖν εὕρομεν, καὶ ἀσκήσομεν ἐπ᾽ αὐτῶν διὰ παντὸς ἡμᾶς αὐτοὺς, καὶ ἄλυποι γενησόμεθα. πῶς οὖν ἀσκήσομεν; ἐὰν γνῶμεν, πότερον ὀρθῶς εἴρηται, πάθος εἶναι ψυχῆς μοχθηρότατον ἀπληστίαν· κρηπὶς γάρ τις αὕτη φιλοχρηματίας ἐστὶ, καὶ φιλοδοξίας, καὶ φιλοτιμίας, καὶ φιλαρχίας, καὶ φιλονεικίας. πρῶτον μὲν οὖν ἀεὶ πρόχειρον ἔχειν δεῖ τὸ περὶ τῆς αὐταρ-

ſatietatem eximas, et hic a cura liber vives. At ſi a familiaribus honorari tibi non ſatis fuerit, niſi omnes, qui in urbe degunt, tum ii, qui nondum te cognoverint, collaudent, forſan ab illis prius cognoſci, dein honore affici voles. Hoc autem ipſum, velle cognoſci, ab omnibus, inſatiabilis gloriae cupiditatis opus eſt, velle vero honorari vanae ſtultaeque ambitionis. Opus itaque tibi erit nunc quoque, ut in divitiarum poſſeſſione vigilantia, ſic, ſi ad gloriae ſtudium et ambitionem deſiderium tuum extendas, excruciari magis ob illos, qui, multi quum ſint, nec te cognoſcant, nec honorent. Quod ubi intellexerimus, ſemperque nos in eo exerceamus, triſtitia carebimus. Qua vero ratione exercebimus, niſi intelligamus, rectene dictum ſit, inexplebilem cupiditatem affectum animi eſſe peſtilentiſſimum, quippe quae fundamentum quoddam eſt avaritiae, gloriae ſtudii, ambitionis, regnandi cupiditatis et contentionis? Primum itaque in promptu ſemper habere oportet dogma de frugalitate, qua quis ſuis conten-

κείας δόγμα, συνημμένον δηλονότι τῷ περὶ τῆς ἀπληστίας. ὁ γὰρ μισήσας τὴν ἀπληστίαν ἐφίλησε τὴν αὐτάρκειαν. εἴπερ οὖν ἐν τούτῳ μόνῳ κεῖται τὸ ἄλυπον εἶναι, τοῦτο δὲ ἐφ᾽ ἡμῖν, ἤδη πᾶν ἐφ᾽ ἡμῖν ἀλύπους γενέσθαι, πρόχειρον μὲν ἔχουσι τὸ περὶ τῆς αὐταρκείας καὶ τὸ περὶ τῆς ἀπληστίας δόγμα, τὴν δ᾽ ἐκ τῶν κατὰ μέρος ἔργων ἄσκησιν ἑκάστης ἡμέρας ποιουμένην ἐπὶ τοῖσδε τοῖς δόγμασιν, ὅπερ ἐκ τῆς πρώτης παιδείας ἑτέροις ὑπῆρξε, τοῦτο τοῖς ἀτυχήσασιν ἐκείνοις ὕστερόν ποθ᾽ ὑπάρξει δι᾽ ἧς εἶπον ὁδοῦ. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐθελήσαι ἀλύπως εἶναι παρ᾽ ὅλον αὑτοῦ τὸν βίον; ἢ τίς οὐκ ἂν τοῦτον προέλοιτο τοῦ πλούτου κινητοῦ τε καὶ μιαροῦ μᾶλλον;

Κεφ. ι΄. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ ταῦτα καὶ ἄλλα πολλὰ διῆλθον ἐκείνῳ τε καὶ ἄλλοις ὕστερον πολλοῖς, καὶ πάντας ἔπεισα τό γε παραυτίκα· τὴν δὲ ἐκ τῶν ὑστέρων ὠφέλειαν ὀλιγίστους εἶδον ὕστερον ἔχοντας. τηλικαῦτα γὰρ ἤδη τὰ πάθη τῆς ψυχῆς ηὐξήκασιν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἀνίατα ὑπάρχειν. εἰ δέ τις ἔτι μετρίοις δουλεύει πάθεσιν,

tus eſt, conjunctum ſcilicet ei, quod de inexplebili cupiditate dicitur. Nam quicunque inexplebilem cupiditatem oderit, frugalitatem amabit. Quare ſi in hoc ſolo poſitum eſt ipſum dolore carere, id autem in nobis ſit, jam licet citra dolorem vivere, dum in promptu quidem habemus dogma, quomodo quis ſuis contentus ſit, et de inſatiabili cupiditate: particularium vero operum exercitationem, quae ſingulis fit diebus in his dogmatibus, quod ex prima inſtitutione aliis advenit, illis, qui hoc non conſequuti ſunt, hac qua dixi via poſt aliquando continget. Quis namque dolore per aetatem ſuam vacare nolit? Aut quis hoc non divitiis perituris ſceleſtiſque praepoſuerit?

inde iterum haec ipſa ſecum, ut ſeſe habere oporteat, reputans conſideranſque, numquid ipſi rurſum judicandi inſtrumentum altero egens inſtrumento intelligant, deinde poſt illud rurſum alio, idque ne in infinitum protrahatur ſuſpicatus valde caute, longo temporis ſpatio, una cum viris, qui ipſi maxime veridici videantur, ita primum omnium judicandi inſtrumentum contempletur, quod et clarum eſt ancipitem quandam occaſionem accipientem omnibus hominibus in memoriam revocare oportere. Id vero et abſque dijudicatione indicare poſſe palam eſt, eandemque quam omnis demonſtratio vim poſſidet; atque ita, quod ſupereſt, in ipſum reſpicientem, omnia ad id particularia redigere convenit, quod ſane reſolutionem nonnulli philoſophi vocaverunt, veluti aſcenſum quendam ab his, quae media ſunt, ad primarium judicationis inſtrumentum, utpote autem in re valde difficili, quemadmodum opere plerumque didiciſti in iſtis vano ſapientiae nomine praeditis, petulantibus, ac ludibrio habitis, propterea quod neque vulgaria quaeſita ad primum illud in-

Ed. Chart. VI. [544.] Ed. Baf. I. (363.)

παρακολουθεῖν τὸν ἐπιστημονικὸν γενέσθαι βουλόμενον, ἐπὶ πολλῶν τῶν κατὰ μέρος, ὡς ἔμπροσθεν ἔφην, γυμναζόμενον, ἃ μαρτυρῆσαι δύναται τοῖς εὑρίσκουσιν αὐτήν· τοιαῦτα δέ ἐστι τὰ κατὰ τὴν ἀριθμητικήν τε καὶ γραμμικὴν θεωρίαν, αἷς οἷον ἐπιβάσεσιν ἀστρονομία καὶ ἀρχιτεκτονία χρῆται.

Κεφ. ε'. Φέρε γάρ, ἵνα σαφηνείας ἕνεκεν τῆς ἀρχιτεκτονίας τι λέξω παράδειγμα πόλεως κτιζομένης, προκείσθω τοῖς οἰκήσουσιν αὐτὴν ἐπίστασθαι βούλεσθαι, μὴ στοχαστικῶς, ἀλλ' ἀκριβῶς ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας, ὁπόσον τε παρελήλυθεν ἤδη τοῦ χρόνου τοῦ κατ' αὐτήν, ὁπόσον τε ὑπόλοιπόν ἐστιν ἄχρι δύσεως ἡλίου. τοῦτο τὸ πρόβλημα κατὰ τὴν ἀναλυτικὴν μέθοδον ἐπὶ τὸ πρῶτον ἀναχθῆναι χρὴ κριτήριον, εἰ μέλλοι τις εὑρήσειν αὐτὸ, καθ' ὃν ἐμάθομεν τρόπον ἐν τῇ γνωμονικῇ πραγματείᾳ, πάλιν ἐξ ἐκείνων τὴν αὐτὴν ὁδὸν ὑπεναντίως ἰόντων συντεθῆναι, καθότι καὶ τοῦτ' ἐμάθομεν ἐπὶ τῆς αὐτῆς πραγματείας, εὑρεθείσης δ' οὕτω

ſtrumentum judicandi redigere valeant. Sibi ipſi eum conſtare oportet, qui ſcientiae capax eſſe velit, atque in multis ſingularibus, quae ipſius inventoribus teſtari poſſint, ut antea dixi, ſeſe exerceat; hujuſmodi autem ſunt ea, quae in arithmetica linearumque ſcientia habentur, quibus veluti fundamentis aſtronomia et architectura nituntur.

Cap. V. Age enim, ut declarandi cauſa ex architectura exemplum aliquod promam. Quum urbs conditur, ipſam habitaturis propoſitum ſit non per conjecturas, ſed exacte quotidie ſcire velle, quantum diei temporis jam elapſum ſit, quantumque uſque ad ſolis occaſum ſuperſit. Id problema ſane in reſolutiva methodo ad princeps illud judicatorium redigi opus eſt, ſi quis ipſum quo dixi modo in gnomonica tractatione invenire debeat, rurſumque ex illo per eandem viam, ſed contrario modo proficiendo componere, quemadmodum et hoc in eadem tractatione didicimus. Porro in hunc modum communi

καθόλου τε καὶ κοινῆς ὁδοῦ, καὶ γνόντων ἡμῶν, ὅτι διὰ γραμμῶν τοιῶνδε τὴν μέτρησιν τῶν μερῶν τοῦ χρόνου ἀναγκαῖόν ἐστι ποιεῖσθαι, μεταβῆναι προσήκει ἐπὶ τὰ μέλλοντα σώματα δέξασθαι εἰς τὴν τῶν γραμμῶν καταγραφὴν καὶ τὸν γνώμονα, καὶ πρῶτον μὲν ζητῆσαι, τίνα σχήματα σωμάτων ἐπιτήδεια πρὸς τὴν εὑρημένην καταγραφήν ἐστιν, εἶτα καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν ἐξ ἀναλύσεώς τε καὶ συνθέσεως εὑρεῖν, ὁποῖα ἂν [545] αὕτη γίγνοιτο, κἀπειδὰν ἡ λογικὴ μέθοδος ἐναργῆ τὴν πίστιν ἡμῖν ἐνδείξηται τῆς τῶν προκειμένων εὑρέσεως, ἑξῆς ἐπὶ τὸ πράττειν ἔργῳ τὰ δι᾽ αὐτῆς εὑρεθέντα παραγενομένους ἐπισκέψασθαι πάλιν, ὅπως ἂν ἐπιφάνειαν ὁμαλὴν ἐργασώμεθα τοῦ μέλλοντος καταγράφεσθαι σώματος. εὑρόντας δὲ τοῦτο ἐξ ἀναλύσεώς τε καὶ συνθέσεως, εἶτα κατασκευάσαντάς τι τοιοῦτον σῶμα, διὰ τῶν ὀργάνων αὐτὸ δεῖ καταγράψαι ζητῆσαι, καὶ πάλιν ἐξ ἀναλύσεώς τε καὶ συνθέσεως εὑρεθέντος αὐτοῦ πειρᾶσαι κατασκευάσαι τοιαῦτα τὸ εἶδος, οἷά περ ἡ μέθοδος ἐδίδαξεν, εἶτα ποιήσαντας ἐφεξῆς καταγραφὴν ἐπὶ πολλῶν σχημάτων, καὶ δοῦναι τοῖς

generalique via comperta, nobifque cognofcentibus ex hujusmodi lineis temporis partium dimenfionem fieri neceffum effe, ad corpora deinde tranfire convenit linearum defcriptionem et gnomonem fufceptura; ac primum quidem inveftigare, quae corporum figurae ad inventam defcriptionem idoneae funt; deinde in illis fingulis, qualifnam haec defcriptio fieri poffit, ex refolutione compofitioneque invenire. Ac pofteaquam rationalis methodus evidentem nobis propofitorum inventionis confirmationem praeftiterit, mox ad ea exequenda, quae per ipfam inventa funt, accedentes iterum confiderabimus, quomodo depingendi corporis fuperficiem planam aequabilemque reddemus; hoc deinde per refolutionem et compofitionem adinvento, aliquod hujusmodi corpus fabricari per inftrumenta, ipfum inftrumentis defignare tentabimus; iterumque ex refolutione ac compofitione eo comperto, ejufdem fpeciei corpora, qualia nos methodus edocuit, conftruere enitemur, quumque poftea in multis deinceps figuris delineationem fece-

Ed. Chart. VI. [545.] Ed. Baf. I. (363. 364.)

ἀνθρώποις ἔργῳ πειραθῆναι γεγονὸς ἤδη τὸ προβληθέν. ὅταν γὰρ ἥ τε πρώτη γραμμὴ τὴν ἀκτῖνα δέχηται τοῦ ἡλίου, κατὰ ταῦτα δὲ καὶ τὴν τελευταίαν ἡ ὑστάτη, καὶ τοῦτ᾽ ἐπὶ πάντων φαίνηται τῶν καταγεγραμμένων ὡρολογίων τῶν ἡλιακῶν, ἤδη μέν που ἕν τι γνώρισμα ἕξομεν ἐναργὲς τοῦτο προβληθέν. εὑρῆσαι δὲ πάλιν δεύτερον ἄλλο, ὅταν ἀλλήλοις καταγραφέντα πάντα συμφωνῇ, καὶ τρίτον, ὅταν ὕδατος ὁμαλοῦ ῥύσις αὐτοῖς μαρτυρῇ. καὶ γὰρ τοῦθ᾽ ὁ λόγος εὑρίσκει κριτήριον ἐσόμενον τῆς τῶν καταγεγραμμένων ὡρολογίων ἀληθείας. ὃ δὲ λέγω, τοιοῦτόν ἐστιν. ἀγγεῖον τρήσας ἐξ ἧς ἂν ὕλης ἐθέλῃς γε(364)γονὸς, ἐπίθες ὕδατι καθαρῷ τὴν πρώτην ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου θεασάμενος· εἶθ᾽ ὅταν σοι τὸ καταγεγραμμένον ὡρολόγιον ἀγγείλῃ τὴν πρώτην ὥραν ἠνύσθαι, σημηνάμενος ὅσον ἐπληρώθη τοῦ ἀγγείου μέρος ὑπὸ τοῦ ὕδατος, ἔτι ἐκκενώσας εὐθέως αὐτὸ πάλιν, ἐπίθες ἐπὶ ταὐτὸν ὕδωρ· ὅταν δὲ τὴν δευτέραν ὥραν ἀγγείλῃ τὸ ἡλιακὸν ὡρολόγιον, ἐπίσκεψαι τὸ ἀγγεῖον· εἶθ᾽ ὅταν εὕρῃς ἐν αὐτῷ

rimus, concedere hominibus re experiendum jam abſolutum propoſitum opus. Quando enim prima linea primum ſolis radium excipit, itidem et poſtremum ultima, atque hoc in omnibus ſolaribus horologiis depictis apparet, jam profecto unum quoddam evidens indicium, quod res propoſita inventa ſit, habebimus; rurſus et alterum, quum omnia delineata corpora inter ſe conſentiunt, necnon et tertium inveniemus, quum aequalis aquae fluxus ipſis reſpondet. Hoc etenim depictorum horologiorum veritatis judicatorium futurum ratio adinvenit. Quod autem dico, hujusmodi eſt. Vaſculum ex quavis materia conflatum perſorato, primumque ſolis radium intuitus aquae purae imponito; deinde tibi quum pictum horologium primam horam praeteriiſſe nunciaverit, tu, quanta vaſculi portio aqua impleta fuerit adnotato, eaque ſtatim rurſus effuſa vaſculum eidem aquae imponito, et quum ſecundam horam ſolare horologium ſignificaverit, vaſculum aſpicito; poſtea quum aquam in ipſo ad eandem partem

τὸ ὕδωρ ἐπὶ τὸ αὐτὸ μέρος ἀφιγμένον κατὰ τὴν πρώτην ὥραν, ἐνσήμανον ταχέως, καὶ ἐκχέας ἔνθες κατ᾽ αὐτοῦ τοῦ ὕδατος, καὶ ἐπισκέπτου πάλιν, εἰ μέχρι τῆς τρίτης ὥρας ἐνδείκνυσι τὸ ὡρολόγιον, ἐπὶ τὴν αὐτὴν ὥραν ἀφικνεῖσθαι τοῦ ἀγγείου τὸ ὕδωρ, ἐφ᾽ ἣν κατὰ τὴν πρώτην, ἢ κατὰ τὴν δευτέραν· ὅταν οὖν εὕρῃς οὕτω γεγονὸς, ἐκχέας αὖθις ἐπίθες μέχρι τῆς τετάρτης ὥρας, ἰδών τε πάλιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ μέρος τοῦ ἀγγείου τὸ ὕδωρ ἀναβεβηκὸς, ἐκχέας αὐτὸ παραχρῆμα, πάλιν ἐπιθεὶς ὁμοίως ἐξέταζε κατὰ τὴν πέμπτην ὥραν. ὅταν δὲ καὶ ταύτης εὕρῃς ἐπὶ τὴν αὐτὴν χώραν ἀφιγμένον τὸ ὕδωρ, εἶτα κατὰ τὴν ἕκτην τε καὶ κατὰ τὰς ἐφεξῆς μέχρι τῆς δωδεκάτης, εἰ παντελῶς γνώσῃ, πεισθήσῃ καλῶς καταγεγράφθαι τὸ ὡρολόγιον, εἴ γε τὸ προκείμενον ἐπεδείξατο· προκείμενον δ᾽ ἦν εἰς δώδεκα μοίρας ἴσας νεμηθῆναι τὸν χρόνον τῆς ὅλης ἡμέρας, ὅτι, ἀλλὰ τοῦτον μὲν τὸν ἀριθμὸν ὡς χρησιμώτατον προείλοντο, καὶ γὰρ ἥμισυ ἔχει, καὶ δίμοιρον, καὶ τέταρτον, ἕκτον τε καὶ δωδέ-

perveniſſe, ad quam et prima hora pervenit, inveneris, adnotato celeriter, et exhauſtum vaſculum iterum in eandem aquam immittito, ac rurſum obſervato. Si ad tertiam uſque horam horologium indicat, ad eandem horam vaſis aquam perveniſſe, ad quam prima aut ſecunda hora pervenerat, quando igitur ita factum inveneris, exhaurito vaſculum, et iterum ad quartam uſque horam in aquam demittito, itemque ad eandem vaſis partem aquam aſcendiſſe conſpicatus, ipſam ſtatim effundito, denuoque in aquam demiſſo vaſculo, quintam ſimiliter horam explorato; quumque et in hac ad eundem locum aquam perveniſſe compereris, deinde in ſexta et reliquis deinceps uſque ad duodecimam ſi prorſum ita fieri cognoveris, recte depictum eſſe horologium tibi perſuaſeris, quandoquidem propoſitum demonſtravit; propoſitum autem erat, in duodecim aequas portiones totius diei tempus eſſe diſtributum. Porro numerum hunc tanquam omnium utiliſſimum delegerunt, dimidium enim continet, et duplum, et quartum, et ſextum, et duodecimum, quae nullus alius

κατον, ὅπερ οὐδεὶς ἄλλος ἔχει μετ' αὐτὸν ἄχρι τοῦ εἰκοστοῦ τετάρτου. τοῦτον μὲν ὡς μακρὸν παρῃτήσαντο, σύμμετρον δ' εἶναι κρίναντες τὸν δωδέκατον, εἰς τοσαῦτα μέρη τὸν χρόνον τῆς ὅλης ἡμέρας διέτεμον. ὅτι δὲ χρήσιμός ἐστιν ἡ τοιαύτη τομὴ, τῇ πείρᾳ βασανίσαντες αὐτὴν ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ Ῥωμαῖοι χρῶνται τὴν οὐσίαν ἅπασαν, ὅταν διατίθωνται, διαιροῦντες εἰς δώδεκα μέρη, καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ σταθμῶν τε καὶ μέτρων εἰς δώδεκα μοίρας τέμνονται τὰ πλεῖστα. σὺ δ' εἰ κελεύεις, καταγράψομαί σοι κατὰ τὴν μέθοδον ὡρο-[546]λόγιον, εἴτ' εἰς δώδεκα τὴν ὅλην ἡμέραν διαιρεῖν ἐθελήσεις, εἴτ' εἰς ἄλλον τινὰ τὸν ἐφεξῆς ἀριθμὸν, εὑρήσεις γὰρ ἐπ' ἐκείνου πάλιν ὃ προὔβαλες γεγονὸς ἔκ τε τοῦ συμφωνεῖν τῇ διὰ τῶν τετρημένων ἀγγείων ἐκμετρήσει κᾀκ τοῦ πάντοτε ἀλλήλοις ὁμολογεῖν καταγεγραμμένα, πρός τε τοῦ τὰς τελευταίας ἐν αὐτοῖς γραμμὰς ὁρίζειν τὰ πέρατα τῆς ἡμέρας. οὕτω δὲ καὶ κλεψύδρας καταγραφὴν ὁ λόγος εὗρεν ἀναλυτικῇ μεθόδῳ ζητήσας, ἧς πάλιν ἡ βάσανος

poſt ipſum numerus uſque ad vigeſimum quartum continere videtur. Hunc ſane tanquam longum repudiarunt, et duodenarium numerum veluti commoderatum judicantes in tot particulas totius diei tempus diviſerunt. Hanc autem partitionem ex uſu eſſe alii multi et Romani ipſi experientia comprobantes atque utentes oſtendunt, ſi quidem haereditatem omnem, quum teſtamentum condunt, in duodecim portiones diſtribuunt, et ponderum ac menſurarum, quibus in vita opus eſt, plurimas in duodecim partes dividunt. Tu vero ſi jubeas, tibi per methodum horologium depinxero, ac deinde ſive in duodecim partes, ſive in alium quempiam ſequentem numerum integrum diem partiri volueris, in illo enim id, quod propoſueras, itidem factum eſſe comperies, quando et perforatorum vaſculorum menſurae reſpondeat, et omnino inter ſe depicta horologia conſentiant, eo quod ultimae in ipſis lineae diei fines concludant. Ad hunc ſane modum et clepſydrae deſcriptionem ratio methodo reſolutiva veſtigans invenit, cujus iterum experimentum vel

Ed. Chart. VI. [546.] Ed. Bas. I. (364.)

ἐναργής ἐστι καὶ τοῖς ἰδιώταις. ἡ γὰρ ἀνωτάτω γραμμὴ δωδεκάτην ὥραν σημαίνουσα τὸ μέγιστον μὲν ὕψος ἔχει, καθ' ὃ μέρος ἡ κλεψύδρα τὴν μεγίστην ἡμέραν ἐκμετρεῖ, βραχύτατον δὲ, καθ' ὃ τὴν ἐλαχίστην· ἐν τῷ μέσῳ δ' ἀμφοῖν ἐστιν, ὃ τῆς ἰσημερινῆς μέτρον σοι δηλώσει· τὸ δ' ἐφεξῆς τὴν τετάρτην ἐπεξιὼν, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον πάσας τὰς ἐνιαυτοῦ μετρήσεις· τὸ δὲ μεταξὺ μέχρι τῶν ἰσημερινῶν τμημάτων ἐπὶ τοῦ χείλους τῆς κλεψύδρας δηλοῖ σοι τὰς εἰρημένας τέτταρας ἡμέρας· ἀφ' ὧν τμημάτων ὁρμηθήσομαι ἐφεξῆς τῷ σημαίνοντι τὴν μεγίστην εὑρήσειν, δηλονότι ἄχρι τίνος μέρους τῆς ὑψηλῆς γραμμῆς ἐπὶ τῇ κλεψύδρᾳ τὸ ὕδωρ ἀναβήσεται τῆς δωδεκάτης ὥρας συμπληρουμένης· τὰ δὲ μετ' ἐκεῖνα πάλιν τρίτα ἀπὸ τῆς δωδεκάτης τροπῆς εὑρήσεις μετροῦσαν τὴν μίαν ἐκείνην ἐν τῇ κλεψύδρᾳ γραμμὴν, ἣν ὑψηλοτάτην ἔφην εἶναι· καὶ μέντοι καὶ τὰς ἄλλας γραμμὰς, ὅσαι τῆς ὑψηλοτάτης εἰσὶν εὐτελέστεραι, ἄλλας ὥρας ἐκμετρούσας εὑρήσεις· τὴν τετάρτην μὲν ἀπὸ τῆς δωδεκάτης· ἐν ἅπασι τοῦ ἐνιαυ-

plebejis hominibus evidens eſt. Summa enim ejus linea duodecimam horam ſignificans altiſſimum locum habet, qua parte clepſydra longiſſimum diem dimetitur, breviſſimum vero, ubi linea breviſſima eſt; inter utramque media eſt, quae aequinoctialem diem declarabit; ac deinceps quartam pertranſiens perinde omnes anni dies metieris; quod in medio eſt uſque ad aequinoctialia foramina in clepſydrae labro, tibi praedictos quatuor dies ſignificabit; quibus foraminibus poſt id, quod longiſſimum diem ſignificat, invenire ſcilicet incipiam, uſque ad quam partem altae in clepſydra lineae, hora duodecima tranſacta, aqua perveniat; poſt illa vero rurſus tertia a duodecima converſione unam illam in clepſydra lineam, quam altiſſimam eſſe dixi, dimetientem reperies; quinetiam et alias lineas, quaecunque altiſſima ſunt inferiores, alias horas metientes invenies, quartam quidem a duodecima: omnibus anni diebus undecimam horam ſignificant

Ed. Chart. VI. [546.] Ed. Baf. I. (364.)

του ταῖς ἡμέραις τὴν ἐνδεκάτην ὥραν σημαίνουσιν ἐν διαφέρουσιν αὐτῆς μέρεσιν, ὡς ἐπὶ τῆς ὑψηλοτάτης προείρηται· τὴν δ' ἐφεξῆς πέμπτην ἢ ἕκτην ὥραν δηλοῦσαν ὡσαύτως κατὰ διαφέροντα μέρη, καὶ τὴν ἐφεξῆς γε πάλιν ἑβδόμην, ἢ ὀγδόην, ἢ ἐννάτην τε καὶ τὰς ἄλλας ἄχρι τῆς κατωτάτης γραμμῆς τὴν ὥραν πρώτην εὑρίσκειν ἐπὶ τῶν ἡλιακῶν ὡρολογίων, φαίνεταί σοι πεπληρωμένου τοῦ κατὰ τὴν κλεψύδραν ὕδατος, ὥσπερ γε ἡ τετάρτη καὶ αἱ λοιπαὶ μέχρι τῆς δωδεκάτης ἀλλήλαις μὲν ἴσαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἡντιναοῦν φαίνονται, ταῖς δὲ ἄλλαις ἄνισοι ταῖς προγεγενημέναις τε καὶ μελλούσαις. εἶτα τὴν τοιαύτην μέθοδον εὑρίσκων οὐκ ἐπεθύμησας, ὦ οὗτος, τί ποτ' ἐστὶν, οὐκ ᾔσθου τῆς ἐν σαυτῷ δοξοσοφίας, ἀμαθὴς ὅστις ὢν τούτων τῶν προβλημάτων, οὐκ ἂν εὕροις ἐνιαυτῷ, βέλτιον δὲ εἰπεῖν, ὅλῳ τῷ βίῳ; οὐδὲ γὰρ εὗρεν αὐτὰ βίος ἀνδρὸς ἑνὸς, ἀλλὰ κατὰ σμικρὸν προῆλθεν ἡ γραμμικὴ θεωρία· πρῶτον μὲν τῶν στοιχειωδῶν ἐν αὐτῇ θεωρημάτων ζητηθέντων αὐτῷ, ἐπεὶ δὲ εὑρέθη ταῦτα, προσθέντων αὐτῶν αὐτοῖς τῶν

ſecundum ejus differentes partes, ut de ſuprema ante dictum eſt; ſequentem autem quintam aut ſextam horam ſecundum diverſas partes ſignificantem, atque item ſequentem ſeptimam, octavam, aut nonam, ac reliquas uſque ad imam lineam horam primam te inveniſſe in ſolaribus horologiis, clepſydra jam aquae plena tibi pateſit; quemadmodum et quarta et reliquae uſque ad duodecimam inter ſe quidem aequales ſingulis quibusque diebus apparent, ad alias autem aut praeteritas aut futuras relatae inaequales; deinde methodum hanc inveniens non cupiviſti, heus tu, quid ſit cognoſcere, nonne tuam inanem ſcientiae perſuaſionem percepiſti, qui propoſita haec quum neſcias, non per anni ſpatium, aut, rectius ut dixerim, non in omni vita invenire valeas? Neque enim haec unius hominis vita adinvenit, ſed paulatim linearum ſcientia provecta eſt; primo quidem elementaribus in ipſa theorematis ab ipſo petitis; poſtquam autem haec inventa

ἐφεξῆς γενομένων ἀνδρῶν τὴν θαυμασιωτάτην θεωρίαν, ἣν ἀναλυτικὴν ἔφην ὀνομάζεσθαι, καὶ γυμνασάντων ἐν αὐτῇ ἑαυτούς τε καὶ τοὺς βουληθέντας ἐπὶ πλεῖστον· ἐν αὐτῇ καίτοι μηδὲν ἔχουσι δεῖξαι χειρούργημα τοιοῦτον, οἷα μέχρι δεῦρο διῆλθον ἐπί τε τῶν ἡλιακῶν ὡρολογίων καὶ κλεψυδρῶν. ἀλλ' οὐκ ἦσαν οὔτε προπετεῖς οὔτ' ἀλαζόνες οἱ τὰ τοιαῦτα ζητήσαντες ὁμοίως τοῖς ἐπαγγελλομένοις σοφίαν ἢ ζητεῖν, ἢ εὑρηκέναι, τιμήσαντες δ' ἑαυτοὺς τὴν ἀληθεστάτην τιμὴν ὠρέχθησαν, ἣν εἶχον ἐν τῇ ψυχῇ δύναμιν ἀρίστην, ταύτην ἀσκῆσαί τε καὶ εἰς τέλος ἀγαγεῖν. εὔδηλον δ', ὅτι τὴν λογικὴν λέγω, ἧς γυμναζομένης τε καὶ τὴν οἰκείαν εὐεξίαν λαμβανούσης, [547] εὐφραίνονται μειζόνως ἢ ταῖς διὰ τοῦ σώματος ἡδοναῖς δουλεύοντες. οὐδὲ γὰρ διαφερόμεθα ἄλλῃ τινὶ δυνάμει τράγων καὶ σκωλήκων, ὑῶν τε καὶ προβάτων καὶ ὄνων· οὐδ' ἄλλη τις θεωρία μειζόνως εὐφραίνει ψυχὴν ἀνδρὸς εὐφυοῦς τῆς ἀναλυτικῆς, ὅταν γέ τις

ſunt, poſteris hominibus deinceps contemplationem illam ſummopere admirabilem, quam reſolutivam nominari dixi, ad illa adjicientibus, ſeſeque in ipſa et alios, qui voluerint, quam diutiſſime exercentibus; quin etiam nullum in ipſa hujusmodi manuarium opus, qualia hactenus de ſolaribus horologiis atque clepſydris declaravimus, oſtendere potuerunt. At neque temerarii erant, neque arrogantes, qui hujuſcemodi res indagabant, quales iſti, qui ſapientiam ſe quaerere aut inveniſſe gloriantur; illi autem veriſſimo ſeſe honore decorantes facultatem, quam in anima optimam habebant, exercere et ad finem perducere cupiebant; clarum autem eſt, quod rationabilem dico, qua exercitata et bonum habitum ſibi congruentem adepta, delectantur magis quam ii, qui corporis voluptatibus ſerviunt. Nulla etenim alia facultate ab hircis, verminibus, porcis, pecudibus atque aſinis differimus; neque ulla alia contemplatio ingenui viri animum vehementius quam haec reſolutiva facultas oblectat, quum praeſertim in ipſa quiſpiam magnos progreſſus fecerit;

ἐν αὐτῇ προέλθῃ· κατ᾽ ἀρχὰς μὲν γὰρ ἐπίπονός ἐστιν, ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι σχεδὸν ἅπασαι. καίτοι κἂν εἰ μηδεμίαν εὐφροσύνην εἶχεν, δι᾽ αὐτό γε τὸ μέλλειν αὐτῇ χρῆσθαι πρὸς τὰ μέγιστα καλῶς εἶχεν ἀσκηθῆναι κατ᾽ αὐτὴν, ἐξαίρετον ἔχουσαν, ὡς ἔφην, τὸ μαρτυρῆσαι πρὸς αὐτῶν τῶν εἰρημένων εὐφραντὸν, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν εὑρισκομένοις. καὶ διὰ τοῦτο τοῖς προπετῶς ἐν αὐτῇ φλυαροῦσιν ἔξεστιν ἀναισχυντεῖν· οὐ γὰρ, ὥσπερ ὁ κακῶς καταγράψας ὡρολόγιον ἢ κλεψύδραν ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐλέγχεται προφανῶς, οὕτω καὶ τοῖς ἐν φιλοσοφίᾳ θεωρήμασιν ἐναργής ἐστιν ὁ ἔλεγχος, ἀλλ᾽ ἔξεστι λέγειν, ὥσπερ ἂν ἐθέλῃ τις, ὅταν γε ἅπαξ ἀναίσχυντος ἄνευ τῆς λογικῆς μεθόδου ὑπ᾽ αὐτῶν τῶν πραγμάτων διδάσκεσθαι λέγῃ. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ἐκείνοις μόνοις διελέχθη τὰ πράγματα λαβόντα φωνὴν, εὐλόγως ἀλαζονεύονται, σιγώντων δ᾽ αὐτῶν ἀεὶ, καὶ μήθ᾽ ἡμῖν μήτ᾽ ἐκείνοις διαλεγομένων, εὔδηλον ὅτι μόνος ὁ ἐν ἡμῖν λόγος εὑρήσει τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν. ἐπιδειξάσθω τοίνυν πρότερον εὑρίσκειν αὐτὰ

inter initia vero, quemadmodum et aliae fere omnes disciplinae, laboriofa eft. Quod fi nihil etiam delectationis afferret, quum tamen in rebus maximis nobis ufui futura fit, in ipfa exerceri optimum fuerit: quum illud praecipuum (ut modo diximus) habeat, ut, quantam voluptatem afferat, res per ipfam inventae declarent, quod in his, quae a philofophia indagata funt, neutiquam repertum eft. Quocirca eis, qui in ipfa temere nugantur, impudentes effe licet; neque enim, ut qui horologium clepfydramve haud recte defignaverit a re ipfa evidenter coarguitur, sic et philofophiae praecepta evidenti argumento refutantur, verum, ut quis voluerit, ei dicere licet, quum femel impudens abfque rationali methodo ab ipfis rebus fefe edoceri affirmat. Quod fi eos folos res vocem adeptae allocutae forent, haud abs re gloriarentur; at quum res fileant, neque nos, neque illos alloquantur, jam fatis patet, folam, quae nobis ineft, rationem rerum naturam inventuram. Res igitur invenire

δυνάμενος ἐν πράγμασιν ἐναργῶς αὐτὸ μαρτυροῦσιν, εἰπάτω τε μέθοδον ἡμῖν, ᾗ πᾶν ἀναλυτικῶς ὑποπίπτει πρόβλημα, καὶ δειξάσθω προκρίνας τὰς ὁμοιότητας τῶν ἀληθῶν τε καὶ ψευδῶν λόγων, οὗ δυνατὸν φωρᾶσαι τὴν κακίαν, οὐκ ἂν ἔτι πιστὸς ἐπὶ τῶν ἀδή(365)λων εἴη. ταῦτα πάντα ἄνθρωποι καλῶς φασι λεγεσθαι πλὴν τῶν δοξοσόφων τε καὶ προπετῶν, οἷς ἡ ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν ὁδὸς οὐ μακρά τίς ἐστιν, οὐδ᾽ αὖ τοιαύτη, ὁποίαν Ἡσίοδος ἐπὶ τὴν ἀρετὴν εἶναί φησιν, ἀλλὰ σύντομος καὶ βραχεῖα, μᾶλλον δ᾽ οὐδ᾽ ὅλως ἐστίν. εἰ γὰρ αὐτὰ τὰ πράγματα διδάσκει τὴν ἑαυτῶν φύσιν ἅπαντας ἀνθρώπους, οὐ χρὴ κατατρίβεσθαι γυμναζομένους ἐν ταῖς λογικαῖς μεθόδοις. ἆρ᾽ οὖν, ὦ δοξοσοφώτατοι, κἂν τοῦτό γε συγχωρήσετε εἶναι πρόδηλον ἡμῖν τοῖς ἄλλοις, ὁπόσοι μή πω τὴν ὑμετέραν σοφίαν ἐσμὲν σοφοὶ, τὸ πάντας ἀνθρώπους ἐγνωκέναι δεῖν ἁπάντων πραγμάτων τὴν ἀλήθειαν, εἴπερ ἡ φύσις αὐτῶν ἱκανὴ διδάσκειν ἐστὶν ἑαυτήν; ἀναδύονται πάλιν, ὅταν οὕτως ἐρωτηθῶσιν,

potens id prius in rebus evidenter hoc teftantibus demonftret, et methodum nobis dicat, cui omne problema refolutorie fubjiciatur, ac verarum falfarumque rationum fimilitudines prius diftinguens oftendat, ubi vitium deprehendere liceat, in rebus autem obfcuris non amplius fide dignus fuerit. Omnia haec homines recte dicta effe confentiunt praeter iftos temerarios et falfa doctrinae perfuafione inflatos, quibus ad veritatem via neque longa admodum est, neque ejusmodi, qualem Hefiodus ad virtutem effe cecinit, fed concifa ac brevis, aut potius nulla eft. Etenim, fi res ipfae natura fua omnes homines edocent, non opus eft in rationalibus methodis fefe exercentes atterere. Nonne igitur, o vos, qui veftro judicio eftis fapientiffimi, hoc faltem nobis aliis, qui nondum fapientiam veftram affequuti fumus, effe perfpicuum concefferitis, omnes homines oportere omnium rerum veritatem cognofcere, quandoquidem ipfarum natura feipfam patefacere abunde valet? Tergiverfantur iterum, quum

καί φασιν, οὐ πάντας ὑπὸ τῶν πραγμάτων διδάσκεσθαι. τίνες οὖν εἰσιν οἱ διδασκόμενοι, πάλιν ἐρωτώντων ἡμῶν, ἑαυτοὺς μόνους φασίν· τί γὰρ ἔχουσιν εἰπεῖν ἄλλο, φυλάττειν γε τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀλαζονείαν προηρημένοι; ἀλλ᾽ οὐχ ἡμεῖς γε πιστεύομεν αὐτοῖς ἀποφαινομένοις ὃ βούλονται. διὰ τί γὰρ, ὦ πρὸς θεῶν, μόνοις αὐτὰ τὰ πράγματα τὴν αὑτῶν φύσιν ἐπιδείκνυνται; πότερον, ὅτι μόνοι μηδὲν τῶν πρώτων μαθημάτων μεμαθήκασιν; ἀλλὰ ψεῦδος τοῦτο, καὶ γὰρ ἄλλοι πολλοὶ τούτων οὐδὲν ἔμαθον. ἀλλ᾽ εἰ τὴν λογικὴν ψυχῆς δύναμιν ἤσκησαν ἐν μαθήμασιν, ἔργον μαρτυρεῖ δυναμένους αὐτήν· καὶ μὴν οὐδέπω ἥψαντο τοιαύτης θεωρίας. ἴσως δὲ φήσουσι μόνοι τε γενέσθαι συνετοὶ καὶ βλέπειν ἐπιληπτικῶς τὰ πράγματα, καθάπερ Λυγκεὺς τὰ κατὰ γῆς· τί ποτ᾽ οὖν, εἰ οὕτως αὐτῶν ὀξυδερκής ἐστιν ἡ ψυχὴ, καταγελαστότατοι πάντες εἰσὶν ἐν τοῖς τοιούτοις προβλήμασιν, ὧν ἡ εὕρεσις αὐτὴ μαρτυρεῖ τοῖς εὑρίσκουσιν ἀληθῶς αὐτά; τοὐ-

ita fuerint interrogati, non omnesque ajunt a rebus edoceri. Quinam igitur sint isti, quos res ipsae edoceant, nobis iterum percontantibus, seipsos solos ajunt; quid enim aliud respondere queant, jactantiam scilicet, quam initio professi sunt, tueri constituentes? At profecto nos istis de se quicquid velint pronunciantibus nequaquam credimus; cur enim, proh dii immortales, solis his res ipsae naturam propriam declaraverint? Num idcirco, quia soli nihil ex primis disciplinis perceperunt? Sed hoc merum mendacium est, alii etenim plerique illarum nihil didicerunt. Quod si rationalem animae facultatem in disciplinis exercuissent, effectus id eos posse facere testaretur: atqui nondum ejusmodi contemplationem attigerunt. Dicent autem forsan, solos se perspicaces a natura creatos, atque res congruenter cernere, quemadmodum Lynceus subterranea intuebatur. Quid igitur, si adeo perspicaci ingenio sunt, in id genus propositis excutiendis, quorum inventio veridicos esse inventores manifestat, plane ridiculi sunt? Nullum enim

[548] των γὰρ ἓν οὐδεὶς οὐδέποτ᾽ αὐτῶν εὑρεῖν ἠδυνήθη, ὅπου γε καὶ τῶν εὑρηκότων λεγόντων καὶ διδασκόντων, οἱ μὲν ἄλλοι μανθάνουσιν, ἐκεῖνοι δὲ μόνοι δι᾽ ἀγυμνασίαν καὶ βραδύτητα ψυχῆς μὴ μανθάνουσιν· εἶτα παρακαλοῦσιν ἐμὲ, καί τις ἐξ αὐτῶν κατὰ τύχην παρακολουθήσειεν, ἀλλ᾽ εἰπεῖν γε τὸ εἰρημένον οὐ δύναται. τίς οὖν μείζων τυφλότης εἰς τὴν τῶν ἰδίων ὑμαρτημάτων γνῶσίν ἐστι τῆς τοιαύτης τῶν τοιούτων; ὅταν ἄνθρωποι τῶν ἐπιτυγχανόντων ἑαυτοὺς ὁρῶντες ἀφυεστέρους εἴς τε τὸ νοῆσαι καὶ μνημονεῦσαι καὶ τὰ δι᾽ ἀριθμητικήν τε καὶ γεωμετρίαν ἀρχιτεκτονίαν τε καὶ ἀστρονομίαν εὑρισκόμενα τὰ τῆς φιλοσοφίας εὑρηκέναι νομίζωσιν οὕτω ῥᾳδίως, ὡς ἀποφαίνεσθαι τολμᾷν αὐτὰ δεικνύναι τὰ πράγματα χωρὶς ἀποδείξεως καὶ μεθόδου λογικῆς. ὅτι δὲ ἑκόντες ἑαυτοὺς κολακεύουσιν, οὐκ ἀλήθειαν ζητοῦσιν, ἔνεστι γνῶναι κἀκ τοῦ κατά τινος ἕκαστον αὐτῶν ἀνατείνεσθαι παρὰ τοῖς φοιτηταῖς, ἅπαντάς τε διαβάλλουσι τοὺς ἄλλους ὡς ἐσφαλμένους. ἐγὼ δὲ συνάγων αὐτοὺς εἰς ταὐτὸν, οὐχ ὑπομένουσιν,

eorum quifquam ipforum unquam invenire potuit, quin et eorum inventoribus declarantibus ac edocentibus, alii fane difcunt, ifti vero foli et inexercitati et ingenio tardi percipere nequeunt: deinde me provocant, atque aliquis ex ipfis forte intellexit, non tamen quod dixi recitare valet. Quaenam itaque caecitas in propriis dignofcendis vitiis hac iftorum ignoratione major eft, quod vulgaribus hominibus fefe rudiores quum videant ad ea percipienda memoriaeque mandanda, quae ab arithmetica, geometria, architectonica aftronomiaque reperta funt, poftea quae philofophiae funt tam facile inveniffe fe exiftimant, ut res ipfas fefe oftendere abfque demonftratione rationalique methodo contendere audeant? Porro quod fponte feipfos adulentur, neque veritatem quaerant, ex eo fcire licet, quod de re aliqua finguli inter fuos tantum difcipulos differunt, omnefque alios tanquam aberrantes calumniantur atque vituperant. Ego vero fi

ἀλλὰ τὴν αἰδῶ τινι καταπροτείνονται, καὶ φάσκουσι μὴ δύνασθαι φθέγξασθαι, παρόντων ἀνθρώπων πλειόνων· καίτοι τινὲς αὐτῶν ἀκροατὰς ἔχουσιν, ὁ μὲν κ', ὁ δὲ λ' καί ποτε καὶ πλείονας, οὐκ αἰσχυνόμενοι λέγειν ἐπ' αὐτοῖς. ἀλλ' ὅταν ἐγὼ μὲν τρεῖς ἢ τέτταρας ἀξιώσω παρεῖναι τῷ συλλόγῳ, Πλατωνικοὺς δ', τρεῖς ἢ τέτταρας Ἐπικουρείους, ἴσους τε τὸν ἀριθμὸν ἄλλους Στωϊκούς τε καὶ Περιπατητικοὺς, ἢ τρεῖς πρὸς τούτοις, ἤτοι γ' Ἀκαδημαϊκοὺς, ἢ Σκεπτικοὺς, ὡς γίνεσθαι πάντας ἐκ φιλοσοφίας ἀνθρώπους εἴκοσιν, ἄλλους τε πρὸς αὐτοῖς τοσούτους τῶν γεγυμνασμένων μὲν ἐν μαθήμασι τὴν λογικὴν δύναμιν, ἀγνοοῦντας δὲ τοὺς κατὰ φιλοσοφίαν λόγους, οὐδεὶς αὐτῶν ὑπομένει τηνικαῦτα τὸ τοιοῦτον συνέδριον. εἰ δέ γέ ποτ' ἀναγκασθέντες ὑπὸ τῶν ἐλευθέρων μὲν αἱρέσεως, γεγυμνασμένων δὲ ἐν λόγοις, ὑπομείνειαν ἀπαντῆσαι τοιούτοις συνεδρίοις, φιλονεικούντων μὲν αὐτῶν ἐπὶ τούτοις, ἑλιττόντων δὲ τοὺς αὐτοὺς λόγους, πολλάκις μὲν ἧκεν ἐν τούτοις καὶ γεωμετρικὸς,

in unum eos cogam, non ferunt, ſed ſtatim verecundiam praetexunt, neque ſe coram hominum multitudine ſermonem facere poſſe confirmant quamvis, ſingulis diebus ipſorum alius viginti auditores habeat, alius triginta et nonnumquam plures, neque inter illos dicere erubeſcant. Verum ego ſi tres aut quatuor eorum collegio intereſſe voluerim, exempli cauſa Platonicos quatuor, tres aut quatuor Epicureos, totidem numero alios Stoicos et Peripateticos, ad hos tres Academicos, aut vocatos Scepticos, ita ut omnes ex philoſophia viri ſint viginti, praeterea ultra enumeratos ſi totidem adſint, qui rationalem facultatem in diſciplinis exercuerint, sed philoſophicos ſermones ignorent, tunc nullus iſtorum ejuſmodi conſeſſum ſuſtineat. Quod ſi nonnunquam ab hominibus nulli ſectae addictis, in dicendo autem exercitatis coacti ejuſmodi hominum coetibus intereſſe non recuſent, dum illi de iſtis altercantur, ſuaſque rationes conglomerant, ſaepenumero aliquis geometra ſupervenit, acceſ-

ἧκον δὲ καὶ τῶν ἰατρῶν ἔνιοι, καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν φιλολόγων ἀνδρῶν καὶ πεπαιδευμένων ἐν τοῖς μαθήμασιν, αὐτὸ δὲ ἔχειν ἐργαζομένων δι᾿ εὐπορίαν κτημάτων, οὔτε δουλευόντων αἱρέσει τινὶ τῶν κατὰ φιλοσοφίαν, ὥσπερ εἴωθα, καὶ τότε κεκρικέναι τοὺς λόγους ἠξίωσα, καί τις ἐξ αὐτῶν ἔφη κάλλιστα κριθῆναι τὴν ἀμφισβήτησιν, εἰ πορευθέντες εἰς ὃ λέγουσιν οὗτοι περιέχειν τὸν κόσμον κενόν· εἴθ᾿ ὃ μὲν ἐν αὐτῷ σαφῶς, εἴτ᾿ ἐν μιᾷ χώρᾳ πέφυκε μὲν εἶναί τε καὶ φέρεσθαι πρὸς ἄλλον τινὰ τόπον, ὅπερ ἂν ἐν αὐτῷ τεθῇ σῶμα. τοὺς μὲν ἄλλους πάντας ἤρεσε τὰ λεχθέντα, μόνοι δ᾿ οὐκ ἐπαύοντο φιλονεικοῦντες ἀλλήλοις καὶ ἡμῖν οἱ φιλόσοφοι, μὴ δυνάμενοι διακρῖναι τοὺς ἐνδεχομένους λόγους ἀπὸ τῶν ἀναγκαίων. ἐνδέχεται μὲν γὰρ καὶ μένειν ἐν τῷ κενῷ καθ᾿ ἕνα τόπον ἕκαστον τῶν σωμάτων, ἐνδέχεται δὲ καὶ μὴ μένειν, ἀναγκαίαν ἀπόδειξιν οὐδ᾿ ἑτέρας τινὸς αἱρέσεων ἐχούσης.

Κεφ. ϛ'. [549] Καιρὸς οὖν ἥκειν δοκεῖ τι φθέγξασθαι κἀμὲ, βραχεῖαν μὴν ἐλπίδα τοῦ φράξαι τὴν δοξοσο-

ferunt et medicorum nonnulli, et alii quidam dicendi ftudiofi viri et difciplinis inftructi, eas quidem, ut quaeftum facerent, exercentes, et nulli in philofophia fectae infervientes, ut mihi moris erat, atque tunc ab iis petii, ut iftas rationes dijudicarent; tum eorum quidam dixit, optime controverfiam fedari poffe, fi in id, quod mundum continere ifti ajunt, vacuum profecti experiantur, numquid in eo pofitum corpus una in fede manere, an et ad alium quoque locum transferri aptum fit. Aliis quidem omnibus haec dicta placuere, foli vero philofophi inter fe nobifcumque rixari non deftiterunt probabiles rationes a necessariis diftinguere nequeuntes. Poteft enim unumquodque corpus in vacuo uno loco manere, poteft et non manere, neutra fecta neceffariam demonftrationem habente.

Cap. VI. Itaque tempus adveniffe videtur, ut ego quoque aliquid proferam, quum tamen parvam fpem ha-

Ed. Chart. VI. [549.] Ed. Baf. I. (365.)

φίαν ἔχοντα μὴ καταλείπειν ἀπείραστον, ἡγούμενον μέν τι δ᾽ εἶναι μηδ᾽ αὐτὸ τοῦτο βραχύ. καὶ τοίνυν ἐφ᾽ ᾧ ὡμολόγηται μὲν ἡ ἀπὸ τῶν ἐναργεστάτων ἀρχὴ πάσης ἀποδείξεως, ἀλλ᾽ εὐθὺς ἡ πρώτη μετάβασις ἀπ᾽ αὐτῶν ἐπὶ τὸ τῶν ἀδήλων, οὐ συγχωρεῖται μὲν ὑπὸ τῶν Ἀκαδημαϊκῶν τε καὶ Σκεπτικῶν, ἡμῖν δὲ τοῦτο μὲν ἀλλήλοις συνεχώρει, ὅτι μὲν ἄλλο εὑρισκόμεθα τὴν ἐκείνων ἀπορίαν κρατύνοντες. ὄντων γὰρ ἐναργῶς τῶν μὲν πρὸς νόησιν, τῶν δὲ πρὸς αἴσθησιν, ἀλλήλοις ἐνίοτε μὲν δοκεῖ μάχεσθαι ταῦτα. καὶ πρῶτά γε τοῦτο αὐτὸ γεγυμνασμένου δεῖται, τοῦ δείξοντος οὐδέποτ᾽ ἀλλήλοις αὐτὰ διαφέρεσθαι. δεύτερον ἐπὶ τῷδε μέγιστόν ἐστιν, ἀπὸ τῶν ἐναργῶς φαινομένων γνωρίζειν τὰ τοιαῦτα· τινὲς γὰρ ὑπὸ προπετείας τοῖς μηδέπω φαινομένοις ἐναργῶς ὡς τοιούτοις συγκατατιθέμενοι σφάλλονται. καὶ τί θαυμάζειν, ἔφης, εἰ πρὸς διάνοιαν ἐναργῆ τοῦτο συμβαίνει τοῖς προπετέσιν, ὁρῶντας αὐτὸ κἀπὶ τῶν πρὸς αἴσθησιν ἐνίους πάσχοντας ἑκάστην· ὅτι ἐξ ἀπόπτου γοῦν

beam, fore, ut inanem fcientiae perfuafionem ftabiliant; neque tamen id ipfum exiguum effe duxi, ipfam videlicet non intentatam relinquere. Ob id igitur conceditur, omnem demonftrationem ab evidentiffimis inchoari, sed illico primus ab ipfis ad ignota tranfitus ab Academicis et Scepticis non conceditur, inter nos vero id convenit, quod aliud invenimus, quod illorum ambiguitatem augeat. Quum enim ex evidentibus quaedam intellectui, quaedam fenfui evidentia fint, inter fe nonnunquam haec pugnare videntur, atque in primis hoc ipfum *homine* exercitato eget, haec neutiquam inter fe diffidere oftenfuro. Secundum ab hoc maximum eft, ab evidenter apparentibus quae funt ejufmodi cognofcere; quidam enim temere, nondum clare apparentibus, perinde ac talia fint affentientes, falluntur. Sed quid mirum, inquies, fi ad manifeftam intelligentiam haec temerariis hominibus accidant, quum id ipfum cernamus et in fingulorum fenfuum actionibus quosdam committere, quum ex longiore fcilicet intervallo,

θεασάμενοι παραγενόμενάν τινα Δίωνά φασιν, εἰ οὕτως ἔτυχεν, εἶναι τὸν ἀφικνούμενον, ὡς βεβαίως εἰδότες· ὥστ᾽ ἐνίοτε πλησίον ὀφθεὶς ὁ παραγενόμενος ἐφάνη Θίων, οὐ Δίων ὑπάρχειν. εἰ μὲν οὖν ἀπαράλλακτος ἡ φαντασία τῶν πόῤῥωθεν ὁρωμένων ἐστὶ καὶ τῶν ἐγγύθεν, οὐ διαφωνοῦντες ἀλλήλοις ἐπὶ τῶν πόῤῥωθεν ὁρωμένων οὔτ᾽ ἐλέγξουσιν, οὔτ᾽ ἐλεγχθήσονταί ποτε· εἰ δ᾽ ἐστὶν ἄλλη ἐνέργεια τῶν πλησίον ὁρωμένων, ἄλλη δὲ τῶν οὐ πλησίον, οἷσι πειρωμένων τὴν ἐκ τοῦ πλησίου γιγνομένην, εἰκότως σφάλλονται. τοῦτ᾽ οὖν αὐτὸ πρῶτον ἀναμνήσθητι, πρὶν ἐπὶ τὰ πρὸς διάνοιαν ἐναργῆ μετιέναι καὶ σύ ποτε προπετῶς, ὁρατὸν δέ τινα τὸν προσιόντα, φέρε μὲν ἵππον, ὡς ἔτυχε, πλησίον ἐγνῶσθαι Θεόδωρος ὤν· ἢ δι᾽ ὅλου τοῦ βίου σαυτὸν ἀνάσχες ἀπὸ τῆς τοιαύτης συγκαταθέσεως, ἣν ὀνομάζουσί τε πρόπτωσιν καὶ προπέτειαν. ἐγὼ μὲν σοὶ λέγω μόνῳ, οὐδεὶς ἔχει με δεῖξαι τοιοῦτόν ποτε ἐσφαλμένον οὐδέν. ἐκ μειρακίου γὰρ ἐπέχειν ἐμαυτὸν εἴθισα προπετοῦς συγκαταθέσεως,

quam videndi requirat potentia, aliquem accedentem intuiti, exempli causa, Dionem esse, qui accedat, tanquam exacte conspicati affirmant; atqui iste propius accedens interdum non Dion, sed Theon esse visus est. Itaque si procul et prope visorum imaginatio non differret, minime de his, quae procul aspiciuntur, inter se diffidentes neque redarguerent unquam, neque redarguerentur; sin alia vero est prope visorum, alia non prope visorum actio, ut illis, qui propius intuentur, notum est, merito falluntur. Hoc igitur ante omnia memoriae mandato, antequam ad intellectui manifesta transeas, ne et tu inconsiderate quandoque pronuncies, et aliquod visibile procul accedens equum esse, verbi causa, dicas, quod, propius quum fuerit, Theodorus esse cognoscatur; aut potius in omni vita hujusmodi tam facili assensu abstineas, quem procidentiam et temeritatem nominant. Ego vero tibi uni dico, nullus me unquam ita deceptum esse ostendere poterit. Ab adolescentiae namque temporibus

Ed. Chart. VI. [549. 550.] Ed. Baf. I. (365. 366.)

ὥσπερ ἐν τοῖς πρὸς αἴσθησιν, οὕτω καὶ τοῖς πρὸς λόγον φαινομένοις, ἐφ᾽ ἃ μεταβὰς ἤδη πάλιν ἀναμνησθῆναί σε (366) κἀνταῦθα παρακαλῶ, μηδενὶ ψευδῶς συγκαταθέμενον ἑαυτὸν, ὥσπερ ἑκάστης ἡμέρας ὁρῶ παμπόλλους τῶν φίλων, ἐνίους μὲν ἑνὶ τῶν εἰπόντων ὁτιοῦν πιστεύσαντας, εἰ δὲ δύο, καὶ τρεῖς, καὶ τέσσαρες εἴποιεν ταὐτὸν, οὐκ ἀντέχοντας, ἀλλὰ πάντως συγκατατιθεμένους ἑνὶ, προπετῶς δὲ καὶ ὃ τρισὶν, ἢ τέσσαρσιν, ἄνευ τοῦ διορίσασθαι, πότερον ἐνδέχεται πάντας αὐτοὺς ἐκ μιᾶς αἰτίας κοινῆς ἀληθεύειν, ἢ ψεύδεσθαι πάντας ἐκ μιᾶς αἰτίας κοινῆς. βέλτιον οὖν ἐνταῦθα βραδύνειν, ὥσπερ ἐγὼ ποιῶ, κἂν ὅτι μάλιστά με καλῶσιν ἐπισκώπτοντες ἄπιστον οἱ προπετῶς συγκατατιθέμενοι. τῶν φίλων γοῦν εἰσί τινες, οἳ πυθόμενοι παρά τινος, ἀφῖχθαι [550] τόνδε τινὰ τῶν ἀποδημούντων, ἤγγειλαν μὲν ἡμῖν ἥκοντα τὸν ἄνθρωπον, ἠλέγχθησαν δὲ ψευδόμενοι, ὡς, ὅταν ἐπιτιμήσω, τοσοῦτον δέουσιν εἰς τὸν μέλλοντα παρασκευάσασθαι ἑαυτοὺς ἀσφαλεστέρους, ὥστ᾽ ἀγανακτοῦσι

ita me femper affuefeci, ut tam in his, quae fenfui, quam in his, quae rationi manifefta videntur, ab inconfulto et praecipiti affenfu caverem: ad quae tranfiens jam tibi iterum in memoriam revocare hortarique decrevi, ut nulli falfo fidem habeas, ut quotidie permultos amicorum alicui quaevis loquenti affentiri video; quod fi duo, tres, aut quatuor idem dixerint, non renituntur: fed quum uni affenfi plane fuerint, idem tribus aut quatuor dicentibus temere affentiuntur, neque illud perpendunt, utrum iftos omnes ex una communi caufa verum dicere, aut contra ex una communi caufa mentiri liceat. Satius igitur fuerit hic cunctari, quemadmodum et ego facio, etfi quam maxime incredulum me, qui temere affentiuntur, nominent. Igitur amicorum meorum nonnulli funt, qui, quum aliquem peregre advenisse a quopiam audiverint, ftatim mihi venisse hominem renuncient; fed paulo poft mendacii convicti, ei a me reprehenfi, tantum abeft, ut in pofterum fefe cautiores praeftent, ut etiam mihi irafcan-

πρός με, καί φασιν, αὐτοὺς μὲν οὐκ εἶναι τῆς ψευδολογίας αἰτίους, πιστεῦσαι γὰρ εἰπόντι τόδε τινὶ, τὸ δ᾽ ἁμάρτημα μὲν ἐκείνου γεγονέναι, μὴ βουλόμενοι θεάσασθαι τὸ προστιθέμενον εἰς ἑαυτοὺς ἁπάσαις ταῖς προπετῶς συγκαταθέσεσιν. εἰ μὲν γὰρ, ὥσπερ ἐγὼ λέγειν εἴωθα, τόνδε μοί τινα περὶ τοῦδε τόδε τι διηγήσασθαι, καὶ αὐτοὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐποιοῦντο τοὺς λόγους, οὐκ ἂν ἐψεύδοντο. νῦν δ᾽, ἐπεὶ τῷ πιστεύειν τῷ λέγοντι σφάλλονται, οὐκ ἐκεῖνον μόνον, ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτοὺς συνεπέδειξαν αὐτῷ ψευδομένους, ἐνόν γε αὐτοῖς οὐκ ἀποφαινομένοις εἰπεῖν, ἀφῖχθαι τόνδε τινὰ τῶν ἀποδημούντων φίλων, ἀλλ᾽ ἀκηκοέναι παρὰ τοῦδε. ὁπότ᾽ οὖν ἐπὶ τοσούτων πραγμάτων οὐ μακρὸν ὕστερον αὐτοὺς ἐλεγχθέντων ψευδομένους οὐ παύονται προπετῶς συγκατατιθέμενοι, τί χρὴ νομίζειν ἐπὶ τῶν ἀδήλων αὐτοῖς ὄντων δυσκολωτέρων προσάπτεσθαι; εὐκολώτερον μὲν γάρ ἐστιν, ἑνὸς ἀεὶ μνημονεύειν τοῦ περιμένειν ἐναργῶς ἐν ἀκριβεῖ, χαλεπώτατον δὲ, διότι τοῦτ᾽ αὐτὸ ποιεῖν οὐκ ἐθέλουσιν οἱ

tur, dicantque, se non esse mendacii auctores, sed cuidam illud dicenti credidisse, ejusque peccatum esse, non suum, in assentiendo inconsultam temeritatem considerare nolentes. Nempe si, ut ego dicere consuevi, hominem hunc mihi hac de re hoc dixisse, hunc in modum et ipsi sermonem facerent, haud profecto mentirentur. Nunc vero, dum mendacium referenti credentes falluntur, non illum modo, verum etiam se ipsos mendaces esse demonstrant, quum, amicum peregre in patriam rediisse, ipsis non asserere, sed ab alio id se audiisse, dicere licet. Quandoquidem igitur, hujusmodi rebus ipsorum haud multo post mendacium declarantibus, non desistunt temere assentiri, quid in abstrusis atque reconditis ipsis accidere putandum sit, quas percipere sane quam difficile est? Facilius quidem fuerit unius rei semper meminisse, quam in ejus exacta cognitione evidenter persistere; difficillimum autem idcirco fuerit, quoniam id

πολλοί. καὶ ζητοῦντί γέ μοι τὴν αἰτίαν τῆς προπετείας αὐτῶν, εἰ μὴ ἄρα πλεονεξία κατεφάνη πάντ᾽ ἐργάζεσθαι τὰ τοιαῦτα. τὸ γὰρ τάχ᾽ ὁτιοῦν ἢ δι᾽ αἰσθήσεως, ἢ διὰ νοήσεως εὑρίσκειν ἐπαινῶ μόνον ὁρῶντες, οἴονται βελτίους ἑαυτοὺς ἐπιδείξειν τῷ πέλας ἐν τῷ τάχει τῆς διαγνώσεως τάχος, ἀλλ᾽ ἀγνοίας ἐπιδείκνυνται. ταῦτα μὲν οὖν ἔφην εὑρῆσθαί μοι κοινῇ πρὸς ἅπαντας, ὅσοι προπετῶς ἀποφαίνονται.

Κεφ. ζ΄. Πάλιν ἐπὶ τούσδε τοὺς φιλοσόφους ἔλθωμεν, ἀποφαινομένους προπετῶς περὶ τῶν ἐν τῷ κενῷ σωμάτων ἑστώτων ἢ κάτω φερομένων. ὁ μὲν γὰρ ἀρχιτέκτων οὗτος οὐκ ἂν ἀπεφήνατο, πρὶν εἰς αὐτὸ τὸ κενὸν ἐξελθὼν τοῦ κόσμου τῇ πείρᾳ βασανίσαι τὸ πρᾶγμα, καὶ θεάσασθαι σαφῶς, εἴτε μένειν κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον ἕκαστον τῶν ἐν αὐτῷ σωμάτων, εἴτε καὶ μεθίστασθαι. τοιαύταις γὰρ ἀρχαῖς εἰς τὰς ἀποδείξεις οἶδα χρωμένους αὐτοὺς, ἐναργέσι τε καὶ ἀναντιλέκτοις ὑπὸ πάντων

ipſum facere plerique recuſant. Mihi vero temeritatis ipſorum cauſam quaerenti nonniſi ingenii excellentia haec omnia agere viſa eſt. Celeriter enim quodvis aut ſenſu aut intelligentia conſequi laudabile eſt, quod ſolum iſti homines intuentes ſeſe vicino cognitionis celeritate meliores probaturos eſſe exiſtimant, quum tamen ignorantiae potius celeritatem oſtendant. Haec itaque a me generatim adverſus omnes temere aliquid pronunciantes inventa dicere volui.

Cap. VII. Caeterum ad iſtos rurſum philoſophos revertamur, qui inconſiderate de corporibus in vacuo ſtantibus aut deſcendentibus ſermocinantur. Architectus namque iſte non affirmaſſet prius, quam in ipſum vacuum e mundo egreſſus rem experientia comprobaſſet, atque unumquodque in ipſo poſitum corpus aut eundem locum obtinere, aut in alium tranſmutari apertiſſime conſpexiſſet. Ejusmodi namque ad demonſtrationes conſtituendas principiis evidentibus ac ſine controverſia ab omni-

Ed. Chart. VI. [550. 551.] Ed. Baf. I. (366.)

ὁμολογουμέναις· ὑμεῖς δὲ οἱ φιλοσοφοῦντες, περὶ ὧν οὐδεμίαν ἐναργῶς γνῶσιν ἔχετε, ταῦθ᾽ ὡς ἐναργῶς γνωσθῆναι δυνάμενα. ἤκουσα πρώτην ἀπιστούντοιν δυοῖν φιλοσόφοιν· ἐδόκει γὰρ αὐτῶν τῷ μὲν ἑτέρῳ τὸ ὕδωρ τῶν ξύλων βαρύτερον εἶναι, τῷ δ᾽ ἑτέρῳ τὰ ξύλα τοῦ ὕδατος, ἑκάτερός τε λόγους ἔλεγε μακροὺς, ἐμβλέπων ἄνω τε καὶ κάτω. κεφάλαιον δὴ τοῦ μὲν ἑτέρου τῶν φιλοσόφων, τὴν πεπιλημένην οὐσίαν βαρυτέραν εἶναι, καὶ διὰ τοῦτο τὰ ξύλα τοῦ ὕδατος, τοῦ δ᾽ ἑτέρου, ἔλαττον ἔχειν κενὸν τὰ ξύλα. καὶ ταῦτα ἔλεγον διὰ μακρῶν ἐξηκόντων λόγων, οὐκ ἀποδεικτικῶν, ποιούμενοι τὰς πίστεις, ὥσπερ ἀδύνατον ἐν αἰσθήσει διαγνῶναι τὸ πρᾶγμα, καθάπερ ἡμᾶς οἶσθα ποιοῦντας. οἱ δὲ φι[551]λόσοφοι λέγειν ἔτι βουλόμενον αὐτὸν ἠρώτησαν, ὅστις ὁ τρόπος εἴη, καθ᾽ ὃν ἐναργῶς διαγινώσκεται, πότερόν ἐστι βαρύτερον· οὐ γὰρ δὴ διὰ ζυγοῦ γε δυνατὸν ἔφασαν γενέσθαι τοῦτο, καθάπερ οὐδὲ δι᾽ ἀγγείου πληρουμένου· στῆσαι μὲν γὰρ οἷόν τέ ἐστι τὸ ξύλον,

bus conceſſis ipſos uti cognoſcimus; at vos de iis philoſophantes, quorum nullam certam notitiam habetis, ea quam clariſſime dignoſci poſſe contenditis. Proxime duos altercantes philoſophos audivi; alteri enim eorum aqua lignis gravior eſſe videbatur, contra alter ligna graviora eſſe defendebat; uterque autem ſurſum ac deorſum intuens longas rationes afferebat. Praecipuum autem alterius philoſophi argumentum, conſtrictam denſamque ſubſtantiam graviorem eſſe, quocirca ligna, quam aqua, *graviora eſſe;* alterius vero, ligna minus vacui continere. Haec vero dicebant prolixis ſermonibus, non demonſtrativis rationibus ſententiam ſuam roborantes, tanquam ipſis rem ſenſu dijudicare (quemadmodum et nos facere noviſti) non liceret. Sed ipſum philoſophi adhuc dicere volentem interrogaverunt, quinam eſſet modus, per quem evidenter dignoſci poſſet, utrum ipſorum gravius eſſet, neque enim in lancibus id fieri poſſe dicebant, quemadmodum neque ex vaſe pleno; etenim expendere

Ed. Chart. VI. [551.] Ed. Baf. I. (366.)

οὐ μὴν πληρῶσαι τό γε ἀγγεῖον ἐξ αὐτοῦ, τοῦ ὕδατος αὖ πληροῦσθαι δύνασθαι. τοιαῦτ᾽ οὖν αὐτῶν λεγόντων, ὥσπερ εἰώθασι, γελάσας ὁ ἀρχιτέκτων ἔφη· Τοιοῦτοι διὰ παντὸς ὑμεῖς οἱ δοξόσοφοι πάντες ἐστὲ, τὰ μὲν ἔξω τοῦ κόσμου γιγνώσκειν οἰόμενοι, περὶ ὧν εἰκάσαι μέν ἐστιν ἐνδεχόμενον, γνῶναι δ᾽ ἐπιστημονικῶς οὐκ ἐγχωρεῖ, τὰ δὲ τοιαῦτα, καὶ τοῖς τυχοῦσιν ἐνίοτε γιγνωσκόμενα, παντάπασιν ἀγνοοῦντες, ὥσπερ καὶ τοῦτ᾽ αὐτὸ τὸ νῦν προκείμενον, ὕδατός τε καὶ ξύλων σταθμὸν ἀντεξετάσαι. δεηθέντων οὖν ἁπάντων τῶν παρόντων εἰπεῖν τὸν ἀρχιτέκτονα, πῶς ἐπιστημονικῶς καὶ βεβαίως ἀντεξετασθήσεται τὸ τοῦ ξύλου τῷ τοῦ ὕδατος, ὁ μὲν διῆλθεν ἐν τάχει τε καὶ σαφῶς, ὡς ἅπαντας τοὺς παρόντας νοῆσαι, πλὴν μόνων τῶν φιλοσόφων· ἐκεῖνος δὲ καὶ δεύτερον ἠναγκάσθη καὶ τρίτον εἰπεῖν τὸν αὐτὸν λόγον, ὥστε μόγις ἐνόησαν. ὁ μὲν ἀρχιτέκτων, Εἰκότως, ἔφη, λέγουσι

lignum poffumus, non tamen vas aliquod ipfo replere, quod rurfum aqua implere valeamus. Haec igitur iftis (ut foliti funt) garrientibus, ridens architectus inquit: *Vos omnes fapientes videri volentes ejufmodi femper eftis, quae extra mundum funt, de quibus conjectura notitiam accipere folum contingit, fcientifice autem comprehendi nequeunt, cognofcere vobis perfuadentes, haec autem, quae ad manum funt vel imperitis hominibus interdum patentia, penitus ignorantes, quemadmodum et id ipfum in praefentia propofitum, aquae fcilicet ac ligni ponderis exquifitio.* Omnibus igitur, qui ibi aderant, architectum rogantibus, ut, quo pacto ligni et aquae gravitas inter fe comparari dijudicarique firma ac certa fcientia poffet, edoceret, ipfe quidem brevi et aperte, ut omnes, qui aderant, praeter folos philofophos intelligerent, explanavit; ab illis vero bis et ter eundem fermonem repetere coactus est, vixque intellexerunt. Quocirca jure, inquit architectus, permulti nihil iftis prae-

Ed. Chart. VI. [551.] Ed. Baf. I. (366.)

πάμπολλοι, πλὴν δοξοσοφίας οὐδὲν τούτοις ὑπάρχειν· οἱ δ᾽ ἀνόητοι μὲν ἐν τοῖς ἀγνώστοις ἅπασιν ἐλέγχονται, δοξόσοφοι δ᾽ ἐν τοῖς γνωστοῖς. ἐγὼ δὲ διαδεξάμενος αὐτὸν τὸν λόγον, εὐλόγως ἔφην τοῦτο συμβαίνειν αὐτοῖς. καὶ γὰρ, ὅπως χρὴ μεταβαίνειν ἀπὸ τῶν ἐναργῶς γινωσκομένων ἐπὶ τὰ τῶν ἀδήλων, οὐδέποθ᾽ ὑπέμειναν ἀσκηθῆναί τε καὶ μαθεῖν ἐπὶ πραγμάτων, μαρτυρῆσαι μὲν τοῖς εὑροῦσιν αὐτὰ δυναμένων, ἐλέγξαι δὲ τοὺς οὐχ εὑρόντας. Ἵνα δ᾽, ἔφη, καὶ γελάσητε, καὶ γνῶτε τὸν τῦφον αὐτῶν ὁπηλίκος ἐστὶν, διελθεῖν ὑμῖν ἕν τι καὶ δύο βούλομαι, περὶ ὧν ἀποφαίνονται προπετῶς οἱ τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότες οὗτοι. καὶ πρῶτόν γε τοῦτο λέγω μάλιστ᾽, ἐπειδὴ τῶν Περιπατητικῶν τις ἀφῖκται τῶν φιλοσόφων, ἕνα τε τὸν κόσμον τοῦτον εἶναι πεπλησμένον, ἔξωθέν τε αὐτοῦ μηδὲν εἶναι κενὸν, ὥσπερ οὐδ᾽ ἔνδον· διαφέρει γε μὴν, ἔφην, τῷδε τῷ φιλοσόφῳ διττὴν διαφορὰν ἑκάτερος τούτων· ἐδείκνυον δὲ τόν τε Στωϊκὸν καὶ τὸν

ter inanem fcientiae perfuafionem ineffe praedicant; indocti namque in rebus omnibus obfcuris convincuntur, qui vero fapientes haberi volunt, in notis et apertiffimis haerent atque hallucinantur. Ego vero hunc fermonem fubjiciens merito id ipfis accidere dixi, quandoquidem, ut a per fe notis ad ignota tranfeundum fit, nunquam difcere laborarunt, neque in illis fefe rebus exercere, quae recte invenientium veritatem comprobare, non invenientium autem errorem coarguere queant. At ut rideatis, inquit, iftorumque faftum, quantus fit, cognofcatis, unum ac duo ex iis, quae hujusmodi homines fupercilia contrahentes inconfiderate proferunt, vobis recitare decrevi, primumque illud praecipue dixero, quum Peripateticus quidam philofophus acceffiffet, unicum effe mundum afferens, eumque plenum, extra quem nullum effet vacuum, quemadmodum neque intus; duplici differentia, dixi, ab hoc philofopho uterque iftorum difcrepat; oftendebam autem Stoicum philofophum et Epi-

Ἐπικούρειον. ὁ δὲ Στωϊκὸς οὐκ ἔνδον τι κενὸν εἶναι, ἔξωθεν τοῦ κόσμου ὑπάρχειν αὐτό· ταῦτα δ᾽ ἄμφω συγχωρῶν ὁ Ἐπικούρειος, ἐν ἄλλῳ τινὶ διαφέρεται πρὸς αὐτόν· οὐ γὰρ ἕνα ὁμολογεῖ κόσμον εἶναι τόνδε, καθάπερ ὁ Στωϊκὸς οἴεται, κατά γε τοῦτο τοῖς Περιπατητικοῖς ὁμόδοξος, ἀλλ᾽, ὥσπερ γε καὶ τὸ κενὸν ἄπειρον τῷ μεγέθει φησὶν ὑπάρχειν, οὕτω καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ κόσμους ἀπείρους εἶναι τῷ πλήθει. ἐγὼ δ᾽ ἤκουσα μὲν, ἃ λέγουσιν οἱ τρεῖς, συναγορεύειν βουλόμενοι τοῖς ἰδίοις ὀνείροις· ἀκριβῶς δ᾽ οἶδα μηδένα λόγον ἀποδεικτικῶς ἔχοντας αὐτοὺς, ἀλλ᾽ ἐνδεχομένως τε καὶ εἰκότως, ἐνίοτε δὲ μηδὲ τοιούτους γνώσεσθαι, ὅτι μὲν ψεύδονται παρακαλέσαντες εἰπεῖν τινα ἀπόδειξιν ἕκαστον αὐτῶν εἰς ταὐτὸ τοῦτο προκείμενον. οὕτως οὖν ἔλεγον, ἅπερ ἴσμεν ἐν τοῖς βιβλίοις αὐτῶν γεγραμμένα· πᾶσι δὲ τοῖς παροῦσι σαφῶς ἐφαίνετο μηδεὶς ἀναγκαστικὸν λόγον εἰπὼν, μηδ᾽ ἀποδείξεως γραμμικῆς ἐχόμενον, ἀλλ᾽ ἐξ ἐπιχειρημάτων συγκείμενον, οἷς

cureum. Stoicus enim in mundo quidem nihil vacui, fed extra mundum vacuum effe locum afferebat; ambo haec Epicureus concedens, in alio quodam ab ipfo diffentiebat; neque enim unum effe mundum, quemadmodum Stoicus, in hoc fane Peripateticis affentiens, opinatur, fed quemadmodum vacuum magnitudine infinitum, ita et mundos in ipfo multitudine infinitos effe contendit. Ego vero, quae isti tres fuis fomniis patrocinari volentes dicerent, audivi, ipfofque nulla ratione demonftrativa, fed probabili et confentanea muniri exacte cognovi: interdum vero neque fefe, quod mentiantur, animadvertere, quum eos fingulos, ut in hoc idem propofitum aliquam demonftrationem afferrent, provocaremus. Sic itaque ea, quae in libris ipforum fcripta effe novimus, differebant; omnibus autem praefentibus clariffime nullus ipforum rationem neceffariam aut linearum demonftrationi confimilem, fed ex argumentatiunculis, quibus rhetores uti folent, compofitam afferre

οἱ ῥήτορες χρῶνται. ἀλλά γε περὶ πλουσίων ὁ λόγος. ἐφ᾽ ἡμᾶς οὖν αὐτοὺς [552] ἔλθωμεν, ὅσοι μὴ πλουτοῦμεν, ἐρωτήσωμέν τε καὶ πάλιν ἕνα τῶν σοφῶν, εἰ δίκαιόν ἐστιν ἑαυτοὺς ἀναγορεύειν ἐγνωκότας μόνους τὴν ἀλήθειαν, ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων καταγινω(367)σκομένων ἰδιωτῶν τε καὶ φιλοσόφων. τὸ γάρ τοι δεινότατον, ἔφην, τοῦτ᾽ ἔστιν, ὅτι τῶν φιλοσόφων ἕκαστος ἂν ἔξωθεν τῆς οἰκείας ποίμνης ὑπ᾽ οὐδενὸς ἐπαινεῖται. τίνα τοίνυν εἰκός ἐστιν ἄλλον δὴ τοὺς φιλοσόφους ἅπαντας ὑπομένοντας κριτὴν, πλὴν αὐτῶν τῶν φαινομένων, ὑπομένοντάς τε καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν λογικῶν τεχνῶν ἁπασῶν ἀριθμητικοὺς, λογιστικοὺς, γεωμέτρας, ἀστρονόμους, ἀρχιτέκτονας, νομικοὺς, ῥήτορας, γραμματικοὺς, μουσικούς; ἢ ὁ ὑφ᾽ ἑαυτοῦ κρινόμενός τε καὶ στεφανούμενος, ὑπὸ τῶν ἄλλων κριτῶν εἰ ὑπομείνειε δοκιμάζεσθαι, μηδεμιᾶς ψήφου μεταλαμβάνεται. τοσαῦτα καὶ περὶ ἁμαρτημάτων πρὸς τὸ παρὸν ἀρκείσθω.

viſus eſt. Sed hactenus de divitibus ſermo habitus eſt. Ad nos igitur ipſos, quicunque divites non ſumus, revertamur, iterumque aliquem ex ſapientibus percunctemur, num aequum ſit ſeipſos ſolos veritatem cognoſcentes praedicare, ab omnibus aliis tum imperitis, tum philoſophis cognitam. Illud namque graviſſimum eſt (dicebam), ſingulos videlicet philoſophos extra proprium gregem a nullo alio laudari. Quem igitur alium decet omnes philoſophos judicem quam ipſa ſenſibus evidentia expectare, atque ex omnibus rationalibus artibus arithmeticos; ratiocinatores, geometras, aſtronomos, architectos, juriſconſultos, rhetores, grammaticos, muſicos? etenim, qui ſeipſum judicat atque coronat, aliorum judicum ſi expectet ſententiam, omnibus ſuffragiis condemnabitur. Haec in praeſentia de peccatis abunde dicta ſunto.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΜΕΛΑΙΝΗΣ ΧΟΛΗΣ.

Ed. Chart. III. [165.] Ed. Baſ. III. (357.)

Κεφ. α'. Περὶ μελαίνης χολῆς ἔνιοι μὲν ἐπὶ πλέον, ἢ ὡς τοῖς ἔργοις τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἐστὶ χρήσιμον, ἐξέτειναν τὸν λόγον, ἔνιοι δὲ καὶ τοῦ δικαίου μέτρου καθεῖλόν τι, καθάπερ ἔνιοι παντάπασιν οὐδὲν εἶπον, οἷς ἄν τις μᾶλλον μέμψαιτο τῶν προσθέντων ἄχρηστόν τι. ῥᾷον γὰρ ἀφελεῖν τὸ περιττὸν τοῦ τὸ μηδόλως εἰρημένον αὐτὸ ἅπαν ἐξευρεῖν. Ἱπποκράτης μὲν οὖν μοι δοκεῖ τὸ χρήσιμον εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα πρῶτος εἰπεῖν, ὥσπερ αὖ πάλιν Ἐρασίστρατος ὅλον παραλιπεῖν. οἱ γὰρ περὶ Πλειστόνικόν τε καὶ Πραξαγόραν καὶ Φιλότιμον, ἐπιπλεῖστον ἐργασάμενοι

GALENI DE ATRA BILE LIBER.

Cap. I. De atra bile quidam ſane longius, quam medicae artis operibus uſui ſit, ſermonem produxerunt, quidam vero brevius, quam par ſit, de ea loquuti ſunt, ſicuti alii nihil prorsus, quos utique non immerito quis magis accuſet, quam eos, qui nonnihil etiam ex iis, quae minus utilia ſunt, addidere: longe enim facilius eſt id, quod eſt ſupervacuum, auferre, quam (ſi quidem nihil prorſus traditum ſit) invenire. Igitur Hippocrates mihi de ea primus, quod ad artis opera conducit, pertractaſſe videtur, quemadmodum rurſum Eraſiſtratus rem totam omiſiſſe. Etenim Pliſtonici, Praxagorae et Philotimi ſecta-

τὸν περὶ τῶν χυμῶν λόγον, ἔνια μέν μοι δοκοῦσι χρησίμως διορίσασθαι τῶν ἀδιορίστως Ἱπποκράτει γεγραμμένων, ἔνια δὲ καὶ ψευδῶς ἀποφήνασθαι. τῶν δὲ νεωτέρων ἄριστα γέγραπται περὶ μελαγχολίας τῷ Ἐφεσίῳ Ῥούφῳ. καί τις εὐλόγως ἂν φαίη, μηδὲν ἐνδεῖν τοῖς κατὰ φύσιν ἀκούουσιν, οὐκ ἐριστικῶς ἀντιλέγειν προαιρουμένοις, ὅπερ ἐπιπλεῖστον οὐκ ὀλίγοι τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ἐζήλωσαν, καὶ μάλιστα οἱ καλοῦντες ἑαυτοὺς Ἐρασιστρατείους καὶ Ἀσκληπιαδείους καὶ μεθοδικούς· ὧν ἔνιοι καὶ σοφίσματα συνέθεσαν, ἐπιδεικνύναι πειρώμενοι, τὸν περὶ τῶν χυμῶν λόγον ἄχρηστον εἶναι πρὸς τὰ τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἔργα. πρῶτον μὲν οὖν ἡμεῖς, ὡς εἰθίσμεθα, τὸ χρήσιμον εἰπόντες, ἔπειτα εἰς τὰ κατ᾽ ἀκολουθίαν τοῦδε ζητούμενα μεταβάντες, οὐκ ἀποκνήσομεν ὕστερον οὐδὲ τὸ διαλύσασθαι τοὺς ἠρωτημένους λόγους τοῖς ἄχρηστον ἡγουμένοις (358) εἶναι τὴν περὶ τοὺς χυμοὺς τέχνην. ὅπως δὲ [166] μή τις ἀσάφεια

tores, qui de humoribus copiosissime disseruerunt, quaedam mihi eorum, quae ab Hippocrate minus distincte prodita sunt, commode distinxisse videntur, quaedam vero nihilominus falso pronuntiasse. Inter recentiores autem de melancholia a Ruso Ephesio praestantissime admodum scriptum est, atque ita, ut nihil praeterea desiderari non immerito quis possit asserere, si modo ea animo aequiori, non studio contentiose contradicendi intelligantur: quod frequentissime recentiorum medicorum non pauci affectant, atque hi potissimum, qui se ipsos Erasistrateos et Asclepiadeos atque Methodicos vulgo appellant. Ex quibus nonnulli et sophismata struxerunt, quibus sermonem de humoribus ad medicae artis opera nullius esse usus demonstrare contendunt. Primum igitur nos, ut consuevimus, quod utile est, enarrabimus: mox transeuntes ad quaesita, quae hanc tractationem consequi videntur, non cunctabimur: postremo eorum etiam contentiosas rationes dissolvere, qui artem, quae circa humores versatur, prorsus inutilem esse ducunt. Verum ne disputatio nostra obscurior evadat,

ſed veritatis amator. Quod ſi gloriam et honorem ipſum appetiviſſe quis dicat, certe eam conſequi huic viro quam facillimum fuit, ſiquidem ipſe in ſuis libris contendere cum praeſtantioribus ſectis ſe vetuſtioribus voluiſſet, etſi nulla prorſus fuerit admodum illuſtris. Verum qui poſt ipſum inexplebili cupiditate immeritam gloriam affectarunt, proprias ſectas pravas conſtituerunt, poſtquam contradictiones adverſus ipſis antiquiores adduxerunt, quamvis ex his nonnulli morum probitate atque elegantia praediti eſſent, inter quos Eraſiſtratum quoque quiſpiam annumeraverit: ſed et hunc contra Hippocratem contentio, quae cum ipſiuſmet placitis pugnant, ſcribere coëgit. Nam quo pacto pugnantia non dixeris, animalis naturam omnes ipſius particulas providenter conformaſſe, fruſtra autem eis totum lienis viſcus procreaſſe? Quis, inquam, non norit, quoſdam etiam ex ipſius ſectatoribus viri dicta de ſplene aperte damnaſſe, ac propterea pronunciaſſe, hujuſcemodi viſcus ciborum ſuccum ad probi ſan-

Ed. Chart. III. [174.] Ed. Baf. III. (361.)

χυμὸν εἰς αἵματος χρηστοῦ γένεσιν, εἶθ᾽ οἷον ἄλλο τι μεσεντέριον ποιοῦντας τῷ λόγῳ τὸ ἐπίπλοον; οὐ μὴν ἐννοοῦντάς γε, ὡς ἐχρῆν τὰς φλέβας ἐξ ἁπάντων τῶν ἐντέρων εἰς τοῦτο ἀναφέρειν τὸν τρόφιμον χυμὸν, οὐκ ἐκ μόνης τῆς γαστρός; ὅτι δὲ φιλονεικῶν ὁ Ἐρασίστρατος, οὐ πεπεισμένος ἄχρηστον ἰατροῖς εἶναι τὴν περὶ τῶν χυμῶν θεωρίαν, οὔτ᾽ ἐν ᾧ μέρει τοῦ ζώου γεννᾶται τὸ αἷμα διῆλθεν, οὔθ᾽ ὑπὸ τίνος αἰτίας, οὔτε κατὰ τίνα τρόπον, ἐναργὲς τεκμήριόν ἐστι τὸ μηδενὸς τῶν διὰ μέλαιναν χολὴν ἢ ὅλως τὸ νμελαγχολικὸν χυμὸν γινομένων παθῶν μνημονεῦσαι, καίτοι μὴ μόνον τῶν πρὸ αὐτοῦ φιλοσόφων τε καὶ ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων ὀνομαζόντων τι πάθος μελαγχολικὸν, ἐπιχειρούντων τε τῇ θεραπείᾳ δι᾽ ἐλλεβόρου τοῦ λευκοῦ καθάρσεως. οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἀπαίδευτός ἐστι τῶν ἐν Ἕλλησι τεθραμμένων, ὡς μήτ᾽ ἀνεγνωκέναι μήτ᾽ ἀκηκοέναι τὰς Προίτου θυγατέρας μανείσας ὑπὸ Μελάμποδος ἰαθῆναι καθαρθείσας οὕτως. ὥστε οὐ πρὸ διακοσίων

guinis generationem jecori praeparare; interim veluti quoddam mesenterium omentum suo sermone efficientes, ut qui ignorent, oportere venas ex omnibus intestinis ad jecur nutritorium succum deferre, non ex solo ventriculo? Quod autem Erasistratus contentionis sane studio, non quod omnino crederet, contemplationem de humoribus medicis inutilem esse, neque in qua animalis parte sanguis generetur expresserit, neque a qua causa, neque quo pacto, ex hoc, quod mox dicam, evidens indicium licet assumere: ipsum nempe nullius affectus, qui atra bile oriatur, neque omnino ab humore melancholico prorsus meminisse, etsi non modo ipso priores philosophi ac medici, verum etiam omnes homines aliquem affectum melancholicum nominare consueverunt, cujus curationem purgatione per album veratrum aggrediuntur. Nemo enim inter Graecos enutritus ita est ruditer institutus, qui non legerit vel audiverit, Proeti filias furore percitas a Melampode sic purgatas fuisse. Unde non

ἐτῶν ἢ τριακοσίων, ἀλλὰ πολὺ πλεόνων, ἐνδόξου τῆς καθάρσεως ταύτης οὔσης, καὶ πάντων τῶν ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ κεχρημένων τῷ φαρμάκῳ. βέλτιον οὖν ἦν παρὰ ὁμόσε (362) χωρήσαντας τὸν Ἐρασίστρατον ἐπιδεῖξαι σφαλερῶς φιλονεικοῦντα, μήτε μελαγχολίαν, μήτ᾽ ἄλλως μηδεμίαν μανίαν ἐπὶ μελαίνῃ χολῇ γίνεσθαι, καθάπερ γε μηδὲ καρκῖνον, μηδὲ ἐλέφαντα, μηδὲ τὰς θηριώδεις ἐν φρενίτισι παρακοπὰς, μηδὲ κιρσοὺς, μηδ᾽ αἱμοῤῥοΐδας, μηδ᾽ ὅτι πολλοὶ κατὰ τὰς ἀναιρέσεις αὐτῶν ἐμελαγχόλησαν. ἀλλ᾽ οὐκ ἐτόλμησεν οὐδὲν τοιοῦτο εἰπεῖν, αἰδούμενος, οἶμαι, καταγνωσθῆναι πρὸς τῶν ὁμιλούντων ἐπιμελῶς τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης, ἐν οἷς τὰς ἐπιδείξεις οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, οὐκ ἐν λόγοις σοφιστικοῖς, ἐποιοῦντο. φρασάτω τις οὖν μοι τῶν ἀπ᾽ αὐτοῦ τὴν αἰτίαν τοῦ τὸν σπλῆνα μέλανα φαίνεσθαι τοῖς θερμοῖς καὶ ξηροῖς τῇ κράσει ζώοις, ὡς μηδὲ βρωθῆναι δύνασθαι. [175] ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ὑῶν, εἰ καὶ μὴ παραπλήσιος ἥπατι κατὰ τὴν ἐδωδὴν, ἀλλ᾽ οὐκ

ſolum uſque ad ducentos vel trecentos annos, ſed et multo plures purgatio haec celebris permanſit, ita ut omnes homines inter id temporis eo medicamento uterentur. Melius igitur erat Eraſiſtratum contra cominus congredientes firma contentione demonſtrare, neque melancholiam, neque ullam denique inſaniam ab atra bile provenire, ſicuti nec cancrum, neque elephantem, neque ferinas in phreniticis amentias, neque varices, neque haemorrhoidas, neque multos in iis tollendis melancholia correptos fuiſſe. Verum nihil hujuſmodi enunciare auſus eſt, veritus (ut puto) ab iis improbari, qui in artis operibus diligentius ſunt verſati: in quibus veteres medici, non in ſophiſticis rationibus, demonſtrationes ſtruxerunt. Velim igitur quiſpiam ipſius ſectatorum mihi cauſam dicat, cur animalium, quae calido et ſicco temperamento ſunt, atrum quidem lienem eſt videre, ita ut nec comedendo idoneus ſit; nam in ſuibus, etſi non aeque ut jecur eſt edendo, non tamen omnino eſui

ἄβρωτός ἐστιν· ἐπὶ δέ γε λεόντων καὶ λεαινῶν, καὶ παρδάλεών τε καὶ λεοπάρδων, ἄρκτων τε καὶ λύκων οἱ τὰς σάρκας αὐτῶν ἡδέως ἐσθίοντες ἀφίστανται τοῦ σπληνὸς ὡς ἀβρώτου. καίτοι γ', εἰ πρῶτος ἀπολαύει τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων, ἐχρῆν αὐτὸν μάλιστα μὲν, εἰ οἷόν τε, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἥπατος ἐπιτηδειότερον εἰς ἐδωδὴν ὑπάρχειν, εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ μὴ χείρω γε πάντως. εἰρηκότος οὖν αὐτοῦ τοῦ Ἐρασιστράτου, τοὺς περὶ τῶν τοιούτων λογισμοὺς ἀλλήλοις δεῖν ὁμολογεῖν πάντως, οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπομένουσί τινες ἀποδέχεσθαι λόγους ὑπὸ τῶν φαινομένων ἐλεγχομένους, οὓς οὐδὲ οἱ πατέρες αὐτῶν αὐτοὶ διαπαντὸς ἐδυνήθησαν φυλάξαι. σιωπῶν γοῦν Ἐρασίστρατος περὶ τῆς οὐσίας τοῦ τρέφοντος χυμοῦ τὰ νεῦρα γράφειν αὐτὴν ἠναγκάσθη διὰ τὸ χρήσιμον εἰς τὴν τῶν παραλελυμένων ἴασιν, γλίσχρον εἶναι λέγων καὶ ὅλκιμον καὶ δυσέκκριτον τὴν τροφὴν, ὑφ' ἧς τὰ νεῦρα τρέφεται. καὶ μὴν τοῦτό γε οὐκ ἄλλοθεν ποθὲν ἢ ἐκ τῶν φαινομένων περὶ τὰ νεῦρα συνελογίσατο. καὶ γὰρ ἑψόμενα καὶ σηπόμενα τὴν

ineptus est. At in leonibus et leaenis, et pantheris, et leopardis, et ursis, et lupis, qui eorum carnibus vesci delectantur, a liene abstinent, tanquam minus esui apto: quum utique oporteret, si quidem is primus comestis et bibitis fruitur, maxime ipso jecore, si fieri posset, edendo aptiorem esse, sin minus, non omnino deteriorem porro. Quum dixerit Erasistratus, de hujusmodi rebus ratiocinationes ut sibi invicem prorsus consentiant opus esse, haud quidem satis percipio, cur rationes, quae ab evidentibus facile redarguuntur, quas neque ipsi earum auctores omnino tueri valuerunt, quidam admittere non vereantur. Erasistratus igitur ubi silentio praeteriisset humoris substantiam, quo nervi nutriuntur, deinceps ob usum ad resolutionis nervorum curationem eam demum coactus descripsit, lentum inquiens atque ὅλκιμον, id est tractile, atque excretu difficile alimentum esse, quo nervi aluntur. Id autem non aliunde quam ex his, quae circa nervos apparent, ratiocinatus est. Etenim si elixentur

Ed. Chart. III. [175.] Ed. Baf. III. (362.)

διάλυσιν εἰς τὸν τοιοῦτον ἔχει χυμὸν, ἔν τε τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν ἄναιμα τελέως εἰσίν. ἀλλ' εἰ μὴ συγχωρηθείη τῶν μορίων ἕκαστον οἰκείῳ τῆς ἰδίας οὐσίας τρέφεσθαι χυμῷ, τὸ πιστὸν οἰχήσεται τοῦ λόγου. καὶ μὴν εἴπερ οἰκεῖος ἕκαστον τῶν μορίων τρέφει χυμὸς, οὐκ ἐνδέχεται τὸν τῶν καρχαροδόντων ζώων σπλῆνα γλυκεῖαν ἔχειν τὴν τροφήν. εἴπερ οὖν ἐπὶ τούτων μάλιστα φαίνεται σαφὴς ἡ ἰδέα τοῦ σπληνὸς, ὡς ἂν τὴν στρυφνὴν καὶ ὀξεῖαν ἐναργῶς ἔχοντος ποιότητα, πρόδηλον ὅτι καὶ ὁ τρέφων αὐτὴν χυμὸς τοιοῦτός ἐστιν. οὐκ οὖν ἂν ἠμέλησεν ὁ δημιουργὸς τῶν τοιούτων ζώων ἐκκαθαίρειν τοῦ αἵματος ὅσον ἰλύς τις αὐτοῦ καὶ τρύξ ἐστι, καθάπερ οὐδὲ τὸ πικρόχολον καὶ ὀῤῥῶδες περίττωμα. εἴπερ οὖν φαίνονται κατὰ τὸ σῶμα πάντες οἱ χυμοὶ περιεχόμενοι, τοῦτο γὰρ Ἱπποκράτης ἀπέδειξεν, ἐκ τοῦ πάντας ἐκκρίνεσθαι τοῖς ὑγιαίνουσιν, ἑλκομένους ὑπὸ τῶν οἰκείων ἑκάστου φαρμάκων, οὐκ ἂν ἠμέλησεν ἡ διαπλάττουσα τὰ ζῶα τέχνη ποιῆσαί τι τοῦ μελαγχολικοῦ περιτ-

aut putrefcant, in hujufmodi humorem refolvuntur, atque quum in naturali habitu funt, prorfus exangues exiftunt. Caeterum nifi concedatur, unamquamque particulam peculiari humore propriae fubftantiae nutriri, unde probabilis fiat illius ratio, non habebit. Atqui fi quidem unamquamque particulam nutrit proprius humor, non conveniet, ut animantium, quae ferratos dentes habent, lien dulce obtineat alimentum. Nam quum in his potiffimum lienis forma acerbam atque acidam qualitatem referens evidenter appareat, liquido etiam patet, humorem ipfum nutrientem ejufmodi effe. Igitur hujufmodi animalium opifex non defpexit ex fanguine quicquid veluti limus ac faex fubfidet in fanguine ab ipfo expurgare, quemadmodum neque biliofum atque ferofum recrementum. Proinde, fi in corpore omnes humores videntur contineri, (id enim Hippocrates ex eo oftendit, quod omnes in fanis excernantur propriis unicuique medicamentis attracti,) ars, quae animalia format, aliquod inftrumentum efficere, quod melancholicas fuperfluitates attrahat, non

Ed. Chart. III. [175.] Ed. Baſ. III. (362.)

τώματος ἑλκτικὸν ὄργανον. οὐ μὴν οὐδ᾽ ἄλλο τι δυνατὸν ἐπινοῆσαι τοιαύτης ὑγρότητος οἰκεῖον μόριον ὑπερβάντα τὸν σπλῆνα. ἆρ᾽ οὖν ἔτι ζητήσεις, διὰ τίνος ἀγγείου τὸ παχὺ τοῦ αἵματος φέρεται πρὸς αὐτὸν, ἀπιστήσεις δὲ, διὰ μιᾶς φλεβὸς οὐ σπλῆνα μόνον ἕλκειν, ἀλλὰ καὶ τὴν γαστέρα τὸν οἰκεῖον χυμὸν ἐν ταῖς μακροτέραις ἀσιτίαις; εἰ μεμνημένος ὧν ἀπεδείξαμεν ἐν τοῖς περὶ φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν εἴης, οὔτε τούτων ζητήσεις οὐδὲν, οὔτε πῶς διὰ τῶν αὐτῶν φλεβῶν ἐκ κοιλίας εἰς ὅλον τὸ ζῶον ἡ τροφὴ φέρεται, καταφέρεται δὲ πάλιν ἐπ᾽ αὐτὴν διὰ τῶν αὐτῶν. ἔν τε γὰρ ταῖς ὑπὸ τῶν φαρμάκων καθάρσεσι, κἀπειδὰν ἡ φύσις ἐκκαθαρῇ τὸ κατὰ τὰς ἐν ταῖς νόσοις κρίσεις, ὥσπερ γε κἀπὶ τῶν ὑγιαινόντων πολλάκις, αὐτό τε τὸ χρηστότατον αἷμα φέρεται πρὸς τὴν γαστέρα, θρέψον αὐτὴν ἐν ταῖς μακροτέραις ἀσιτίαις, ἐκκρίνεταί τε διὰ τῶν αὐτῶν φλεβῶν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος ἀθρόως ἐνίοτε πολλὰ τῶν περιττωμάτων. ἀποδέδεικται δὲ περὶ τούτων ἁπάντων ἐν τοῖς τῶν

utique deſpexerit. Nec vero aliam erit particulam excogitare, quae huic humiditati excipiendae propria ſit, ipſo ſplene praetermiſſo. Num] igitur adhuc quaeres, per quodnam vas haec ſanguinis craſſitudo ad ipſum deferatur, neque credes, per eandem venam non ſolum lienem attrahere, verum etiam ventriculum familiarem ſibi humorem in longioribus inediis? Nam ſi adhuc eorum memor ſis, quae in commentariis de facultatibus naturalibus demonſtravimus, nec horum quicquam inquires, neque quo pacto per eaſdem venas ex ventriculo per totum animal nutrimentum deferatur. Atqui rurſus defertur per eaſdem venas ad ventriculum: tum in purgationibus, quas perficiunt aſſumpta medicamenta, tum in iis, quas natura in morborum criſibus molitur, ſicuti in bene valentibus nonnunquam optimus etiam ſanguis ad ventriculum commeat, ipſum nimirum nutriturus, quod in longioribus inediis contingit. Quin etiam quandoque ex toto corpore per eaſdem venas quam plurima excrementa confertim excernuntur. Haec autem omnia in commen-

φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασι. καὶ χρὴ τὸν ἀντιλέγοντα μὴ πρὸς τὰ συμπεράσματα τῶν ἀποδείξεων ἐρωτᾶν λόγους, οὓς ἐν ἐκείνοις τοῖς γράμμασιν ἐξηλέγξαμεν, ἀλλὰ τὰς ἡμετέρας ἀποδείξεις ἀποδεικνύναι ψευδεῖς, [176] ἢ, εἰ μηδὲν τούτων πράξειε, σιωπᾷν αἰδούμενον, ὥσπερ Ἐρασίστρατος ἐποίησεν.

Κεφ. η'. Οὐδὲν μὲν οὐδαμόθι περὶ τῆς τῶν χυμῶν γενέσεως καὶ δυνάμεως εἰπὼν, ἔνθα δὲ ἐπεχείρησε θεραπείαν γράψαι παραλύσεως, ἀναγκασθεὶς ἐμνημόνευσε τοῦ τρέφοντος τὰ νεῦρα χυμοῦ, καθάπερ γε κἀν τῷ δευτέρῳ περὶ πυρετῶν ἐμαρτύρησε τοῖς παλαιοῖς, οὐ κένωσιν ἁπλῶς ὀνομάσας τὴν διὰ τῶν καταμηνίων ἔκκρισιν, ἀλλὰ κάθαρσιν, ὥσπερ γε καὶ τὴν διὰ τῶν καθαιρόντων γινομένην φαρμάκων. οὕτω γάρ τοι καὶ τὴν λοχείαν κάθαρσιν ὠνόμασαν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, οὐχ ἁπλῶς κένωσιν. ἐν γὰρ τῇ κυήσει τὸ χρηστότατον ἑλκούσης αἷμα τῆς διαπλαττούσης καὶ αὐξανούσης τὸ κύημα φύσεως, ὑπολείπεται τὸ

tariis de facultibus naturalibus a nobis sunt demonstrata. Oportet autem eum, qui contradicit, non ad conclusiones demonstrationum eas rationes adducere, quas in illis tractationibus redarguimus, sed nostras demonstrationes falsas esse demonstrare, vel, si horum nihil praestiterint, verecunde tacere, quemadmodum fecit Erasistratus.

Cap. VIII. Caeterum quum nihil de humorum generatione ac facultate tradidisset, ubi nervorum dissolutionis curationem scribere est aggressus, coactus est de humore nervos nutriente meminisse, quemadmodum et in secundo de febribus coactus est veteribus astipulari, menstruam excretionem non absolute evacuationem nominans, sed purgationem, sicuti et eam, quae per purgantia medicamenta perficitur. Sic enim veteres medici *λοχείαν*, hoc est fluorem, qui in partu accidit, purgationem nuncuparunt, non absolute evacuationem. Nam quum natura, quae foetum format et auget, praegnationis tempore optimum sanguinem attrahat, relinquitur in venis

μοχθηρότατον ἐν ταῖς φλεψὶν, ὃ μετὰ τὴν ἀποκύησιν ἀποκρίνεται, καθάπερ ἐν ἑκάστῳ μηνὶ τὸ περιττόν τε καὶ ἄχρηστον, οὐ κατὰ τὸ ποσὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ποιόν· ὅπερ ὡς τὸ πολὺ μελάντερόν ἐστι τοῦ κατὰ φύσιν ἔχοντος αἵματος. οὕτω γοῦν ὁ Ἐρασίστρατος ἔγραψεν ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ πυρετῶν κατὰ τήνδε τὴν λέξιν· Καλῶς οὖν ἔχει τὸν βουλόμενον ὀρθῶς ἰατρεύειν ἐν τοῖς κατ' ἰατρικὴν γυμνάζεσθαι, καὶ μηδὲν τῶν γινομένων συμπτωμάτων περὶ τὸ πάθος ἀζήτητον ἀφεῖναι, ἀλλ' ἐπισκοπεῖσθαί τε καὶ πραγματεύεσθαι, κατὰ τίνα διάθεσιν ἕκαστον αὐτῶν γίνεται. συμβέβηκε γάρ ποτε, γυναίου ἐν πυρετοῖς ὄντος καὶ δοκοῦντος ἐλαφρῶς τε καὶ ἀκινδύνως ἔχειν, μελάνων οὔρων ἔκκρισιν γίνεσθαι, οἷα τὰ φαυλότατα ἐν τοῖς σημείοις ἀναγράφεται. ζητουμένης τε τῆς ἐκκρίσεως, κατὰ τίνα διάθεσιν γεγένηται, ἐφαίνοντο τότε τῇ ἀνθρώπῳ καθήκειν αἱ ἡμέραι τῆς καθάρσεως, οὐ γινομένης δὲ ταύτης τῆς ἐκκρίσεως, ἐπὶ τὴν κύστιν ὁρμὴν λαβεῖν τὰ συνειλημ-

vitiofiffimus, qui nempe poft partum excernitur, quemadmodum fingulo quoque menfe, qui non folum quantitate, verum etiam qualitate fuperfluus eft atque inutilis. Atque hic plerumque eo fanguine, qui fecundum naturam fe habet, longe nigrior exiftit. Itaque Erafiftratus in fecundo de febribus hunc in modum fcripfit. *Decet igitur eum, qui recte voluerit morbos curare, in medicae artis operibus effe verfatum, neque fymptoma ullum, quod morbo superveniat, infcrutatum praetermittere, verum diligentius infpicere atque curiofius perquirere, ob quam difpofitionem accidat eorum unumquodque. Contigit enim quandoque, quum mulier febricitaret ac videretur leviter et citra periculum habere, nigrarum urinarum excretionem fieri, quales in ipfis fignis perniciofiffimae defcribuntur. Ubi autem inquireretur, ob quam difpofitionem excretio facta effet, nunc mulieri purgationis tempus adeffe deprehenfum eft, et quum hujufmodi excretio detineretur, ad vefícam, quae*

Ed. Chart. III. [176.] Ed. Baſ. III. (362. 363.)

μένα. καὶ διὰ τὴν τούτου ἔκκρισιν κουφισμὸν μᾶλλον ἄν τις ὑπέλαβε τῇ ἀνθρώπῳ ἢ δυσκολίαν γίνεσθαι· ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ φαινομένου συνέβαινεν. οὐκοῦν, ὅτι τὰ μέλανα πολλάκις οὐρεῖται, τῆς ἐμμήνου καθάρσεως μὴ γενομένης, ὅτι τε κουφίζεσθαι μᾶλλον ὑπ᾽ αὐτῶν ἢ παροξύνεσθαι συμβαίνει τὰς οὕτω νοσούσας γυναῖκας, ὅτι τε κάθαρσίς ἐστιν ἡ διὰ τῆς μήτρας κένωσις, ἐδήλωσεν ὁ Ἐρασίστρατος, εἰς διάγνωσίν τε τῆς παρούσης διαθέσεως, εἰς πρόγνωσίν τε τῶν ἐσομένων χρήσιμον εἶναι τὸν λόγον, ὃν διῆλθεν, ὀρθῶς διηγούμενος. ἐπὶ πάντων οὖν τῶν εἰρημένων μαρτυρεῖται, τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι γεννᾶσθαι, καθάπερ γε καὶ τὸν πικρόχολον καὶ τὸ φλέγμα. δέδεικται δὲ ἡμῖν ὁ τοῦ φλέγματος χυμὸς ἐκ τῶν φλεγματικῶν ἐδεσμάτων κατὰ τὴν πρώτην ἐν τῇ γαστρὶ (363) πέψιν γινόμενος, ὥσπερ ὁ πικρόχολός τε καὶ ὁ μελαγχολικὸς ἐν ἥπατι, μεταβάλλων τε καὶ κατὰ τὴν ἐν τούτῳ πέψιν ὁ φλεγματικὸς εἰς αἷμα, καὶ διὰ τοῦτο μηδὲν αὐτοῦ γεγονὸς

congeſta erant, prorupiſſe, atque ob eam excretionem mulieri magis levitatem quam difficultatem accidiſſe quis jure exiſtimaſſet. Quod ſane et ex iis, quae apparebant, contigiſſe viſum eſt. Quod igitur nigra ſaepius mingantur, menſtrua purgatione detenta, quodque magis ex his excretionibus leventur, quam exacerbentur, quae ita aegrotant mulieres, atque adhuc quod purgatio ſit, quae per uterum fit evacuatio, demonſtravit Eraſiſtratus tum ad praeſentis affectus cognitionem, tum etiam ad futurorum praenotionem, utilem eſſe, quem habuit ſermonem recte quidem exponens. Itaque in omnibus quae tradidit fatetur, in hominis corpore humorem melancholicum gigni, ſicuti et bilioſum et pituitam. Oſtenſum autem eſt a nobis, pituitoſum humorem ex pituitoſis cibariis in prima concoctione, quae in ventriculo ſit, generationem habere, veluti bilioſum et melancholicum in jecore, in cujus quidem concoctione pituitoſus etiam humor in ſanguinem mutatur. Quam ob cauſam nullum ipſi proprium

Ed. Chart. III. [176. 177.] Ed. Baf. III. (363.)

ἴδιον ὄργανον εἰς κάθαρσιν τοῦ αἵματος, ὥσπερ αἵ τε κύστεις ἀμφότεραι καὶ ὁ σπλὴν, αἱ μὲν τοῦ τε πικροχόλου χυμοῦ καὶ τῶν ὀῤῥωδῶν περιττωμάτων, ὁ δὲ σπλὴν τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ. τὸ μὲν γὰρ ἐν τῇ γαστρὶ γεννώμενον, ὃ συναναφέρεται τοῖς εἰς ἧπαρ ἀναδιδομένοις ἐκ τῶν ἐσθιομένων τε καὶ πινομένων χυμοῖς, ἅμα τούτοις πεπτόμενον [177] αἷμα γίνεται· τὸ δ' ὑπολειπόμενον ἐν τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα χωρίοις ὑπὸ τῆς καταῤῥεούσης ἐξ ἥπατος εἰς αὐτὰ χολῆς ἀποῤῥυπτόμενον ἐκκρίνεται διὰ τῆς κάτω γαστρός. Ἐρασίστρατος δ', ὅτι μὲν ἐγίνωσκε ταῦτα, δῆλός ἐστιν ἐξ ὧν ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς λογισμοῖς ἠναγκάσθη διὰ τὴν χρείαν αὐτῆς μνημονεῦσαι· σιωπῶν δ' ἐν τοῖς πλείστοις, κατάφωρος γίνεται συσκιάζειν τε καὶ κρύπτειν ἑκὼν προαιρούμενος, ὅσα περὶ τῶν χυμῶν ὀρθῶς εἴρηται τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς, πρὸ αὐτοῦ γὰρ ἵνα τά τ' ἄλλα παραλιπόντες, οὐ κατὰ τὴν ἄρτι παραγεγραμμένην λέξιν ἐν παρέργῳ πῶς ἐμνημόνευσεν, ἑξῆς ἐπιμνησθῶμεν, οὐκ ἂν ἔχοι τις εὔλογον

inſtrumentum molita eſt natura ad ſanguinis expurgationem, quemadmodum eſt utraque veſica et lien: ſiquidem hae ſanguinem a bilioſo humore et ſeroſo expurgant, lien vero ab humore melancholico. At pituitoſus humor, qui in ventriculo gignitur, quum una cum humoribus, qui ex comeſtis et bibitis conſiſtunt, in jecur deferatur, cum illis ſimul atque concoquitur, in ſanginem vertitur, id vero, quod in ventriculi ſpatiis relinquitur, a bile deterſum, quae a jecinore ad ipſa deſluit, per inferiorem ventrem excernitur. Porro, quod Eraſiſtratus haec noverit, inde licet perſpicere, quod in ratiocinationibus curativae artis ad illius uſum coactus fuerit horum meminiſſe. Ex eo autem, quod plurimis in locis haec ſileat, obumbrare atque occultare voluiſſe, quaecunque de humoribus ante ipſum recte ab antiquis medicis tradita ſunt, manifeste deprehenditur. Vt enim, caeteris omiſſis, ea tantum recenſeamus, quorum in paulo ante commemoratis verbis obiter meminit, nemo utique poterit illius reticentiae rationabilem cauſam adducere, quum ipſe ad

αἰτίαν εἰπεῖν τῆς σιωπῆς, γράφοντος αὐτοῦ· Συνέβαινε γάρ ποτε, γυναίου ἐν πυρετῷ ὄντος καὶ δοκοῦντος ἐλαφρῶς τε καὶ ἀκινδύνως ἔχειν, μελάνων οὔρων ἔκκρισιν γίνεσθαι, οἷα τὰ φαυλότατα ἐν τοῖς σημείοις ἀναγράφεται. οὐκοῦν, ὅτι μὲν τοῖς ἔμπροσθεν ἰατροῖς ἐν τοῖς φαυλοτάτοις σημείοις ἐγέγραπτο μέλαν οὖρον, ἐπίστασθαί φησιν, ὡς ἀνεγνωκὼς δηλονότι τὰ περὶ οὔρων αὐτοῖς γεγραμμένα, μεγίστην ἔχοντα δύναμιν τῶν ἐπὶ τοῖς ὀξέσι πυρετοῖς νοσούντων. ἐχρῆν γοῦν αὐτὸν ἐν τῇ περὶ πυρετῶν πραγματείᾳ, καὶ μάλιστά γε κατ᾽ αὐτὸ τοῦτο τὸ δεύτερον, ἐν ᾧ ταῦτ᾽ ἔγραψεν, ἐπὶ πλέον ἐξειργάσθαι τὸν περὶ αὐτῶν λόγον. Ἱπποκράτης μὲν οὕτω κατὰ τὸ προγνωστικὸν ἔγραψεν· Οὖρον δὲ ἄριστόν ἐστιν, ὁκόταν ᾖ λευκή τε ἡ ὑπόστασις καὶ λείη καὶ ὁμαλὴ παρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἔστ᾽ ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος. σημαίνει τε γὰρ ἀσφάλειαν, καὶ τὸ νόσημα ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι. εἰ δὲ παραλίποι, καὶ ποτὲ μὲν καθαρὸν οὐρέει, ποτὲ δὲ ὑφίσταταί τε λευκὸν καὶ λεῖον, χρονιωτέρα γίνεται ἡ νοῦσος καὶ ἧσσον ἀσφαλής. εἰ δ᾽ εἴη τό τε οὖρον ὑπέρυθρον

verbum ſcribat: *Contigit enim quandoque, quum mulier febricitaret, ac videretur leviter ac citra periculum habere, nigrarum urinarum excretionem fieri, quales in ipſis ſignis pernicioſiſſimae deſcribuntur.* Igitur, quod a veteribus medicus nigra urina inter ſigna pernicioſa deſcripta est, ſe ſcire ait, ut qui videlicet legerit, quae ab ipſis de urinis ſcripta ſunt: quippe quae in his, qui acutis febribus aegrotant, maximam vim obtinent. Quamobrem opus erat ipſum in libris de febribus, et praeſertim in hoc ſecundo, ubi haec ſcripſit, exactius de ipſis urinis pertractaſſe. Hippocrates enim ita in Prognoſtico ſcripſit: *Urina autem optima eſt, quum alba eſt ſubſidentia, nec non laevis et aequalis per omne tempus, quouſque morbus fuerit judicatus: ſignificat enim, periculum abeſſe et morbum brevem fore. Quod ſi intermittat, et quandoque purum mingat, quandoque vero album et laeve ſubſidat, diuturnior morbus evadit et minus periculo vacat. Si autem urina fuerit ſubrubra, et*

Ed. Chart. III. [177.] Ed. Baf. III. (363.)

καὶ ἡ ὑπόστασις ὑπέρυθρός τε καὶ λείη, πολυχρονιώτερον μὲν τοῦτο τοῦ προτέρου γίνεται, σωτήριον δὲ κάρτα. κριμνώδεες δὲ ἐν τοῖσιν οὔροισιν ὑποστάσιες πονηραί. τουτέων δ' ἔτι κακίους αἱ πεταλώδεες. λευκαὶ δὲ καὶ λεπταὶ κάρτα φλαῦραι. τουτέων δ' ἔτι κακίους αἱ πιτυρώδεες. νεφέλαι δ' ἐμφερόμεναι τοῖσιν οὔροισι, λευκαὶ μὲν ἀγαθαὶ, μέλαιναι δὲ φλαῦραι. ἔστ' ἂν δὲ πυῤῥόν τε ᾖ τὸ οὖρον καὶ λεπτὸν, ἄπεπτον σημαίνει τὸ νόσημα. καὶ εἰ πολὺν χρόνον εἴη τοιοῦτο ἐὸν, κίνδυνος, μὴ οὐ δυνήσεται ὁ ἄνθρωπος διαρκέσαι, ἔστ' ἂν πεπανθῇ ἡ νοῦσος. θανατωδέστατα δὲ τῶν οὔρων ἐστὶ τά θ' ὑδατώδεα, καὶ δυσώδεα, καὶ μέλανα, καὶ παχέα. ἔστι δὲ τῇσι γυναιξὶ καὶ τοῖσιν ἀνδράσι τὰ μέλανα τῶν οὔρων κάκιστα, τοῖσι δὲ παιδίοισι τὰ ὑδατώδεα. ὁκόσοι δ' ἂν οὖρα λεπτὰ καὶ ὠμὰ οὐρέωσι πολὺν χρόνον, ἢν τὰ ἄλλα ὡς περιεσομένοισι σημεῖα ᾖ τουτέοισιν, ἀπόστασιν δεῖ προςδέχεσθαι ἐς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία. καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τῶν ἄνω ἐφισταμέ-

fubfidentia item fubrubra et laevis, diuturnior hic fane priore fiet, fed admodum falutaris. At fubfidentiae in urinis, quae craffioris farinae hordei fpeciem referunt, pravae funt: his vero deteriores, in quibus veluti laminae quaedam apparent: tenues autem et albae valde vitiofae exiftunt: atque his adhuc deteriores, quae furfures imitantur. Nebulae, quae in urinis feruntur, albae bonae, nigrae autem malae. Quoufque autem urinae fuerint rufae ac tenues, crudum effe morbum fignificant: et fi diutius tales extiterint, periculum imminet, ne durare aeger non poffit, quoufque morbus concoquatur. Perniciofiffimae vero omnium urinae funt aquofae et graviter olentes, et nigrae, et craffae. In mulieribus autem et viris nigrae urinae funt teterrimae, in pueris vero aquofae. Porro qui tenuem diutius et crudam urinam mingunt, fi caetera, ut in his, qui fervandi funt, adfint indicia, in iis abfceffum infra feptum tranfverfum expectare oportet. Pinguedines defuper

των ἀραχνοειδέας μέμφεσθαι, συντήξιος γὰρ σημεῖον. σκοπέειν δὲ χρὴ τῶν οὔρων ἐν οἷσιν αἱ νεφέλαι, ἤν τε κάτω ἕωσιν, ἤν τε ἄνω, καὶ τὰ χρώματα ὁκοῖα ἔχουσι. καὶ τὰς μὲν κάτω φερομένας σὺν τοῖσι χρώμασιν οἷσιν εἰρέαται, ἀγαθὰς εἶναι καὶ ἐπαινέειν, τὰς δ᾽ ἄνω σὺν τοῖσι χρώμασι οἷσιν εἰρέαται, πονηρὰς εἶναι καὶ μέμφεσθαι. μὴ ἐξαπατάτω δέ σε, ἤν τε αὐτέη ἡ κύστις νόσημα ἔχουσα τῶν οὔρων τι ἀποδιδῷ τουτέων· οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σημεῖον, ἀλλ᾽ αὐτῆς καθ᾽ ἑωυτήν. ταῦτα γράψαντος Ἱπποκράτους, καὶ μετ᾽ αὐτὸν Διοκλέους τε καὶ Πραξαγόρου παραπλήσια τούτοις, εὔλογον ἦν, εἴτ᾽ ἀληθεύουσιν, εἴτε ψεύδονται, τὸν Ἐρασίστρατον εἰρηκέναι, τὸν λογισμὸν προσθέντα τῆς ἰδίας ἀποφάσεως, [178] ὥσπερ γε καὶ περὶ τῶν ἐμουμένων τε καὶ διαχωρουμένων, ἐν οἷς ἐστι καὶ τὰ μέλανα καλούμενα, καὶ πρὸς αὐτοῖς ἡ ἀκριβὴς μέλαινα χολή. καὶ γὰρ καὶ διορίσασθαί τι συγκεχυμένον ἐν τῇ τῆς φωνῆς κοινωνίᾳ τῶν

natantes, quae aranearum fpeciem referunt, damnandae funt: nam indicant colliquationem. Confiderandae autem funt in urinis nebulae, an deorfum ferantur, an furfum, atque adhuc, quem colorem obtineant. Illae enim, quae deorfum feruntur cum colore, quem paulo ante commemoravimus, bonae funt atque commendandae: illae vero, quae furfum cum colore, qualis jam dictus eft, attolluntur, contra funt vitiofae atque damnandae. Verum ne te decipiat, fi ipfa vefica aliquam his fimilem reddat urinam: non enim tunc totius corporis erit indicium, fed foliusmetipfius nota cenfenda eft. Itaque, quum haec fcripferit Hippocrates, et poft ipfum Diocles et Praxagoras fimilia tradiderint, rationi utique confentaneum erat, ut Eraliftratus, addita fuae opinionis ratione, demonftraret, verane an falfa illi pronunciarint: quemadmodum fecit de his, quae vomuntur et dejiciuntur: inter quae illa etiam quae dicuntur nigra continentur, et praeterea quae exquifite atra eft bilis. Verum in his diftinguere quippiam neceffum erat, quod in vocis communione inter melancholicos humores confu-

Ed. Chart. III. [178.] Ed. Bas. III. (363.)

μελαγχολικῶν χυμῶν ἦν ἀναγκαῖον, ὅπερ ἐγὼ διειλόμην ἔμπροσθεν. Ἐρασίστρατος μὲν οὖν ὅλην τὴν περὶ τοὺς χυμοὺς τέχνην παρέλιπεν. ἐγὼ δὲ οὐ περὶ πάντων ἐνταῦθα προειλόμην εἰπεῖν, ἀλλὰ περὶ τῆς μελαίνης χολῆς μόνης. ὅσα μὲν τῇ κοινωνίᾳ τοῦ λόγου καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἔγραψα, δι᾽ ἑτέρων ἐξείργασμαι.

Κεφ. θ'. Περὶ δὲ μελαίνης χολῆς τὰ διὰ μακρᾶς πείρας βεβαίως ἐγνωσμένα μοι προσθήσω νῦν, χρήσιμα ἐσόμενα ἐκείνοις, ὅσοι τῆς ἰατρικῆς τέχνης οὐ τοὺς σοφιστικοὺς λόγους, ἀλλὰ τὰ ἔργα σπουδάζουσι. πάντα γὰρ ὅσα διὰ μελαγχολικὸν χυμὸν γίνεται πάθη, κατ᾽ ἀρχὰς εὐθέως γενναίως καθαίρων τοῖς τὸν τοιοῦτον χυμὸν ἐκκενοῦσιν αὐξηθῆναι κωλύσεις μέχρι καὶ τῶν καρκίνων. ἄξιον δὲ θαυμάσαι τῶν ἤτοι γ᾽ ἀκόντων ἢ ἑκόντων σοφίσματα γραψάντων εἰς ἀναίρεσιν τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ. φασὶ γὰρ, ἐπὶ τῶν παρὰ φύσιν ἐχόντων μόνον αὐτὸν γεννᾶσθαι, μηδενὸς τῶν ἀκριβῶς εὐχύμων ἔχοντος ἐν τῷ σώματι μέλαιναν χολήν.

sum existit, quod et nos paulo ante exposuimus. Igitur Erasistratus omnem de humoribus artem praeteriit. Ego vero de omnibus hic pertractare nequaquam institui, sed de sola atra bile. Quae autem ex sermonis communitate de aliis etiam pertractavimus, in aliis libris a nobis copiosius tradita sunt.

Cap. IX. Caeterum quae de atra bile longa experientia mihi firmiter cognita sunt, nunc adjiciam: quae sane illis usui futura sunt, qui medicae artis non sophisticas rationes, sed opera ipsa sectantur. Omnes enim qui ab humore melancholico proveniunt affectus, statim inter initia medicamentis eum humorem evacuantibus valide purgans, ita sane quo minus augeantur prohibebis usque etiam ad cancros. Atqui eos non immerito quis admirabitur qui seu inviti, seu sponte sophismata scripserunt ad melancholici humoris sublationem. Ajunt enim, in his tantum, qui praeter naturam sunt affecti, eum humorem generari, quum nemo, qui bonis exacte succis praeditus sit, bilem atram in corpore con-

εἰ γοῦν, φασὶν, ἀθλητῇ τινι ἄριστα διακειμένῳ δοίη τις φαρμάκου τοῦ νομιζομένου μέλαιναν χολὴν ἐκκενοῦν, ὄψεται κενουμένην αὐτὴν, ὥσπερ, εἰ καὶ τῶν τὴν ξανθὴν χολὴν ἐκκαθαίρειν πεπιστευμένων προσενέγκῃ τις, ἐκείνην ὄψεται κενουμένην. ᾧ καὶ δῆλον εἶναί φασιν, ὡς, ἀλλοιουμένου τοῦ αἵματος ὑπὸ τῆς τοῦ φαρμάκου δυνάμεως, εἰς τὰς χολὰς γίνεται μεταβολή· καθάπερ γε κᾂν εἰ φλέγματος ἀγωγὸν δοίης, ὄψει, φασὶ, καὶ τότε κενούμενον φλέγμα. παραπλησίως δὲ, κᾂν εἰ τὰ πεπεισμένα τὸν λεπτὸν ἰχῶρα κενοῦν, ἀναγκάσῃς προσενέγκασθαι τὸν εὐχυμότατον ἄνθρωπον, ὄψει καὶ τότε κενούμενον ὑδατώδη λεπτόν τινα ἰχῶρα. πρὶν μὲν οὖν ἀποδειχθῆναι τῶν καθαρτικῶν φαρμάκων ἕκαστον ἕλκειν ἕνα τινὰ χυμὸν, οὗ πέφυκεν ὑπάρχειν ἑλκτικὸν, ἔχει τι πιθανὸν ὁ λόγος αὐτῶν· ἀποδειχθέντος δὲ τούτου, τὸ ψεῦδος αὐτῶν κατάφωρον γίνεται. ἐδείχθη γὰρ, ὅτι τὸν οἰκεῖον ἕκαστον ἕλκει χυμὸν, ἐκ τοῦ τὰ μὲν τοῖς

tineat. Si igitur (inquiunt) athletae cuipiam optimi habitus aliquod medicamentum propinaveris ex iis, quae atram bilem evacuare exiſtimantur, ipſam videbis evacuari, quemadmodum, ſi ea quoque exhibeas, quae flavam bilem creduntur expurgare, ipſam haud aliter conſpicies excerni. Unde ipſi ſatis conſtare dicunt, a viribus medicamenti alterato ſanguine in biles fieri tranſmutationem: veluti etiam ſi cui dederis medicamentum, quod pituitam ſubducat, ipſam quoque pituitam (inquiunt) videbis evacuari. Pari etiam modo, ſi ea, quae tenuem ſaniem evacuare credita ſunt, hominem, qui optimis ſcateat ſuccis, aſſumere coëgeris, videbis et tunc quandam aquoſam et tenuem ſaniem excerni. Porro, priuſquam fuerit demonſtratum, quodcunque purgatorium medicamentum unum quendam humorem attrahere, nempe quem natura attrahere natum eſt, iſtorum ratio aliquid probabile obtinere videtur. Verum hoc demonſtrato, ipſorum mendacium manifeſte nemo non deprehendet. Ex eo enim oſtenſum eſt, eorum unumquodque proprium humorem attrahere, quod ea medicamenta,

ὑδερικοῖς διδόμενα φάρμακα τοσαύτην ἐνίοτε ποιεῖσθαι κένωσιν, ὡς ὅλας λεκάνας πληροῦν, ἀνάλογον δὲ τῷ κενουμένῳ προστέλλεσθαί τε τὴν γαστέρα καὶ κουφίζεσθαι σαφῶς τοὺς κάμνοντας, εὐπνουστέρους τε γίνεσθαι, τὰ δὲ τοῖς ἰκτεριῶσι τὴν μὲν ξανθὴν χολὴν ἐκκενοῦν πλείστην, ὀνινάναι δὲ τοὺς πάσχοντας. εἰ δ' ἔμπαλιν τὰ μὲν ὑδραγωγὰ φάρμακα δοίης τοῖς ἰκτεριώδεσι, τὰ δὲ χολαγωγὰ τοῖς ὑδεριώδεσιν, ἐλάχιστόν τε τὸν οἰκεῖον κενώσεις χυμὸν, οὐ μόνον δ' οὐδὲν ὠφελήσεις τοὺς κάμνοντας, ἀλλὰ καὶ βλάψεις μεγάλως, ὥσπερ εἰ καὶ φλεβοτομήσεις αὐτούς. καίτοι κατὰ τοὺς ἡγουμένους, ὑπὸ τῶν καθαιρόντων φαρμάκων ἀλλοιοῦσθαι τοὺς ἐν σώματι χυμοὺς, (364) ὡς ἂν ἕκαστον τῶν ἑλκόντων τὴν φύσιν ἔχῃ, τῷ καθῆραι τὸ φλεβοτομῆσαι τὴν ἴσην ἕξει δύναμιν. ὥσπερ οὖν ἡμεῖς, ὑδρα-
[179] γωγὸν δόντες φάρμακον οἷς ἐστιν ὕδερος ἀσκίτης, ἐκ-

quae aqua inter cutem laborantibus propinantur, tantam ſaepenumero evacuationem moliuntur, ut integras matellas impleant, ad proportionem autem eorum, quae ita educuntur, alvus detineatur, ac manifeſte leventur aegrotantes, atque facilius reſpirent: quae vero in morbo regio offeruntur, flavam bilem plurimam evacuent, et juventur non parum inde aegrotantes. Si vero contra medicamenta aquam ſubducentia morbo regio laborantibus dederis, quae vero bilem educunt, his, qui aqua inter cutem infeſtantur, quam minimum proprii humoris utrobique videbis evacuari, atque inde non ſolum nihil iuveris aegrotantes, verum etiam quam maxime laeſeris, haud aliter quam ſi ipſis venam incideris. Atqui apud eos, qui credunt, a purgantibus medicamentis humores in corpore mutari, prout natura uniuſcujusque trahentis extiterit, ſectio quidem venae purgandi auxilio aequales vires obtinebit. Caeterum quemadmodum nos medicamentum, quod aquam ſubducit, exhibentes his, qui ea aquae inter cutem ſpecie laborabant, quam *ἀσκίτην* Graeci ab utribus nomine deducto appellant, cum exuperantem

κενοῦμέν τε τὸ πλεονάζον ὑγρὸν, ὠφελοῦμέν τε τὸν κάμνοντα, οὕτω καὶ αὐτοὶ φλεβοτομίαν παραλαμβάνοντες ὁρῶσιν, εἰς ὅ τι τελευτᾷ τὸ βοήθημα. γελοῖοι δ᾽ εἰσὶ κἀκ τοῦ μηδὲν εἶναι κατὰ τὸ σῶμα περιεκτικὸν μελαίνης χολῆς ὄργανον, οἷον ἡ ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστις ἐστὶ τῆς ξανθῆς χολῆς, ἡγούμενοι, τεκμήριον ὑπάρχειν τοῦτο τοῦ μηδ᾽ ὅλως ἐν τοῖς ἀκριβῶς ὑγιαίνουσι σώμασι τὸν μελαγχολικὸν εἶναι χυμόν, οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸ φλέγμα συγχωρήσουσιν ἐν ἡμῖν εἶναι, καθάπερ οὐδ᾽ ἐν ταῖς περιστεραῖς τὴν ξανθὴν χολήν· οὐ γὰρ ἔχουσι τὴν ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστιν, ὥσπερ οὐδ᾽ ἄλλα τινὰ ζῶα. καὶ μέντοι καὶ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν ἑαυτοὺς, οὐ γὰρ ἡμᾶς γε, σοφίζονται, τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν, ὃν ἐν τοῖς ὑγιαίνουσι γεννᾶσθαί φαμεν, ἀκούοντες ἀεὶ κατὰ τῆς μελαίνης λέγεσθαι χολῆς, ἣν ἐν τῷ παρὰ φύσιν ἔχειν γεννᾶσθαί φαμεν. οὐ γάρ ἡ αὐτὴ κατά γε τοὺς ἀκριβῶς ὑγιαίνοντάς ἐστι μέλαινα χολὴ, καί τινας τῶν παρὰ φύσιν ἐχόντων, ἀμφοτέρας δὲ μελαγχολικὸν χυμὸν ὀνομάζειν οὐδὲν

humorem evacuamus, tum etiam aegrotum juvamus, fic et illi venae fectionem eligentes videant, quem finem hujufcemodi auxilium fortiatur. Quinetiam vel ex eo ridendi funt, quod nullum in corpore inftrumentum effe dicant, quod bilem atram recipiat, ficuti in jecinore flavae bilis vefica, inde conjiciendum effe putantes, in his corporibus, quae integram obtinent valetudinem, atram bilem nequaquam contineri, qua ratione neque pituitam in nobis effe concedent, quemadmodum neque in columbis flavam bilem; etenim veficam, quae iecinori inhaeret, non habent, ficuti neque alia quaepiam animantia. Quippe feipfos (nequaquam enim nos) aequivocatione decipiunt, humorem melancholicum, quem in bene valentibus dicimus progigni, perpetuo de atra bile dictum intelligentes, quam in his, qui praeter naturam funt affecti, afferimus generari. Non enim eadem eft bilis atra in his, qui integra fanitate fruuntur, et in aliquibus eorum, qui olim naturalem habitum funt egreffi: nihil autem obftat, quin poffis utrumque humorem (fi libet)

κωλύει. εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἤδη καὶ πρόσθεν. ἀλλὰ καὶ νῦν οὐδὲν χεῖρον μεμνῆσθαι περὶ αὐτῶν ἐν βραχέσι κεφαλαίοις ἕνεκα τῶν λόγοις ψευδέσιν ἑαυτούς τε καὶ τοὺς μεμαθηκότας ἀκριβῶς τὴν Ἱπποκράτους γνώμην σοφιζομένων.

atram bilem nominare. De his autem et ante dictum eſt: verum et nunc breviter tanquam per capita id commemoraſſe haudquaquam utique fuit inutile eorum gratia, qui tum ſeipſos, tum etiam eos, qui Hippocratis ſententiam exacte didicerunt, falſis rationibus circumveniunt.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΧΡΕΙΑΣ ΣΦΥΓΜΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ.

Ed. Chart. V. [433.] Ed. Baf. III. (154.)

Κεφ. α'. Τίς ἡ χρεία τῶν σφυγμῶν; ἆρά γε ἥπερ καὶ τῆς ἀναπνοῆς, ὡς σχεδὸν ἅπασιν ἰατροῖς τε καὶ φιλοσόφοις ἔδοξεν, ἤ τις ἑτέρα παρὰ ταύτην; οὐ γὰρ δὴ ἀβασανίστως πειστέον αὐτοῖς, ἐναντιοῦσθαι δοκούντων ἄλλων τέ τινων οὐκ ὀλίγων φαινομένων, καὶ τοῦ νῦν εἰρῆσθαι μέλλοντος οὐχ ἥκιστα. στερηθέντες μὲν γὰρ τῆς ἀναπνοῆς εὐθέως ἀποθνήσκομεν, ἄσφυκτα δ' ἀπεργάσῃ πολλὰ τῶν μορίων ἄνευ μεγάλης βλάβης. εἰ γοῦν ἐθελήσῃς ἢ τὰς διὰ

GALENI DE PVLSVVM VSV LIBER.

Cap. I. Quis ufus pulfuum? an qui et refpirationis, ut prope omnibus tum medicis tum philofophis vifum eft, an praeter hunc alius? Non enim certe ipfis inexplorate credendum, quum adverfari videantur ex aliis quibufdam evidentibus non pauca, idque potiffimum, quod nunc fum proditurus Enimvero refpiratione privati quamprimum morimur, at pulfu orbatas multas partes citra magnam laefionem efficies. Si namque eas, vel quae per inguina ad crura defçendunt,

τῶν βουβώνων ἐπὶ τὰ σκέλη καθηκούσας ἀρτηρίας, ἢ τὰς διὰ τῶν μασχαλῶν εἰς τὰς χεῖρας βρόχῳ διαλαβεῖν, ἀσφύκτους μὲν εὐθέως ἐργάσῃ τὰς ἐν τοῖς κώλοις ἁπάσας, οὐ μὴν παραλύσεις ταῦτα τῆς καθ᾽ ὁρμὴν κινήσεως, ὥσπερ οὐδὲ τῆς αἰσθήσεως. εἰ δ᾽ ἐν τῷ χρόνῳ ναρκώδη τε καὶ ψυχρὰ καὶ ὠχρὰ καὶ ἄτροφα γίνεται, τάχ᾽ ἂν τοῦτο κατὰ συμπάθειαν μᾶλλον ἢ τὴν τῶν σφυγμῶν ἀπώλειαν συμβαίνοι. εἰ δὲ τὰ νεῦρα βρόχοις διαλάβοις, ἀκίνητά τε παντελῶς καὶ ἀναίσθητα παραχρῆμα ποιήσεις τὰ μόρια. ἐχρῆν οὖν καὶ τὰς ἀρτηρίας ὁμοίως τοῖς νεύροις κακωθείσας, εἰς ἅπερ ἔμπροσθεν ὠφέλουν ἕκαστον τῶν μορίων, εἰς ταῦτα καὶ βλάπτειν εὐθέως. τὸ δὲ δὴ πάντων ἀτοπώτατον, εἰ τὰς κατὰ τὸν τράχηλον ἀρτηρίας βρόχοις διαλάβοις, οὐδὲν σαφὲς βλάψεις τὸ ζῶον, καίτοι συνάπτουσιν αὗται καρδίαν ἐγκεφάλῳ, τὸ κυριώτατον τῶν ζωτικῶν ὄργανον τῷ κυριωτάτῳ τῶν ψυχικῶν. [434] εἴπερ οὖν τῶν οὕτως ἐπικαίρων ἀρτηριῶν ἡ βλάβη μηδὲν σαφὲς ἀδικεῖ τὸ ζῶον, σχολῇ γ᾽ ἂν τῶν ἄλλων τις ἀδικήσειεν. (155) εἰ δ᾽ οὐδὲν βλάπτουσιν

vel quae per axillas ad manus *repunt*, arterias laqueo intercipere volueris, pulſu quidem illico privatas reddes quae in artubus ſunt univerſas, non tamen his artubus voluntarium motum adimes, ut nec etiam ſenſum. Si vero temporis decurſu torpidi, frigidi, pallidi et tabidi evadant, fortaſſis id ſympathia magis quam pulſuum damno accidit. At ſi nervos laqueis interceperis, immobiles prorſus et inſenſibiles partes extemplo efficies. Oportebat itaque et arterias eodem modo ac nervos vitiatas, ſingulis quibus prius opitularentur partibus, eas quoque celeriter oblaedere. Sed ſane id omnium abſurdiſſimum: ſi cervicis arterias laqueis interceperis, haud manifeſte animal oblaeſeris, tametſi connectunt ipſae cor cerebro, princeps vitalium actionum organum principi animalium. Si igitur adeo perneceſſariarum arteriarum laeſio nullam manifeſtam animali laeſionem adferat, multo minus et aliarum aliqua oblaeſerit. At ſi, quum

Ed. Chart. V. [434.] Ed. Baſ. III. (155.)

παθοῦσαι, παντί που δῆλον, ὡς οὐδ᾽ ὠφελοῦσιν, οὐδ᾽ ἂν ἐῤῥωμέναι τύχωσιν. πῶς οὖν ἐκ σφυγμῶν τὸ μέγιστον προγινώσκομεν; οὐχ ὡς ἐξ αἰτίων πολὺ δυναμένων, φήσει τις, ἀλλ᾽ ὡς σημείων ἐπικαίρων, ὡς εἰ καὶ γρυπουμένοις τοῖς ὄνυξι καὶ μελαινομένοις τεκμαίροιτό τις περὶ θανάτου. ὅταν γὰρ τοῖς χρησίμοις εἰς τὴν ζωὴν ἕπηταί τινα κατ᾽ ἀνάγκην, ὁ μὲν κίνδυνος ἐπὶ τῇ τοῦ χρησίμου βλάβῃ, τὸ δ᾽ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενον σημεῖον γίνεται τοῦ κινδύνου. κύριον μὲν οὖν σπλάγχνον ἡ καρδία, ἐκπεφύκασι δ᾽ ἀπ᾽ αὐτῆς αἱ ἀρτηρίαι, καὶ κινοῦνται τὸν αὐτὸν ἐκείνῃ τρόπον· ὥστε καὶ βλάπτονται τὸν αὐτὸν, καὶ ταύτῃ μέγα δηλοῦν πεφύκασιν. ἐδείχθη δὲ οὐ ταὐτὸν ὂν τὸ δηλοῦν μεγάλα τῷ δύνασθαι μεγάλα. πόθεν οὖν ἐπῆλθεν ἅπασιν ἰατροῖς τε καὶ φιλοσόφοις εἰς τὴν αὐτὴν χρείαν ἀνάγειν τήν τε ἀναπνοὴν καὶ τοὺς σφυγμοὺς, τῆς μὲν οὕτως εἰς μέγα διαφέρειν ἡμῖν φαινομένης, τῶν δ᾽, ὡς ἔοικεν, ἢ παντάπασιν εἰς οὐδὲν, ἢ παντελῶς μικρόν; ἐμοὶ μὲν οὖν δοκοῦσιν, ὥσπερ οὖν καὶ

afficiuntur, nihil laedant, undique conſtat, etſi valentes ſint, eas minime conferre. Quomodo igitur ex pulſibus maxime praenoſcimus? non ut ex cauſis multa vi pollentibus (dicet aliquis), ſed ut ex ſignis perneceſſariis, quemadmodum ſi quis ex incurveſcentibus unguibus et nigrantibus de morte coniiciat. Quum enim ea, quae uſum vitae praeſtant, quaedam neceſſario ſequuntur, periculum quidem in ejus, quod uſum vitae praeſtat, laeſione eſt, tum quod ex neceſſitate ſequitur, ſignum fit periculi. Princeps quidem viſcus eſt cor, ex quo enaſcuntur arteriae, quae et eodem quo ipſum modo moventur, proindeque eodem modo laeduntur, atque ita magnum quid indicare natae ſunt. At vero monſtratum eſt, non idem eſſe magna indicare ac magna poſſe. Unde igitur tum medicis omnibus, tum philoſophis in mentem venit, ut ad eundem uſum et reſpirationem et pulſus adduxerint, quum illa quidem ad magnum uſum excellere nobis appareat, hi vero vel ad prorſus nullum, vel plane exiguum? Mihi equidem videntur, quemadmodum et ex

γράφουσιν οἱ πλείους αὐτῶν, ἐκ τοῦ τρέπεσθαι παραπλησίους τροπὰς ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς αἰτίοις ἀμφότερα κοινὴν εἶναι καὶ τὴν χρείαν αὐτῶν ὑπονοῆσαι· τῶν τε γὰρ γυμναζομένων καὶ λουομένων, καὶ τῶν ὁπωσοῦν ἄλλως θερμαινομένων, οὐ τὴν ἀναπνοὴν μόνον ὠκυτέραν τε καὶ πυκνοτέραν καὶ μείζονα γινομένην ἔστιν ἰδεῖν, ἀλλὰ καὶ τοὺς σφυγμοὺς ὡσαύτως τρεπομένους, τῶν τ᾽ ἀργούντων, καὶ τῶν ὁπωσοῦν ἄλλως ψυχομένων, οὐ τὴν ἀνάπνοὴν μόνην ἀραιοτέραν τε καὶ βραδυτέραν καὶ μικροτέραν, ἀλλὰ καὶ τοὺς σφυγμούς. καὶ ἐν τοῖς καυσώδεσι πυρετοῖς πλεῖστον μὲν καὶ τάχιστον καὶ πυκνότατον ἀναπνέουσι, μεγίστους δ᾽ ἔχουσι καὶ ταχίστους καὶ πυκνοτάτους τοὺς σφυγμούς. εἰ δ᾽ ἐπὶ ταῖς ἀσυμμέτροις τροφαῖς οἱ μὲν σφυγμοὶ μείζονες, αἱ δ᾽ ἀναπνοαὶ γίνονται μικρότεραι, οὐδὲ τοῦτο ἀπόρημα τῷ λόγῳ· μικρότερον μὲν γὰρ ἀναπνέουσιν ἢ σφύζουσι στενοχωρίᾳ τῶν φρενῶν, ἀλλ᾽ ὅσῳ μικρότερον, τοσούτῳ πυκνότερον, ἰώμενοι τὴν μικρότητα τῆς ἀναπνοῆς τῷ συνε-

ipfis plures fcribunt, quod confimilibus converfionibus ab iifdem caufis convertantur, inde communem effe eorum ufum animo concepiffe. Nam et qui exercitantur, et qui in balneo lavantur, et qui aliter quovis modo excalfiunt, eorum non modo refpirationem celeriorem frequentioremque ac majorem contueri licet, fed etiam pulfus pari modo mutatos. Praeterea qui algent aliterve quolibet modo funt refrigerati, horum ficut refpiratio rarior, tardior ac minor vifitur, ita et pulfus. Atque in ardentibus febribus maxime et celerrime et denfiffime refpirant, et maximos, velociffimos et denfiffimos pulfus habent. Quod fi ab immodicis alimentis pulfus vifuntur majores, refpirationes minores, ne id quidem fcrupulum rationi injicit. Quippe minorem hi refpirationem, quam pulfum, habent propter diaphragmatis compreffionem. Caeterum quanto minorem, tanto hanc habent et crebriorem, fcilicet refpirationis parvitatem actionis continuitate compenfantes.

χεῖ τῆς ἐνεργείας. ὅσον γὰρ ἐνδεέστερον ἀπέλαυσεν ἡ φύσις ἀέρος, οὐ δυνηθέντος ἐπὶ πλεῖστον διαστῆναι τοῦ θώρακος, τοῦτο ἐπανορθοῦται τῇ πυκνότητι. καὶ διὰ τοῦτο ἴσον δύναται τὸ μικρότερόν τε ἅμα καὶ πυκνότερον πνεῦμα τῷ μείζονί τε ἅμα καὶ ἀραιοτέρῳ. λέγομεν δὲ νῦν ἀραιότερον σφυγμὸν τὸν ἐπὶ τροφαῖς, οὐ τὸν πρὸ τῆς τροφῆς, ἐκείνου μὲν γὰρ πυκνότερός ἐστιν, ἀλλὰ τῇ τῆς ἀναπνοῆς ἰδέᾳ παραβάλλοντες. εἰ τοίνυν τρέπεται μὲν ὡσαύτως ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς αἰτίοις ἡ ἀναπνοὴ τοῖς σφυγμοῖς, βλάπτεται δ᾽ οὐχ ὡσαύτως ἀπολλυμένη, καὶ γὰρ τοῦτ᾽ ἔμπροσθεν ἐδείχθη, περαίνοιτ᾽ ἂν οὐδὲν ἧττον ὁμοίως ἀλλήλοις τὰ ἀντικείμενα, τό τε τῆς αὐτῆς ἕνεκα χρείας ἄμφω γεγονέναι καὶ τὸ μὴ τῆς αὐτῆς. ἀλλ᾽ οὐκ ἐνδέχεται· χρὴ γὰρ θάτερον αὐτῶν ἀληθὲς ὑπάρχειν, οὐκ ἄμφω.

Κεφ. β΄. [435] Ζητητέον οὖν, ὅπῃ τῶν λόγων ὁ ἕτερος παραλογίζεται, κάνονα τῆς κρίσεως ποιησαμένοις ἡμῖν τὴν χρείαν τῆς ἀναπνοῆς, ἣν ἐδείξαμεν ἐν τοῖς περὶ αὐτῆς λόγοις διττὴν οὖσαν, ὡς ἐδόκει καὶ Ἱπποκράτει·

Quod enim aeris natura, thorace nequeunte fe latiffime aperire, ex minori refpiratione amifit, id denfitate reftituit. Ideoque tantumdem minor fimul et frequentior refpiratio poteft, quantum major fimul atque rarior. Diximus autem hoc loco rariorem pulfum eum, qui comeftioni fuccedit, non utique cum eo, qui comeftionem praecedit, comparantes (quippe quo eft frequentior), fed ad refpirationis fpeciem referentes. Igitur fi refpiratio, pari cum pulfu modo, iifdem ex caufis mutatur, non tamen parem noxam, quum perit, affert (nam id quoque prius eft monftratum), utique diffidentia adverfaque nihilominus ex aequo invicem colligas licet, nempe tum ambo a natura ejufdem ufus gratia data, tum non ejufdem. Verum ita fieri non poteft, quum alterum eorum verum effe, non ambo, fit neceffum.

Cap. II. Itaque inveftigandum, qua parte altera rationum decipiat, ipfo refpirationis ufu pro norma nobis propofito. Quem utique, ubi de ea tractavimus, duplicem effe, ficut Hippocrates exiftimavit, indicavimus:

τὴν μὲν γὰρ ἑτέραν, τὴν μείζω, φυλακὴν τῆς ἐμφύτου θερμασίας, τὴν δὲ ἑτέραν, τὴν ἐλάττονα, θρέψιν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος. ἀλλ' εἰς ἄμφω ταῦτα παρὰ τῆς διὰ τῶν ῥινῶν εἰσπνοῆς ὠφελεῖσθαι τὸν ἐγκέφαλον ἐλέγομεν. ὥστ' οὐδὲν θαυμαστὸν, ὀλίγης αὐτῷ παρὰ καρδίας χορηγουμένης τῆς ἐπικουρίας, ὀλίγην εἶναι καὶ τὴν βλάβην, τῶν καρωτίδων λεγομένων ἀρτηριῶν βρόχοις διαληφθεισῶν. ἀλλ' ἴσως τις φήσει, μηδ' ἐλαχίστην φαίνεσθαι· δι' ὅλης γὰρ ἡμέρας τὸ ζῶον, ὡς ἐπειράθημεν πολλάκις, ἀβλαβὲς διαμένει. καὶ ὀρθῶς γε φήσει. καὶ δὴ τοῦθ' ἡμεῖς ἀποροῦντες ἐπενοήσαμεν τοιούτου τινὸς ἀποπειραθῆναι φαινομένου. πρότερον δ' ἐρῶ τὸν λογισμὸν, ὅθεν εἰς τοῦθ' ἥκομεν. ἐπεὶ γὰρ ἐν ἑτέροις ἡμῖν ἀποδέδεικται, τὰς κατὰ τὸν ἐγκέφαλον κοιλίας πνεύματος εἶναι ψυχικοῦ μεστὰς, τροφῆς χρῄζοντος συνεχοῦς, ἀποδέδεικται δὲ καὶ ὡς δαπανᾶται τοῦτο ἐν ταῖς καθ' ὁρμὴν κινήσεσιν, ἄμεινον ἐδόκει τρέχειν ἀναγκάζειν τὸ ζῶον, ᾧ τὰς ἀρτηρίας βρόχοις

alterum, qui major eſt, ipſius inſiti caloris conſervationem, alterum, qui minor, animalis ſpiritus nutritionem. At in horum utroque ex attracto per nares ſpiritu accedere cerebro utilitatem diximus. Quo minus mirum eſt, quum exiguum illi commodum ex corde ſuggeratur; ſi, carotidibus vocatis arteriis vinculo exceptis, exiguum quoque ſentiat incommodum. Dicet hic fortaſſe quiſpiam, ne minimum quidem apparere incommodum, quando per integrum diei ſpatium (ut ſaepe experti ſumus) animal ſine noxa perduret. Et ſane recte dicet. Jam id cum nos dubios haberet, ejuſmodi quoddam evidens in quo fieret experimentum excogitavimus. Prius autem ratiocinationem ipſam, unde in ipſum veni, proponam. Quoniam demonſtratum a nobis in aliis eſt, eos ventriculos, qui in cerebro habentur, animalis ſpiritus, qui aſſidue nutriri poſtulet, plenos eſſe, demonſtratum quoque non minus eſt, ſpiritum hunc in motu voluntario conſumi, ſatius fore viſum eſt, ut animal, cui vinctae arteriae eſ-

διελάβομεν. ἐπεὶ δὲ μέχρι μὲν πολλοῦ καλῶς ἔτρεχε, μέχρι παντὸς δ᾽ οὐκ ἠδύνατο, ζητεῖν ἐδόκει χρῆναι, διότι μέχρι μὲν πολλοῦ ἔτρεχε, μέχρι παντὸς δὲ οὐκ ἠδύνατο, καὶ πάλιν αὐτὸ μέχρι πολλοῦ οὐ διαρκεῖν, ἀλλ᾽ εὐθέως ἐκλύεσθαι, δαπανωμένου τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος. ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τούτου τὸ δικτυοειδὲς πλέγμα πρὸς τῶν ἀμφὶ τὸν Ἡρόφιλον κληθὲν ἐδόκει τὴν αἰτίαν ἔχειν. ἐκεῖ γὰρ αἱ ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον ἀνιοῦσαι καρωτίδες ἀρτηρίαι, πρὶν διελθεῖν τὴν σκληρὰν μήνιγγα, σχίζονται πολυειδῶς ὑπ᾽ αὐτῆς, περιπλεκόμεναι κατὰ πολλοὺς στίχους, ὡς εἰ νοήσαις ἀλλήλοις ἐπικείμενα δίκτυα πλείω, καὶ χώραν παμπόλλην, ἣν καλοῦσιν ἐγκεφάλου βάσιν, καταλαμβάνουσιν, ἐνὸν αὐταῖς εὐθὺς μὲν διεκπεσεῖν τὰς μήνιγγας, ἐμφῦναι δὲ εἰς τὸν ἐγκέφαλον, οὗπερ ἐξ ἀρχῆς ἰέναι. τοῦθ᾽ οὖν τὸ θαυμαστὸν πλέγμα πρὸς τῆς μηδὲν εἰκῆ ποιούσης φύσεως ἐν οὕτως ἀσφαλεῖ χώρᾳ ταχθῆναι, μεγάλης τινὸς ἐδόκει χρείας ἐνδεικτικὸν ὑπάρχειν. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τὴν τῶν ἐντέρων ἕλικα καὶ τὴν τῶν εἰς τοὺς

fent, currere cogeremus. Quum igitur diu probe cucurriffet, femper autem currere non potuiffet, operae pretium videbatur caufam requirere, propter quam diu quidem cucurrit, perpetuo autem non potuit, nec rurfus diutinum curfum continuare, fed eum ftatim remittere, abfumpto fcilicet animali fpiritu. Sed et hujus ipfius eventus caufa videbatur plexus ille, qui ab Herophilo reticularis eft vocatus. In hoc enim carotides arteriae, quum ad cerebrum afcendunt, antequam duram ejus membranam tranfierint, multifariam ab ipfa finduntur, multis ceu villis fibi implexae, veluti fi retia retibus fuperpofita intelligas; tum fpatium non exiguum, quod cerebri bafis dicitur, occupant; quum potuiffent in ipfum cerebrum, quo fcilicet a principio tendebant, membranis ejus ftatim trajectis, fe inferere. Nunc igitur mirabilis ille plexus, tam tuto a natura, quae nihil temere moliatur, loco conditus, magnae alicujus utilitatis index effe videtur. At quoniam et inteftinorum et quae in

Ed. Chart. V. [435. 436.] Ed. Baf. III. (155.)

ὄρχεις ἐμφυομένων ἀγγείων ἀκριβοῦς τε πέψεως ἕνεκα τῶν περιεχομένων ὑλῶν καὶ προσέτι δαψιλοῦς παρασκευῆς ταῖς ἑξῆς ἐνεργείαις ἑωρῶμεν γεγενημένην, εὔλογον ἐδόκει κἀνταῦθα τοιοῦτόν τι μεμηχανῆσθαι τὴν φύσιν, ἅμα τε κατεργαζομένην πολλῷ χρόνῳ τὴν ἐν ταῖς ἀρτηρίαις ὕλην, αἷμα θερμὸν καὶ λεπτὸν καὶ ἀτμῶδες ὑπάρχουσαν, ἅμα τε κατασκευάζουσαν τροφὴν δαψιλῆ τῷ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον ψυχικῷ πνεύματι. καὶ διὰ ταῦτο, κἂν στερηθῇ τῆς πρὸς τὴν καρδίαν συνεχείας ὁ ἐγκέφαλος, ἐξαρκεῖ αὐτῷ τὸ δικτυοειδὲς πλέγμα μέχρι πολλοῦ, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν ἀτρεμῇ τὸ ζῶον, ὡς ἂν μὴ δαπανωμένου τηνικαῦτα τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος εἰς τὴν καθ᾽ ὁρμὴν ἐνέργειαν. [436] τὸ μὲν δὴ χαλεπώτατόν τε καὶ ἀπορώτατον δοκοῦν, τὸ κατὰ τὰς καρωτίδας ἀρτηρίας, οὐδὲν ἔχειν ἄπορον ἔτι φαίνεται. παραπλησίως δ᾽ αὐτῷ καὶ τὸ κατὰ τὰς ἄλλας ἁπάσας, ὧν ἑκάστης βρόχῳ διαληφθείσης οὐδὲν ἐν τῷ παραυτίκα βλάπτεται τὸ μέρος. ἐχρῆν γὰρ, οἶμαι, κἀνταῦθα σκοπεῖν, ὡς οὐκ ἴσον

testes se inserunt vasorum revolutionem, tum ut materiae in his contentae perfecte concoquerentur, tum ut secuturis functionibus abunde praeparatae superessent, factam contemplabamur, non alienum a ratione videbatur, hic quoque tale quippiam commentam esse naturam, ac simul materiam eam, quae in arteriis continetur, (ea est sanguis calidus et tenuis et halituosus,) longo tempore conficere, simul animali, qui in cerebro est, spiritui copiosum alimentum praeparare. Proinde, quamvis continuatio cum corde cerebro sit adempta, tamen satisfacere ei longo tempore posse reticularem plexum, potissimum si animal quiescat, ceu animali spiritu in motum voluntarium minime tum consumpto. Ac, quod difficillimum videbatur, maximeque negotium facessere, nempe quod in carotidibus arteriis accidit, id nullam etiam habere dubitationem apparet. Similiter nec quod in reliquis omnibus contingit, quarum qualibet vinculo excepta nulla in praesens noxa parti affertur. Oportebat enim (arbitror) hic quoque aestimari, non esse si-

ἐστὶν, ἢ τὴν ἀρχὴν αὐτὴν τῆς ἐμφύτου θερμασίας παθεῖν, ἤ τι τῶν ὑπ' αὐτῆς θερμαινομένων. τὴν μὲν γὰρ ἀεὶ χρὴ θερμὴν ἱκανῶς ὑπάρχειν· καὶ γὰρ ἑαυτὴν καὶ τἄλλα κινεῖ τε ἅμα σφυγματωδῶς καὶ θερμαίνει· τοῖς δὲ ἀπόχρη βραχείας εὐπορεῖν θερμασίας εἰς τὸ διασώζεσθαι. καὶ τὴν μὲν εἰ στερήσαις τῆς ἐμφύτου θερμασίας, αὐτήν τε ψύξεις καὶ τἄλλα πάντα, ὅσα πρότερον ὑπ' αὐτῆς ἐθερμαίνετο· τῶν δ' ἄλλων οὐδὲν στερῆσαι τελέως δυνήσῃ τῆς θερμασίας, κἂν βρόχοις διαλάβῃς τὰς ἀρτηρίας· διά τε γὰρ τῶν χιτώνων ἐπιῤῥυήσεταί τι, καὶ γὰρ σύμπνουν ἐστὶ καὶ σύῤῥουν ἑαυτῷ πᾶν τὸ σῶμα κατὰ (156) τὸν Ἱπποκράτους λόγον. ὥστε, κἂν μὴ διὰ τῶν ἀρτηριῶν, ἀλλά γε διὰ τῶν ἄλλων καὶ μάλιστα διὰ φλεβῶν τῷ συνεχεῖ τῆς μεταλήψεως εἰς πᾶν μόριον ἐνεχθήσεταί τι τῆς θερμασίας. ἅπαντα οὖν τὰ τοιαῦτα τοῖς φαινομένοις ὁμολογεῖ, καὶ θαυμαστὸν οὐκ ἔτι δόξει τὴν ἀρχὴν τῆς θερμασίας μᾶλλον τῶν ἄλλων βλάπτεσθαι στερηθείσης τῆς ἀναπνοῆς.

mile, aut principium ipfum infiti caloris pati, aut aliquod eorum, quae ab illo calorem accipiunt. Quippe id femper effe praecalidum debet, ut quod fe ipfum et alia tum moveat una pulfatorie, tum calefaciat; his fatis ad falutem eft, fi vel exigui compotes fint caloris. Et principium quidem ipfum fi naturali calore prives, non ipfum modo refrigeres, fed etiam univerfa, quae ab eo prius calorem ceperunt. Reliquorum nulli, licet arterias vinculo conftringas, omnem adimere calorem poffis, quando et per tunicas ipfas nonnihil confluxerit. Eft enim juxta Hippocratis fententiam totum corpus fibi confpirabile atque confluxibile. Quare, fi non per arterias, at certe per alia et potiffimum venas propter eum, qui eft de una in alteram, continuum tranfitum in omnem particulam deferetur caloris aliquid. Omnia igitur alia cum rerum evidentia confentiunt. Nec mirum videri praeterea debebit, fi principium caloris, ubi refpiratione privatur, plus quam caetera noxae contrahit.

καὶ γὰρ ἐν ταῖς ἰατρικαῖς σικύαις ἡ μὲν φλὸξ ἀπόλλυται παραχρῆμα, μένει δ' ἄχρι πλέον ἡ θερμασία περί τε τὸν ἐντὸς ἀέρα καὶ κατ' αὐτὸ τὸ σῶμα, οὐ τραφεῖσα. οὕτω δὲ κἂν τοῖς οἴκοις τοῖς ὑπὸ πυρὸς θερμανθεῖσιν θερμασία φαίνεται διαμένουσα, τοῦ πυρὸς ἐσβεσμένου πολλάκις. οὐχ ὅμοιον οὖν ἐστι τὸ κατὰ φύσιν τῇ τε καρδίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις μορίοις· τὴν μὲν γὰρ ζεῖν ἀεὶ χρὴ, τοῖς δ' ἀρκεῖ τὸ μὴ παντάπασι καταψύχεσθαι. μάθοις δ' ἂν ἐναργῶς τὸ λεγόμενον, εἰ γυμνώσαις καρδίαν ζώου, αὐτῆς διελὼν τὸ σκέπασμα, ὃ καλοῦσι περικάρδιον χιτῶνα, χωρὶς τοῦ τὸν ἄλλον θώρακα συντρῆσαι. τάχιστα γὰρ ἀποθνήσκει τὸ ζῶον, εἰ καταψύξεις τὴν καρδίαν· εἰ μέντοι θερμὴν φυλάττοις, οὐδὲν πάσχει. ψύξεις μὲν οὖν αὐτὴν ἐν ἀέρι τὴν χειρουργίαν ψυχρῷ ποιούμενος καὶ ψυχρὸν καταῤῥαίνων ὕδωρ· φυλάξεις δὲ ὡς πλείστου θερμὴν διὰ τῶν ἐναντίων. ἀλλ' εἰ, κατεψυγμένης ἤδη, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ ζώου τεθνεῶτος, ἐθέλοις παραχρῆμα τρώσας ὁποτέραν οὖν τῶν κοιλιῶν, καὶ μᾶλλον τὴν ἀριστερὰν, καθεῖναι δάκτυλον εἰς αὐτὴν,

primenſque ipſum, neque ſine ſpiratione, neque ſine voce, neque in alia quadam voluntaria actione impediri animal ſpectabis: cerebro autem oſſibus detecto, aut quocunque ipſius ventriculo compreſſo, non mutum duntaxat neque ſpirationis expers protinus, ſed etiam omnino ſenſu omnibuſque arbitrariis motibus animal deſtitues. Porro dictum a me eſt antea quoque, neutram thoracis capacitatem eſſe perforandam iis, qui cor denudant. Si enim hoc aſſequatur aliquis, non modo ſi premere, aut contundere, aut aliud quippiam tale volet efficere, recte ſe geret, ſed etiam ubi univerſim ac ſemel totum eximere libeat, non improſpere ſuccedet ei manus adminiſtratio. Accidit hoc ſane etiam in multis ſacrificiis, quae ſic de more celebrantur, et apparent animantia, corde jam aris impoſito, non reſpirare tantum, aut clamare fortiter, ſed etiam fugere, uſque dum ſanguinis profluvio commoriantur. Celerrime autem nimirum ex ipſis ſanguis evacuatur, quatuor maximis vaſis divulſis: ſed quouſque adhuc vivunt,

καὶ ἀναπνεῖ, καὶ φωνεῖ, καὶ τρέχει. τοὺς δέ γε κατὰ τὸν πρῶτον σπόνδυλον ὁσημέραι διατεμνομένους ταύρους τὴν ἔκφυσιν τοῦ νωτιαίου μυελοῦ παραχρῆμα θεώμεθα μὴ ὅτι δραμεῖν ἔτι δυναμένους, ἀλλὰ μηδ᾽ ἐπ᾽ ἐλάχιστον προβῆναι, συναπόλλυται δ᾽ αὐτοῖς ἅμα τῇ τομῇ καὶ ἡ ἀναπνοὴ καὶ ἡ φωνή· καὶ γὰρ καὶ ταύταις ἄνωθέν ἐστιν ἡ ἀρχή. τὴν μέντοι καρδίαν ἐπὶ τῶν οὕτω πληγέντων ταύρων ἔστιν ἰδεῖν ἄχρι πλείστου σφύζουσαν ἅμα ταῖς ἀρτηρίαις ἁπάσαις· οὐ γὰρ δὴ καὶ ταύταις γε παρ᾽ ἐγκεφάλου τὸ σφύζειν ἐστὶν, ὥσπερ οὐδὲ αὐτῇ τῇ καρδίᾳ. ὡς γὰρ αἱ κινήσεις ἑτέρου γένους εἰσὶν, οὕτω καὶ τῶν ἀρχῶν οὐδετέρα προσδεῖται τῆς ἑτέρας, ἀλλ᾽ ἔστιν οὕτως ἥ τε καρδία πηγὴ τῆς κατὰ τοὺς σφυγμοὺς κινήσεως, ὅ τ᾽ ἐγκέφαλος τῆς κατὰ προαίρεσιν, οὐδ᾽ ἐστὶν οὐδεὶς λόγος, ὃς ἀναγκάσει μίαν ἀρχὴν ἁπασῶν εἶναι τῶν κατὰ τὸ ζῶον ἐνεργειῶν· οὔτε γὰρ ὡς οὐκ ἐνδεχομένων εἶναι πολλῶν, οὔθ᾽ ὡς μὴ οὕτως φαινομένων ἐπιδείξει. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου κᾂν τοῖς ἑξῆς ἐπὶ πλέον αὐτοῖς διαλέξομαι. νυνὶ δ᾽ ἐφ᾽ ὅπερ ἔλεγον αὖθις ἐπάνειμι, πρὸς τὸ μήτε τῆς ἀναπνευστικῆς κινήσεως, μήτε

et refpirant, et clamant, et currunt. Porro tauros, quibus fpinalis medullae origo juxta primam vertebram quotidie diffecatur, fubito videmus non folum non currere adhuc poffe, fed ne minimum quidem procedere. Perit autem fimul ipfis cum fectione et refpiratio et vox; etenim et his ex fuperioribus eft initium. Verum cor in fic percuffis tauris videre eft diutiffime una cum omnibus arteriis pulfare; non enim his etiam a cerebro pulfandi vis advenit, quemadmodum neque ipfi cordi. Ut enim motus alterius generis funt, fic etiam principiorum alterum non indiget altero, fed eft ita et cor pulfuum motus fons, et cerebrum motus voluntarii. Neque eft ulla ratio, quae unum omnium animantis actionum effe principium coget. Neque enim tanquam multa non poffint effe, neque tanquam non fic appareant, indicabit. Verum de hoc etiam iterum copiofius difputabo. Nunc autem ad id, quod dicebam, rurfus revertor, nempe neque refpiratorii

Ed. Chart. V. [97.] Ed. Baſ. I. (257.)

τῆς φωνητικῆς δημιουργικὴν ἀρχὴν εἶναι τὴν καρδίαν. δι᾽ ἐκείνην μὲν γὰρ τὸ πλεῖστον, οὐ μὴν ὑπ᾽ ἐκείνης γε τὴν ἀναπνοὴν γίγνεσθαι συμβέβηκεν, οὐ ταὐτὸν δ᾽ ἐστὶν ὑπό του γίνεσθαι καὶ διά τι. γέγραπται δὲ ἡμῖν ἓν βιβλίον ἰδίᾳ καθ᾽ ἑαυτὸ περὶ χρείας ἀναπνοῆς.

Κεφ. ε΄. Οἱ δ᾽ ἡγούμενοι φωνὴν ἢ ἀναπνοὴν ὑπὸ τῆς καρδίας ἐπιτελεῖσθαι, πρὸς τῆς κατὰ τὴν θέσιν ἐγγύτητος ἠπατήθησαν, οὐκ εἰδότες, ὡς οὐ πάντως, εἴ τι πλησίον ἐστὶ μόριον ἐνεργείας ἡστινοσοῦν, ἐξ ἀνάγκης τοῦτο καὶ ἀρχὴ τῆς ἐνεργείας ἐστίν. οὐδὲ γὰρ, ὅσοι τὸν ἐγκέφαλον ὑπολαμβάνουσιν ἀρχὴν εἶναι τῆς κατ᾽ ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα καὶ ῥῖνας αἰσθήσεως, ὅτι πλησίον αὐτῶν ἐστιν, ὀρθῶς ἐπιχειροῦσιν, ἀλλὰ καὶ τούτους ἡ θέσις ἔσφαλλε, μᾶλλον δὲ οὐχ ἡ θέσις, ἀλλ᾽ ἡ περὶ τῆς αἰσθήσεως δόξα. πάντως γὰρ δήπου τοιούτῳ τινὶ προσχρήσονται κατὰ τὰς ἀποδείξεις ἀξιώματι· πᾶσι τοῖς ἐνεργοῦσιν ἐκ τῶν πλησίων ἐστὶν ἡ ἀρχή. τούτου γὰρ ὑποτεθέντος ὡς ἀληθοῦς, εἶτ᾽ ἐκ τοῦ φαίνεσθαι προσληφθέντος, ὡς ἐγκεφάλου ψαύει τὰ ὦτα, περαίνοιτ᾽ ἂν ἤδη τὸ καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς τῆς ἐνεργείας ἐντεῦθεν ὑπάρχειν.

motus, neque vocem edendi cor eſſe principium opiſex. Propter illud enim plurimum, non tamen ab illo reſpirationem fieri contigit, atque haud idem eſt ab aliquo fieri et propter aliquid. Porro de uſu reſpirationis librum unum ſeorſim conſcripſimus.

Cap. V. Qui vero putant vocem aut reſpirationem a corde fieri ſitus vicinitate, falſi ſunt, haud videntes, quod non plane, ſi quae pars vicina eſt, haec neceſſario actionis ſit principium; neque enim, qui cerebrum opinantur principium eſſe ſenſus oculorum, aurium et narium, quod ipſis propinquum ſit, recte argumentantur: ſed hos ſitus quoque ſefellit, imo vero non ſitus, ſed ſenſus opinio. Omnino enim hoc axiomate ad demonſtrationes utuntur: omnibus operantibus ex propinquis eſt initium. Quo ut vero poſito, deinde ex evidenti aſſumpto, quod cerebrum aures contingant, concludetur jam, initium quoque actionis illinc ipſis proficiſci. Sed nec ſen-

Ed. Chart. V. [98.] Ed. Baf. I. (257.)

[98] *ἀλλ᾽ οὔτε πρὸς αἴσθησιν, οὔτε πρὸς νόησιν ἐναργές ἐστιν, ὡς πρῶτόν τε καὶ ἐξ ἑαυτοῦ πιστὸν εἶναι τὸ νῦν εἰρημένον ἀξίωμα, τὸ πᾶσι τοῖς ἐνεργοῦσιν ἐκ τῶν πλησίον εἶναι τὴν ἀρχήν· οὔθ᾽, ὅτι πλησίον ἐστὶ καρδίας τὰ φωνητικά τε καὶ ἀναπνευστικὰ μόρια, διὰ τοῦτ᾽ ἐκ καρδίας αὐτοῖς ἡ ἀρχή. καὶ μὴν ὁ θαυμαζόμενος ὑπὸ τῶν Στωϊκῶν λόγος ὁ Ζήνωνος, ὃν καὶ πρῶτον ἁπάντων ἔγραψεν ἐν τῷ περὶ τοῦ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικοῦ Διογένης ὁ Βαβυλώνιος, οὐκ ἐξ ἄλλου τινὸς ἔχει τὸ θαυμάζεσθαι, πλὴν οὗ νῦν εἶπον ἀξιώματος ἤδη. εἴσῃ δ᾽ ἐναργέστερον, εἰ παραγράψαιμεν αὐτὸν, ἔχει γὰρ ὧδε. φωνὴ διὰ φάρυγγος χωρεῖ. εἰ δὲ ἦν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου χωροῦσα, οὐκ ἂν διὰ φάρυγγος ἐχώρει. ὅθεν δὲ λόγος, καὶ φωνὴ ἐκεῖθεν χωρεῖ. λόγος δὲ ἀπὸ διανοίας χωρεῖ, ὥστ᾽ οὐκ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἐστὶν ἡ διάνοια. τὸν αὐτὸν δὴ τοῦτον λόγον Διογένης οὐ κατὰ τὴν αὐτὴν ἐρωτᾷ λέξιν, ἀλλ᾽ ὧδε. ὅθεν ἐκπέμπεται ἡ φωνὴ, καὶ ἡ ἔναρθρος, οὐκοῦν καὶ ἡ σημαίνουσα ἔναρθρος φωνὴ ἐκεῖθεν. τοῦτο δὲ λόγος. καὶ λόγος ἄρα ἐκεῖθεν*

fu, nec intelligentia id evidens eft, ut primum ac per fe credibile modo dictum axioma habeatur, nempe omnibus operantibus ex propinquis effe principium. Neque enim, quod proxima fint cordi vocalia et refpiratoria inftrumenta, ideo ex corde habent originem. Atqui admiranda illa Zenonis fententia, quam primam omnium in libro de principatu animae Diogenes Babylonius fcripfit, non alia ratione, quam ex pronunciato ifto, quod modo dixi, laudem illam ac plaufum fibi ipfi conciliavit. Scies autem manifeftius eam, fi adfcripferimus. Habet in hunc modum: *Vox per afperam arteriam procedit. Si autem a cerebro procederet, non utique per afperam arteriam veniret; unde fermo et vox illinc procedit. Sermo autem a mente procedit, quare in cerebro mens non eft. Eandem hanc rationem Diogenes, non eifdem verbis, fed hifce interrogat. Unde emittitur vox, illinc et articulata venit. Igitur et vox articulata fignificans illinc proficifcitur: haec autem fermo eft: igitur fermo*

ἐκπέμπεται, ὅθεν καὶ ἡ φωνή. ἡ δὲ φωνὴ οὐκ ἐκ τῶν κατὰ τὴν κεφαλὴν τόπων ἐκπέμπεται, ἀλλὰ φανερῶς ἐκ τῶν κάτωθεν μᾶλλον. ἐμφανὴς γοῦν ἐστι διὰ τῆς ἀρτηρίας διεξιοῦσα. καὶ ὁ λόγος ἄρα οὐκ ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐκπέμπεται, ἀλλὰ κάτωθεν μᾶλλον. ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνο ἀληθὲς, τὸ τὸν λόγον ἐκ τῆς διανοίας ἐκπέμπεσθαι. ἔνιοι γοῦν καὶ ὁριζόμενοι αὐτόν φασιν εἶναι φωνὴν σημαίνουσαν, ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένην. καὶ ἄλλως δὲ πιθανὸν ὑπὸ τῶν ἐννοιῶν ἐνσεσημασμένον τῶν ἐν τῇ διανοίᾳ καὶ οἷον ἐκτετυπωμένον ἐκπέμπεσθαι τὸν λόγον, καὶ παρεκτείνεσθαι τῷ χρόνῳ κατά τε τὸ διανοεῖσθαι καὶ τὴν κατὰ τὸ λέγειν ἐνέργειαν. καὶ ἡ διάνοια ἄρα οὐκ ἔστιν ἐν τῇ κεφαλῇ, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς κατωτέρω τόποις, μάλιστά πως περὶ τὴν καρδίαν. τοιοῦτος μέντοι καὶ ὁ τοῦ Διογένους λόγος, ἔμπαλιν ἢ κατὰ τὸν τοῦ Ζήνωνος εἰς μῆκος ῥήσεων ἐκτεταμένος, ὥστε ἐκείνῳ μὲν ἐλλείπειν τινὰ τῶν ἀναγκαίων ἀξιωμάτων, πλεονάζειν δὲ τούτῳ. βούλομαι δὲ, πρὶν ἐλέγχειν αὐτοὺς, ἔτι καὶ τὸν τοῦ Χρυσίππου παραθέσθαι, τόνδε τὸν τρόπον ἔχοντα. εὔλογον δὲ, εἰς ὃ γίγνονται αἱ ἐν τούτῳ σημασίαι, καὶ ἐξ οὗ λόγος, ἐκεῖνο εἶναι τὸ

illinc emittitur, unde et vox. Porro vox non ex locis capitis emittitur, ſed plane ex infernis potius. Conſtat igitur per arteriam prodire. Sermo itaque non ex capite emittitur, ſed infernis partibus magis. Atqui et illud verum eſt, ſermonem ex mente proficiſci. Ipſi enim ſermonem definientes vocem eſſe ajunt ſignificantem, ex mente emiſſam. Ac aliter probabile eſt, quod ab animi conceptionibus intelligibilis facta et quaſi informata oratio exeat, ac quod temporis ſpatio extendatur et in intelligendo, et in dicendi functione. Itaque mens non eſt in capite, ſed in inferioribus partibus, maxime circa cor. Talis eſt Diogenis ſermo, contra quam Zenonis, in prolixitatem verborum extenſus; quapropter illi ſane neceſſaria axiomata deſunt, huic vero ſuperſunt. Verum antequam eos redarguam, Chryſippi ſententiam adjicere cogito, quae ad hunc modum habet. *Rationi conſentaneum eſt, id, in quo ſignificationes fiunt, et ex quo*

κυριεῦον τῆς ψυχῆς μέρος. οὐ γὰρ ἄλλη μὲν ἡ πηγὴ λόγου ἐστὶν, ἄλλη δὲ διανοίας, οὐδὲ ἄλλη μὲν φωνῆς πηγὴ, ἄλλη δὲ λόγου, οὐδὲ τὸ ὅλον ἁπλῶς ἄλλη φωνῆς πηγή ἐστιν, ἄλλο δὲ τὸ κυριεῦον τῆς ψυχῆς μερος. τοιούτοις δὲ καὶ τὴν διάνοιαν συμ(258)φώνως ἀφοριζόμενοι λέγουσιν, αὐτὴν πηγὴν εἶναι λόγου. τὸ γὰρ ὅλον, ὅθεν ὁ λόγος ἐκπέμπεται, ἐκεῖσε δεῖ καὶ τὸν διαλογισμὸν γίγνεσθαι καὶ τὰς διανοήσεις καὶ τὰς μελέτας τῶν ῥήσεων, καθάπερ ἔφην. ταῦτα δὲ ἐμφανῶς περὶ τὴν καρδίαν γίγνεται, ἐκ τῆς καρδίας διὰ φάρυγγος καὶ τῆς φωνῆς καὶ τοῦ λόγου ἐκπεμπομένων. πιθανὸν δὲ καὶ ἄλλως, εἰς ὃ ἐνσημαίνεται τὰ λεγόμενα, καὶ σημαίνεσθαι ἐκεῖθεν, καὶ τὰς φωνὰς ἀπ' ἐκείνου γίγνεσθαι κατὰ τὸν προειρημένον τρόπον. ἅλις ἤδη μοι τῶν περὶ τῆς φωνῆς λόγων τῶν Στωϊκῶν· εἰ γὰρ καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν ἄλλων ἠρωτημένους ἐφεξῆς γράφοιμι σύμπαντας, εἰς ἄμετρόν τι μῆκος ἐμπεσεῖται τὸ γράμμα. οὐ γὰρ ἂν οὐδὲ τῶν ὑπὸ Χρυσίππου τε καὶ Διογένους εἰρημένων ἐμνημόνευσα λόγων, ἀλλ' ἠρκέσθην ἐξετάσας τὸν τοῦ

ſermo procedit, praecipuam animae partem exiſtere, quandoquidem non alia eſt ſermonis origo, alia mentis: neque alia quidem vocis, alia vero ſermonis: neque ſimpliciter omnium alia eſt vocis origo, alia animae pars praecipua. His autem congrue mentem definientes ajunt, eam originem eſſe ſermonis. In univerſum enim, unde ſermo emittitur, illuc et oportet ratiocinationem fieri et intelligentias et meditationes dictionum, quem in modum dixi. Haec autem evidenter circa cor fiunt, quum et vox et ſermo per aſperam arteriam emittantur. Probabile vero etiam eſt alioqui, id, in quo ſignificantur ea, quae dicuntur, illinc etiam ſignificari, et voces ab illo ad praedictum modum fieri. Satis jam verborum Stoïcorum de voce eſt. Nam ſi, quae ab aliis dicuntur, omnia ordine aſcripſero, in immenſam magnitudinem liber excreſcet; non enim verba feciſſem de his, quae Chryſippus et Diogenes ſcripſerunt, ſed abunde

Ed. Chart. V. [98. 99.] Ed. Baf. I. (258.)

Ζήνωνος μόνον, εἰ μὴ πρός τινα τῶν Στωϊκῶν ἐγεγόνει μοί ποτε ἀμφισβήτησις ὑπὲρ τοῦ χωρεῖ ῥήματος, ὅπερ ἔλαβεν ὁ Ζήνων ἐν τῷ λόγῳ γράψας ὡδί· φωνὴ διὰ φάρυγγος χωρεῖ. τὸ γὰρ χωρεῖ τοῦτο ῥῆμα ἐγὼ μὲν ἠξίουν ἀκούειν ἐν ἴσῳ τῷ ἐξέρχεται, ἢ ἐκπέμπεται. ὁ δὲ, τούτων μὲν μηδέτερον, ἔφη, σημαίνεται πρὸς αὐτοῦ. καὶ τρίτον ἄλλο παρὰ ταῦτα λέγειν οὐκ εἶ[99]χεν. ἠναγκάσθην οὖν αὐτῷ τὰ τῶν ἄλλων Στωϊκῶν παραναγινώσκειν βιβλία, μεταλαμβανόντων τὴν λέξιν ἢ εἰς τὸ ἐξέρχεται, ἢ εἰς τὸ ἐκπέμπεται, καθάπερ καὶ νῦν ἀπέδειξα Χρύσιππόν τε καὶ Διογένην, μεθ᾽ οὓς οὐκ ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι τὰς τῶν ἄλλων παραγράφειν ῥήσεις, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν αὐτῶν ἤδη τρέψομαι, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Ζήνωνος ποιησάμενος, ὅσπερ δὴ καὶ πατήρ ἐστι τοῦ περὶ τῆς φωνῆς λόγου τοῦδε καὶ ἁπάσης τῆς τῶν Στωϊκῶν αἱρέσεως. τὸ μὲν οὖν πρῶτον λῆμμα τῆς χωρεῖ φωνῆς μεταληφθείσης ἐπὶ τὸ σαφέστερον ἔσται τοιόνδε· φωνὴ διὰ φάρυγγος ἐκπέμπεται. τὸ δὲ ἐφεξῆς τούτῳ τὸ δεύτερον τοιοῦτον· εἰ δὲ ἦν ἀπ᾽ ἐγκεφάλου ἐκπεμπομένη,

mihi fuiffet folam Zenonis fententiam inveftigare, nifi adverfus quendam Stoïcum aliquando mihi controverfia fuiffet de hoc verbo procedit, quod Zeno in fua oratione ponit, ad hunc modum fcribens: Vox per afperam arteriam procedit; quod verbum pro egreditur aut emittitur illum velle accipere exiftimaverim: neque aliud quam haec fignificat, nec tertium ab iis afferri poteft. Coactus fum igitur ipfe aliorum Stoïcorum libros recognofcere, qui hanc dictionem transferunt ad verbum egreditur vel emittitur, quemadmodum demonftravi Chryfippum et Diogenem, poft quos non duxi neceffarium aliorum verba afcribere: fed ad ipforum interpretationem jam revertamur, principium a Zenone facientes, qui auctor eft hujufmodi de voce fententiae atque totius Stoïcorum fectae. Prima igitur fumptio vocis procedit ad manifeftius tranflatae eft hujufmodi: Vox per afperam arteriam emittitur. Poft hanc fuccedit alia, nempe haec: Si autem fit a cerebro emiffa, non per

οὐκ ἂν διὰ φάρυγγος ἐξεπέμπετο. τοῦτό φημι τὸ λῆμμα, μὴ ὅτι τοῦ πρώτου γένους ἐκπεπτωκέναι τῶν εἰς τὰς ἀποδείξεις ἐπιτηδείων, ἀλλὰ καὶ τοῦ δευτέρου τε καὶ τρίτου, περιέχεσθαι δὲ ἐν τῷ τετάρτῳ γένει τῶν σοφιστικῶν λημμάτων, εἴ γε δὴ σχῆμά τι λέξεως ὑποδύεται πεπανουργημένον τε καὶ σεσοφισμένον πρὸς ἀμφιβολίαν, ἐκ ταύτης τὸν ἔλεγχον ἐλπίζων ἀποδράσεσθαι. τὸ γὰρ, εἰ δ᾽ ἦν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου χωροῦσα, οὐκ ἂν διὰ φάρυγγος ἐχώρει, μοχθηρῶς ἔχει τὴν ἀπὸ πρόθεσιν ἐγκειμένην τῇ ῥήσει. δύο γάρ εἰσιν ἐν ἅπασι τοῖς τοιούτοις λόγοις σαφεῖς προθέσεις, ἥ τε ὑπὸ καὶ ἡ ἐξ, ὧν οὐδεμίαν παρέλαβεν, καίτοι δυνάμενος εἰπεῖν· εἰ δ᾽ ἦν ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου χωροῦσα, οὐκ ἂν διὰ φάρυγγος ἐχώρει· ἢ εἰ μὴ ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου, ὑπὸ τοῦ ἐγκεφάλου γε πάντως ἐχρῆν εἰπεῖν αὐτόν. ἡ γὰρ διὰ τῆς φάρυγγος ἐκπεμπομένη φωνὴ ἔκ τινός τε καὶ ὑπό τινος ἐκπέμπεται· ἔκ τινος μὲν, ὡς ἀγγείου περιέχοντος, ὑπό τινος δ᾽, ὡς δυνάμεως κινούσης τὸ περιέχον· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὸ οὖρον ἐξέρχεται μὲν διὰ τοῦ αἰδοίου, ἐκπέμπεται δ᾽

afperam arteriam emittitur. Hanc dico fumptionem non folum non ex primo genere fumptionum ad demonftrationes convenientium emanaffe, imo ne ex fecundo quidem et tertio, fed in quarto fophifticarum fumptionum genere continetur; fiquidem figura quaedam dictionis fublatet, aftute et captiofe ad ambiguitatem fabricata, unde reprehenfionem effugere fe fperabat. Haec enim, fi a cerebro procederet, non per afperam arteriam procederet, perperam ac male habet praepofitionem a orationi injectam. Duae enim funt in ejufmodi omnibus fermonibus manifeftae praepofitiones, nempe a et ex, quarum neutram affumpfit, etfi poffet dicere, fi ex cerebro procederet, non per afperam arteriam procederet, vel fi non ex cerebro, certe a cerebro dicere ipfum oportebat. Etenim vox per afperam arteriam emiffa et ex aliquo et ab aliquo emittitur: ex aliquo, ut vafe continente, ab aliquo, ut virtute, quae id, quod continet, movet; quemadmodum denique et urina egreditur quidem per penem, emittitur autem ex vafe, nem-

Ed. Chart. V. [99.] Ed. Baf. I. (258.)

ἐξ ἀγγείου μὲν, τῆς ὑπερκειμένης κύστεως, ὑπὸ δυνάμεως δὲ τῆς τὴν κύστιν συστελλούσης εἰς ἑαυτὴν, ἵν᾽ ἐκθλίψῃ τὸ οὖρον. ἡ δ᾽ ἀπὸ πρόθεσις ἄδηλός ἐστιν, εἴτε ἀντὶ τῆς ἐξ, εἴτε ἀντὶ τῆς ὑπὸ παρείληπται. εἰ μὲν οὖν ἀντὶ τῆς ἐξ, ἀληθής ἐστιν ὁ λόγος, ἔσται γὰρ τοιοῦτος· εἰ δὲ ἦν ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου ἐκπεμπομένη ἡ φωνὴ, οὐκ ἂν διὰ τῆς φάρυγγος ἐξεπέμπετο. εἰ δὲ ἀντὶ τῆς ὑπὸ, ψευδὴς, ἔσται γὰρ αὖ πάλιν τοιοῦτος· εἰ δὲ ἦν ὑπὸ τοῦ ἐγκεφάλου ἐκπεμπομένη, οὐκ ἂν διὰ τῆς φάρυγγος ἐξῄει. ὅτι δ᾽ οὐκ ἀληθής ἐστιν ὁ τοιοῦτος λόγος, οὐκ ἐμὲ χρὴ κατασκευάζειν, ἀλλ᾽ ἐκείνους αὐτοὺς ἀξιοῦν ἀποφήνασθαι προτέρους ὑπὲρ τοῦ τοιούτου λόγου, τὸ οὖρον διὰ τοῦ αἰδοίου χωρεῖ· εἰ δὲ ἦν ὑπὸ τῆς καρδίας ἐκπεμπόμενον, οὐκ ἂν διὰ τοῦ αἰδοίου ἐξῄει. καὶ μὴν ὑπὸ προαιρέσεώς γε τῆς ἡμετέρας ἐκπέμπεται. οὐκ ἄρα ἐν τῇ καρδίᾳ ἐστὶν ἡ προαίρεσις. οὕτω δὲ καὶ περὶ διαχωρήματος ἐρωτᾷν ἐγχωρεῖ. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο διὰ μὲν τῆς ἕδρας ὑπὸ τῆς ἡμετέρας προαιρέσεως πρώτης κινούσης ἐκπέμπεται, ἥτις, οἶμαι, καὶ τῶνποῤῥωτάτω κειμένων ἑαυτῆς δάκτυλον ὀντιναοῦν τῶν ἐν ποδὶ κινεῖ παραχρῆμα, μηδὲν ἐκ τοῦ

pe vefica fubjecta, a facultate autem, quae veficam in fe comprimit, ut urina exprimatur. Caeterum praepofitio a five pro ex five pro ab fit accepta, incertum eft. Si igitur loco ex capiatur, vera eft oratio. Erit enim rurfus hujufmodi: Si ex cerebro vox effet emiffa, non per afperam arteriam emitteretur. Quod fi in vicem praepofitionis a capiatur, falfa. Rurfus enim erit talis: Si a cerebro emitteretur, non per afperam arteriam exiret. Quod autem oratio hujufmodi vera non fit, nihil opus habeo, ut ego probem, fed illos ipfos de hoc fententiam ferre cenfeo. Urina per penem emittitur; quod fi a corde emitteretur, non per pudendum exiret. Quin et noftro arbitrio emittitur, non igitur in corde eft arbitrium. Sic autem et de recrementis alvi interrogare licet, etenim haec per fedem a noftra voluntate primo movente emittuntur; quae mea opinione etiam ex longiffime ab ea fitis quemlibet pedis digitum protinus mo-

διαστήματος ἐμποδιζομένη πρὸς τὸ τάχος. εἴτε γὰρ ἐν ἐγκεφάλῳ θείης, εἴτ᾽ ἐν καρδίᾳ τὴν προαίρεσιν, ἢ διάνοιαν, ἢ ὅ τί ποτε καὶ βούλει καλεῖν, οὐδὲν γὰρ εἰς τὰ παρόντα διαφέρει, χρόνος οὐδεὶς εὑρεθήσεται μεταξὺ γιγνόμενος τοῦ τε βουληθῆναι κινῆσαι τὸν δάκτυλον καὶ τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ, καθάπερ, οἶμαι, κἀπὶ τῆς αἰσθήσεως ἔχει. οὐ γὰρ οὖν οὐδ᾽ ἐπὶ ταύτης ἀναμεῖναι δεῖ χρόνον τινὰ τοῦ νύξαντος ἢ τρώσαντος, ἵν᾽ αἴσθηται τὸ ζῶον, ἀλλ᾽ ἅμα τε τὸ τέμνον τέμνει καὶ τὸ ζῶον αἰσθάνεται. καὶ τοῦτο βούλεταί γε Ζήνων καὶ Χρύσιππος ἅμα τῷ σφετέρῳ χορῷ παντὶ, διαδίδοσθαι τὴν ἐκ τοῦ προσπεσόντος ἔξωθεν ἐγγε[100]νομένην τῷ μορίῳ κίνησιν εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ψυχῆς, ἵν᾽ αἴσθηται τὸ ζῶον. ὡς οὖν οὐδείς ἐστι χρόνος αἰσθητὸς ἐν τῷ μεταξὺ τοῦ τρωθῆναί τε τὸ μόριον αἰσθέσθαι τε τὸ ζῶον, ὡσαύτως οὐδὲ τοῦ βουληθῆναι κάμψαι τὸν ἄνθρωπον δάκτυλον ἢ τὸν πόδα καὶ αὐτῆς τῆς ἐνεργείας· οὕτως οὐδὲ τοῦ βουληθῆναι τὸ οὖρον ἐκκρῖναι καὶ αὐτῆς τῆς ἐκκρίσεως,

vet, nihil ex intervallo ad celeritatem impedimenti accipiens. Sive enim in cerebro, ſive in corde poſueris voluntatem, aut mentem, aut quomodocunque volueris appellare, (nihil enim ad praeſens inſtitutum intereſt) nullum tempus reperietur interea tranſire, dum volueris digitum movere, et inter ipſius actionem, quemadmodum mea ſententia etiam in ſenſu habet. Non enim in hoc expectare oportet aliquod tempus punctionis aut vulnerationis, ut ſentiat animal, ſed ſimul et ſecans ſecat, et animal ſentit. Atque hoc volunt Zeno et Chryſippus una cum univerſo ſuo coetu, nempe motum, qui ex foris accidente in parte factus eſt, in animae principium diſtribui, quo animal ſentiat. Ut igitur nullum ſenſibile tempus eſt interea, dum pars vulneratur et animal ſentit, ita neque interim, dum homo digitum curvare vult aut pedem, et interim, dum actionem obit, tempus intercedit. Ita nec inter voluntatem conceptam urinae emittendae et ipſam excretionem, verum ſimul atque

Ed. Chart. V. [100.] Ed. Baf. I. (258.)

ἀλλ' ἅμα τε τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικὸν ἐβουλήθη καὶ τὰ τῆς αἰσθήσεως ἐνήργησεν ὄργανα. πῶς οὖν λύσομεν ἐκεῖνον τὸν λόγον, ὦ σοφώτατοι, εἰ δὲ ἦν ὑπὸ τῆς καρδίας ἐκπεμπόμενον τὸ οὖρον, οὐκ ἂν διὰ τοῦ αἰδοίου ἐξεκρίνετο; ἣν γὰρ ἂν εἴπητε λύσιν, ἐξέσται δήπου καὶ ἡμᾶς αὐτῇ χρήσασθαι. κατὰ μὲν δὴ τοὺς διαλόγους ἐκείνους ἀναγκάζειν χρὴ λύειν τὸν λόγον. ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἐγχωρεῖ ποιεῖν οὕτως, ἀλλὰ χρὴ τὴν λύσιν αὐτοὺς εἰπεῖν· οὐδὲν ἔχουσαν ἀποκεκρυμμένον ἢ μακρὸν ἢ χαλεπὸν, ἀλλ' ἐκ προχείρου φαινομένην. οὐδὲν γὰρ κωλύει, φήσομεν, ἐκ τῆς κύστεως ἐκκρίνεσθαι διὰ τοῦ αἰδοίου τὸ οὖρον, ἀρχὴν κινήσεως ἐπιπέμψαντος τοῦ ἡγεμονικοῦ, ἵνα συσταλῇ τὸ περιέχον ἀγγεῖον. λοιπὸν, εἴτ' ἐγκέφαλός ἐστιν, εἴτε καρδία τὸ τῆς ψυχῆς ἡγεμονοῦν, οὐδὲν οἶμαι διαφέρειν εἴς γε τὴν τοῦ προκειμένου λόγου διάλυσιν. ἄν τε γὰρ ἐγκέφαλος ᾖ, τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως αὐτὸς ἐπιπέμψει καὶ τοῖς τὸ οὖρον ἐκκρίνουσιν ὀργάνοις, καὶ τοῖς τὸ περίττωμα τῆς τροφῆς, καὶ τοῖς τὸ σκέλος κινοῦσι, καὶ τοῖς τὸν πόδα καὶ τοὺς δακτύλους, ἄν θ' ἡ

animae principatus voluerit, etiam fenfus organa operantur. Quomodo igitur fermonem illum, o viri fapientiffimi, folvemus, quod, fi urina a corde emitteretur, non per penem excerneretur? Quamcunque enim folutionem dixeritis, licebit nimirum et nos ea uti. Siquidem igitur cum praefentibus adverfariis difceptatio effet, illam rationem folvere cogere oporteret. Hic autem non ita licet facere, fed folutionem ipfos dicere convenit, quae nihil habet obfcurum aut prolixum aut difficile, fed prompte apparet. Nihil enim (dicemus) impedit ex vefica urinam per penem excerni, fi princeps animae pars motus initium immiferit, ut vas, quod continet, comprimatur. Reliquum, five cerebrum, five cor animae fit principatus, nihil opinor ad propofitae orationis diffolutionem referre. Sive enim cerebrum fit movendi principium, ipfum fufficiet inftrumentis et urinam alvique recrementa excernentibus, et crura et pedem et digitum

Ed. Chart. V. [100.] Ed. Baf. I. (258. 259.)

καρδία, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον. οὕτως, οἶμαι, καὶ τῆς φωνῆς ἐκπεμπομένης διὰ φάρυγγος, οὐδὲν κωλύει τὸν ἐγκέφαλον αἴτιον ὑπάρχειν τῆς πρὸ τῆς φάρυγγος κινήσεως. ὥστ᾽ ἴσον ἔτι μένει τὸ ζητούμενον ἐξ ἀρχῆς, οὐδὲν ἔκ γε τοῦ φαινομένου πρὸς οὐδέτερον τῶν δογμάτων ἐπικλίνειν. ὡς γὰρ ἐπὶ τῆς κατὰ τὴν κύστιν καὶ τὴν ἕδραν κινήσεως ἄδηλον ὑπῆρχε, πότερον ἐγκέφαλος ἢ καρδία τὴν ἀρχὴν ἔχει, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπί τε φωνῆς καὶ ἀναπνοῆς ὁμοίως ἔτ᾽ ἄδηλον, ὁπότερον τῶν σπλάγχνων ἔχει τὴν ἡγεμονίαν. ἀλλ᾽, ὡς εἴρηταί μοι καὶ πρόσθεν, ἡ τῆς θέσεως ἐγγύτης, (259) ἑκατέρους ἐξαπατῶσα, φαντασίαν ἀποτελεῖ τῶν λημμάτων, ὡς ἐπιστημονικῶν τε καὶ πρὸς ἀπόδειξιν ἐπιτηδείων. οὐ μὴν οὕτως γ᾽ ἔχει τἀληθές. ὅ τε γὰρ ἁπάντων ἀρχὴν ὑποτιθέμενος εἶναι τὴν καρδίαν οὐκ εὐλαβηθήσεται τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἐγγύτητα, ὡς μὴ καὶ τούτους ἀπ᾽ ἐκείνης ὥσπερ πηγῆς τινος ἀρύεσθαι φάναι τὴν αἴσθησίν τε καὶ κίνησιν, ὅ τε τὸν ἐγκέφαλον οὐκ ἄλλο τι μόριόν φησιν ἀρχὴν εἶναι τῆς τῶν ἀναπνευστικῶν τε καὶ φωνητικῶν ὀργάνων κινήσεως,

moventibus, ſive cor, eodem modo. Ita, arbitror, et voce per aſperam arteriam emiſſa, nihil prohibet cerebrum motus aſperae arteriae eſſe cauſam: quare par adhuc manet quaeſtio ab initio inſtituta, nihil ex eo, quod apparet, ad alterutrum dogma inclinare. Sicut enim in veſicae et ſedis motu incertum erat, cerebrumne an cor principatum obtineret, eodem modo in voce et reſpiratione ſimiliter adhuc obſcurum eſt, utrum viſcus principatum habeat. Sed, ut a me dictum eſt jam antea, ſitus vicinitas utriſque imponens ſumptionum tanquam ſcientificarum et ad demonſtrationem convenientium imaginem exhibet; non tamen ita rei veritas ſe habet. Etenim qui omnium originem cor eſſe ſtatuit, non verebitur oculorum vicinitatem, tanquam non et hos dicat ab illo ceu fonte quodam ſenſum motumque haurire; qui cerebrum ponit, non aliam quampiam partem reſpiratoriorum et vocalium inſtrumentorum motus principium

Ed. Chart. V. [100. 101.] Ed. Baf. I. (259.)

ἀλλ' ἐκεῖνον, ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐξηγεῖσθαι τῆς κατὰ προαίρεσιν κινήσεως, οὕτως καὶ τοῖσδε. ἅπερ οὖν ἐν ταῖς περὶ τῆς ἀποδείξεως μεθόδοις ἐδιδάχθημεν καθόλου, ταῦθ' εὑρίσκεται κατὰ μέρος ἐπὶ πάσης ὕλης πραγμάτων ἀληθεύοντα. χρὴ γὰρ οὐκ ἀπὸ πάντων τῶν ὑπαρχόντων τῷ προκειμένῳ πράγματι τἀληθὲς λαμβάνειν, ἀλλ' ἀπὸ μόνου τοῦ συνημμένου τῷ προβλήματι. Ζήνων δὲ καὶ Χρύσιππος καὶ Διογένης οἵ τ' ἄλλοι Στωϊκοὶ, κἂν μυριάκις ἐπὶ τῷ λόγῳ θαῤῥῶσιν, οὐχ εὕρωσιν ἀπολογήσασθαι περὶ τῶν ἁμαρτημάτων αὐτοῦ. τὸ γάρ τοι δεύτερον λῆμμα τὸ κατ' αὐτὸν, εἰ μὲν ἀκριβῶς τε ἅμα καὶ σαφῶς καὶ διωρισμένως εἴρητο, τῶν ἐκ δευτέρου γένους ἓν ἂν ἐφωράθη πάντως ὑπάρχον· ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸ τῆς λέξεως σχῆμα πεπανουργημένην ἀμφιβολίαν ἐπεσπάσατο, τοῦ τετάρτου γένους ἐν τούτῳ μετέσχεν. εἰ μὲν οὖν γινώσκων αὐτοῦ τὴν πανουργίαν ὁ Ζήνων ἑκὼν παρεχρήσατο, σοφιστὴς ἂν εἴη τις μᾶλλον ἢ φιλόσοφος· εἰ δὲ ἀγνοήσας ἄκων [101] ἐχρήσατο, λογικῆς θεωρίας ἀγύμναστος. ἀλλ' ἡμεῖς γε μήθ' ἑκόντες ποτὲ τοιούτοις

esse dicit, sed illud, quemadmodum aliis omnibus, ita et his motum arbitrarium suppeditare. Quae igitur in methodis de demonstratione universaliter docuimus, haec particulatim in omni rerum materia vera deprehenduntur; quippe non ab omnibus, quae rei propositae insunt, veritatem capere oportet, sed ab eo solo, quod problemati conjunctum est. Zeno autem, Chrysippus et Diogenes aliique Stoici, etsi millies rationi confidant, non possent defensionem errorum ipsius invenire. Nam secunda sumptio, quae per se sumitur, siquidem exacte simul et manifeste ac distincte dicta esset, ex secundo sumptionum genere una omnino esse deprehenderetur. Quoniam vero juxta dictionis figuram captiose structam ambiguitatem contraxit, in quartum genus hac de causa transivit. Si itaque vafritiam subdolam ipsius cognoscens Zeno sponte usus fuisset, sophista potius aliquis quam philosophus haberetur: si ignorans et invitus, logicae speculationis imperitus inexercitatusque. Verum nos neque

χρησαίμεθα λόγοις, ἐχθροῦ γὰρ ἀληθείας ἀνδρὸς τὸ πανούργημα, μήτ᾽ ἄκοντες ὑπὸ ἀμαθίας τε ἅμα καὶ ἀγυμνασίας ἐμπίπτοιμεν εἰς αὐτούς. ὁμοίαν δὲ ἔχει τῷ δευτέρῳ λήμματι καὶ τὸ τέταρτον ἀτοπίαν, ἐν ᾧ φησιν, ὁ λόγος ἀπὸ διανοίας χωρεῖ. ὁ γάρ τοι λόγος οὗτος, ἡ σημαίνουσα φωνὴ ὑπὸ μὲν τῆς διανοίας ἐκπέμπεται, καθάπερ καὶ τἆλλα πάντα τὰ κατὰ προαίρεσιν ἐνεργούμενα, οὐ μὴν ἐκ τῆς διανοίας γε, ἀλλὰ ἐκ τοῦ λάρυγγος. ἔμπροσθεν δὲ οὐδέπω φωνὴ τὸ ἀναφερόμενόν ἐστιν, ἀλλ᾽, ὡς ἔφαμεν, ὕλη τις οἰκεία φωνῆς, ἣν ὀνομάζομεν ἐκφύσησιν. ἐκπέμπεται δὲ ἐκ τῶν κατὰ πνεύμονα τραχειῶν ἀρτηριῶν, ὧν οὐδεμία τῆς καρδίας ἅπτεται. ὁ μὲν οὖν Ζήνων, εἴτε ἄκων εἴτε ἑκὼν ἀσαφεῖ τῇ λέξει χρησάμενος, εἰς τὸ τέταρτον εἶδος ἐκπέπτωκε τῶν λημμάτων, ὁ Διογένης δὲ τὰ πολλὰ μὲν εἰς τὸ δεύτερον, ἅπαξ δέ που καὶ αὐτὸς εἰς τὸ τέταρτον. ὅταν μὲν γὰρ λέγῃ, ὅθεν ἡ φωνὴ ἐκπέμπεται, καὶ ὅταν, ἡ δὲ φωνὴ οὐκ ἐκ τῶν κατὰ τὴν κεφαλὴν τόπων ἐκπέμπεται, ἀλλὰ φανερῶς ἐκ τῶν κάτω μᾶλλον,

ſponte unquam ejuſmodi ſermonibus uſi ſumus, (etenim vaſritia ſubdola et improba viri eſt hoſtis veritatis,) neque imprudentes prae inſcitia ſimul et exercitationis inopia in ipſos incidimus. Porro ſimilem ſecundae ſumptioni etiam quarta obtinet abſurditatem, in qua dicit, *Sermo a mente procedit.* Siquidem hic ſermo aut vox ſignificans a mente emittitur, quemadmodum etiam alia omnia, quae ſecundum voluntatem fiunt, non tamen ex mente, ſed ex larynge. Prius autem nondum vox id, quod effertur, exiſtit, ſed, ut diximus, materia quaedam vocis propria, quam efflationem nuncupamus. Emittitur autem ex aſperis pulmonis arteriis, quarum nulla cor attingit. Itaque Zeno, ſive imprudenter ſive de induſtria obſcura dictione uſus eſt, in quartam ſumptionum ſpeciem incidit, Diogenes autem plerumque in ſecundam, ſemel autem et ipſe in quartam. Quum enim dicit, Vnde vox emittitur, et quando ait, Vox non ex capitis locis emittitur, ſed palam ex inferioribus potius,

Ed. Chart. V. [101.] Ed. Baſ. I. (259.)

ἐκ τοῦ δευτέρου γένους τῶν ἐπιχειρημάτων χρῆται τοῖς λήμμασιν. ὅταν δὲ φῇ, τὸν λόγον ἀπὸ διανοίας ἐκπέμπεσθαι, δέον ὑπὸ διανοίας φάναι, τῷ τετάρτῳ χρῆται γένει τῶν ἐπιχειρημάτων. ὁ δὲ ἔλεγχος καὶ τῶν τούτου σφαλμάτων ὁ αὐτὸς τῷ προγεγραμμένῳ κατὰ τὸν τοῦ Ζήνωνος λόγον. οὕτω δὲ καὶ ὁ Χρύσιππος ἐπειδὰν μὲν λέγῃ καὶ ἐξ οὗ ὁ λόγος ἐκπέμπεται, ἐκεῖνο εἶναι τὸ κυριεῦον τῆς ψυχῆς μέρος, ἀντιληψόμεθα τοῦ λόγου καὶ φήσομεν, ὑφ᾽ οὗ μὲν ὁ λόγος ἐκπέμπεται, τὸ κυριεῦον ὑπάρχειν, οὐ μὴν ἐξ οὗ γε. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, κἀπειδὰν εἴπῃ, τὸ γὰρ ὅλον ὅθεν ὁ λόγος ἐκπέμπεται, ἐκεῖσε δεῖ καὶ τὸν διαλογισμὸν γίνεσθαι, οὐχ ὅθεν φήσομεν, ἀλλ᾽ ὑφ᾽ οὗ μέρους ὁ λόγος ἐκπέμπεται, καὶ τὸ λογίζεσθαι κατ᾽ ἐκεῖνό τε καὶ ἐν ἐκείνῳ γίγνεσθαι. δῆλον γὰρ δὴ, ὅτι τὸ ἐκεῖσε ἀντὶ τοῦ ἐκεῖ ὁ Χρύσιππος εἴρηκεν, ὅπερ ἴσον δύναται τῷ ἐν ἐκείνῳ τῷ μέρει τοῦ σώματος. οὐ γὰρ δὴ τό γε εἰς ἐκεῖνο τὸ μόριον ἡγητέον αὐτὸν βούλεσθαι δηλοῦν ἐν τῷ λέγειν ἐκεῖσε, κἂν ὅτι μάλιστα τὸ μὲν ἐκεῖσε εἰς τόπον ᾖ δηλοῦν, τὸ δὲ ἐκεῖ ἐν

ex ſecundo genere argumentorum ſumptionibus utitur. Quando autem inquit, ſermonem a mente emitti, quum oporteret dicere abs mente, quarto genere argumentationum utitur. Hujus errorum redargutio eadem eſt, qua Zenonis ſermonen reprehendimus. Sic autem et Chryſippus quum dicat etiam, ex quo ſermo emittitur, illam eſſe principem animae partem, ſermonem reciproce et ex adverſo accipiemus, dicemuſque, abs quo ſermo emittitur, illud principatum exiſtere, non tamen ex quo. Ad eundem modum quum inquit, in totum unde ſermo emittitur, illinc oportet et ratiocinationem fieri, non unde dicemus, ſed abs qua parte ſermo emittitur, ſecundum illam quoque ratiocinandi vim et in illa fieri. Conſtat enim, quod loco illic Chryſippus illuc dixit, quod aequipollet ei, quod eſt in illa corporis parte. Non enim putandum eſt, voluiſſe eum indicare in illam particulam, quum dixit illuc, quamvis praecipue hoc illuc

Ed. Chart. V. [101.] Ed. Baſ. I. (259.)

τόπῳ. σολοικίζειν γὰρ μᾶλλον ὑποληπτέον ἐν τῇ φωνῇ τὸν Χρύσιππον, ἤπερ οὕτω προφανῶς ἀδιανόητα λέγειν. τὸ μὲν γὰρ ἱκανῶς σύνηθες αὐτῷ καὶ μόνον οὐ καθ᾽ ἑκάστην ῥῆσιν γινόμενον, τὸ δ᾽ ἀδιανόητα λέγειν οὐδαμῶς. ἐνίοτε γάρ που καὶ ψευδῆ λέγει, καθάπερ καὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ἀλλ᾽ οὐκ ἀδιανόητά γε. διαφέρει γὰρ πάμπολυ τὸ ψεῦδος τοῦ ἀδιανοήτου. ἐπεὶ τοίνυν τὸ ἐκεῖσε ἀντὶ τοῦ ἐν ἐκείνῳ πιθανώτερόν ἐστιν εἰρῆσθαι πρὸς τοῦ Χρυσίππου, γένοιτ᾽ ἂν ἡ ῥῆσις εἰς τὴν τῶν Ἑλλήνων διάλεκτον μεταληφθεῖσα τοιάδε· ὅθεν ὁ λόγος ἐκπέμπεται, ἐκεῖ δεῖ καὶ τὸν διαλογισμὸν γίγνεσθαι, τουτέσιν ἐν ἐκείνῳ τῷ μορίῳ. τοῦτο δὲ φήσομεν ἄντικρυς εἶναι ψεῦδος. οὐ γάρ, εἴ τι κατὰ προαίρεσιν ἔκ τινος ἐκπέμπεται, κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ μόριον δείκνυται τὴν διάνοιαν ὑπάρχειν, καθάπερ οὐδὲ τὸ οὖρον, οὐδὲ τὸ πτύελον, οὐδὲ ἡ κόρυζα, οὐδὲ τὸ ἀποπάτημα. φαίνεται τοίνυν τοῦτο σφῆλαν τόν τε Ζήνωνα πρῶτον καὶ μάλιστα, καὶ μετ᾽ αὐτὸν ἤδη τοὺς ἄλλους Στωϊκούς, οὐχ

ad locum ſignificat, illic autem in loco. Etenim putandum eſt potius Chryſippum in voce ſoloeciſmum committere, quam tam manifeſte incomprehenſibilia dicere. Quippe hoc ipſi ſatis peculiare et tantum non in unaquaque dictione committitur, incomprehenſibilia vero dicere nequaquam. Aliquando enim falſa dicit, quemadmodum et in hoc ſermone, ſed non quae non poſſint comprehendi. Differt enim plurimum falſum ab eo, quod nequit intelligi. Quoniam igitur illuc pro illic dictum eſſe a Chryſippo probabilius eſt, oratio in Graecorum proprietatem tranſſumpta talis fuerit: Unde ſermo emittitur, illic oportet et ratiocinationem fieri, hoc eſt, in illa particula; ſed mendacium id manifeſto eſſe dicemus. Non enim, ſi quid juxta voluntatem ex aliquo emittitur, in illa particula mentem eſſe oſtendit, ſicut neque urina, neque ſputum, neque mucor, neque alvi ſedimentum. Apparet autem, hoc feſelliſſe Zenonem primum et praecipue, et poſt eum jam alios Stoïcos, maxime vero et

Ed. Chart. V. [101. 102.] Ed. Baf. I. (259.)

ἥκιστα δὲ καὶ τὸν Χρύσιππον ὅσον γε ἐπὶ τῇ προγεγραμμένῃ ῥήσει. κατὰ μὲν γὰρ ἄλλην τινὰ μετ᾽ οὐ πάνυ πολὺ ταύτης γεγραμμένην ἠναγκάσθη τὸ ἀληθὲς ὁμολογῆσαι. ἀναγκασθῆναι δὲ εἶπον, ὅτι λόγον ἕτερον ἀνατρέψαι βου-[102]λόμενος ὡς οὐκ ἀληθῆ, κᾄπειτα τὸ τῆς ἀντιλογίας εἶδος αἰσθόμενος οὐδὲν ἧττον ἐπιστρέφον καὶ καθ᾽ ἑαυτοῦ, συνανατρέψαι καὶ τὸν ἴδιον οὐκ ὤκνησε τῷ τῶν ἑτεροδόξων. ἐχρῆν δ᾽ αὖ ἢ μὴ ταῦτα γράφειν, ἢ μὴ ἐκεῖνα, καὶ μάλιστα πλησίον οὕτως ἀλλήλων. εἰ μὲν γὰρ ἀληθὴς οὗτος ὁ λόγος, οὐκ ἀληθὴς ἐκεῖνος, εἰ δ᾽ ἐκεῖνος ὑγιὴς, κίβδηλος οὗτος. ἡμεῖς μὲν οὖν ἐπιστημονικαῖς μεθόδοις γυμνασάμενοι γνωρίζειν τε καὶ διακρίνειν δυνάμεθα τόν τε ἀληθῆ καὶ τὸν ψευδῆ· τοῖς δ᾽ ἀγυμνάστοις οὐ σμικρὸν ἂν εἴη ζήτημα, πότερον αὐτῶν ἕλωνται. παραγράψω δὲ καὶ τὴν ῥῆσιν αὐτὴν, ἐν ᾗ δείκνυσιν ὁ Χρύσιππος, ὡς οὐκ ἔστιν ὁ προγεγραμμένος λόγος ἀποδεικτικός. ἔστι δὲ τοιάδε. ἔχει δ᾽, ὡς ἔφην πλείονα αὐτοῖς ἐπὶ πᾶσι, μή ποτ᾽ εἰ καὶ τοῦτο δοθείη, καθάπερ ἐπιπορεύονται ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἶναι τὴν

Chryfippum, quantum ad commemoratam prius orationem pertinet. Nam in alia quadam non multo poft fubfequente coactus eft verum fateri. Coactum effe dixi, quod alium fermonem evertere cupiens, ceu non verum, deinde contradictionis fpeciem fentiens nihilominus fubvertentem, et contra feipfum non veritus eft fuum fimul cum fententia contra opinantium fermonem evertere. Oportebat autem aut non haec, aut non illa fcribere, et praefertim tamfibi invicem propinqua. Si etenim verus hic fermo eft, non verus ille; quod fi ille fanus, hic corruptus erit. Quare nos fcientificis methodis exercitati cognofcere poffumus et difcernere verum a falfo. At inexercitatis non parva erit quaeftio, utrum ipforum eligere debeant. Adfcribam vero et verba ipfa, quibus oftendit Chryfippus, fermonem fupra comprehenfum non effe demonftratorium; funt autem ejufmodi. *Res autem fe habet, ut ipfis dixi faepius, praeter haec omnia fortaffe etiam fi detur, ut poftulatur, a capite provenire prin-*

ἀρχὴν ἐπὶ τὰ εἰρημένα μέρη ἐπιζητήσομεν. σχεδὸν γὰρ, οἷα ἄν τινα λέγῃ περὶ τοῦ τὴν φωνὴν ἐκ τοῦ στήθους φέρεσθαι διὰ τῆς φάρυγγος ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ποιᾶς τινος καταρχῆς γιγνομένης, τοιαῦτ᾽ ἔξεστι λέγειν, ἐν τῇ καρδίᾳ μὲν τοῦ ἡγεμονικοῦ ὄντος, τῆς δὲ τῶν κινήσεων ἀρχῆς ἀπὸ τῆς κεφαλῆς οὔσης. ὃ δὴ γὰρ βούλεται λέγειν ὁ Χρύσιππος ἐν τῇδε τῇ ῥήσει, τοιοῦτόν ἐστιν. εἰ καὶ συγχωρήσειέ τις, ἀρχὴν εἶναι νεύρων τὴν κεφαλὴν, οὐ πάντως ἐν αὐτῇ συγχωρήσει τὸ ἡγεμονικὸν ὑπάρχειν. ἃ γὰρ ἐκεῖνοι δύνανται λέγειν ὑπὲρ τοῦ τὴν φωνὴν ἐκ τοῦ στήθους διὰ τῆς φάρυγγος ἐκφέρεσθαι, τὴν ἀρχὴν τῆς ἐνεργείας τοῖς μορίοις ἐπιπεμπούσης τῆς κεφαλῆς, τοιαῦτ᾽ ἔξεστι λέγειν ὑπὲρ τῶν νεύρων ἡμῖν, ὡς ἐκ μὲν τῆς κεφαλῆς ἀρχομένων, ἀπὸ δὲ τῆς καρδίας τὴν ἐνέργειαν ἐχόντων. ὥσθ᾽, ὅτι δυνατόν ἐστιν ἐκ τοῦ στήθους τε καὶ διὰ τῆς φάρυγγος ἐκπέμπεσθαι τὴν φωνὴν, ἀρχὴν τῆς κινήσεως τοῖς ἐνταῦθα μορίοις παρεχούσης τῆς κεφαλῆς, (260) αὐτὸς ὁ Χρύσιππος ὡμολόγησεν. οὔκουν χρηστέον ἐστὶν ὡς ἀποδεικτικῷ τῷ λόγῳ, καθάπερ οἱ πλεῖστοι

cipium in praedictas partes adhuc inquiremus. Fere enim, quaecunque dixerint aliqui de eo, quod vox ex pectore fertur per asperam arteriam, a capite certo quodam principio facto, talia licet dicere, in corde quidem principatu animae existente, motuum vero initio a capite veniente. Quod sane Chrysippus hac oratione vult dicere, tale est. Si etiam concesserit aliquis, principium esse nervorum caput, non omnino principatum in eo esse concesserit. Quae enim illi possunt dicere de eo, quod vox ex pectore per asperam arteriam effertur, capite initium actionis transmittente partibus, talia licet de nervis nobis dicere tanquam a capite procedentibus, a corde autem actionem habentibus. Quapropter quod vox ex pectore et per asperam arteriam emittatur, capite initium motus partibus indidem exhibente, Chrysippus ipse fieri posse confessus est. Non igitur ea ratione tanquam demonstratoria utendum est, quemadmodum plurimi Stoïco-

Ed. Chart. V. [102.] Ed. Bas. I. (260.)

τῶν Στωϊκῶν ὑπειλήφασιν. ἐπιχειρεῖται γὰρ, ὡς εἶπον, ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν θέσιν ἐγγύτητος, ὅθεν καὶ λείπειν ἡγητέον τῷ τοῦ Ζήνωνος λόγῳ λήμματα πρὸς τὸ τελέως ἠρωτῆσθαι. δειχθείη δὲ ἂν ἐναργέστερον τοῦτο, τῶν λημμάτων μεταληφθέντων ἐπὶ τὸ σαφέστερον, ὡς εἶναι τὸν λόγον τοιόνδε· φωνὴ διὰ φάρυγγος ἐκπέμπεται. εἰ δὲ ἦν ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου ἐκπεμπομένη, οὐκ ἂν διὰ φάρυγγος ἐξεπέμπετο. ὅθεν δὲ λόγος, καὶ φωνὴ ἐκεῖθεν ἐκπέμπεται. λόγος δὲ ἐκ διανοίας ἐκπέμπεται. ὥστ᾽ οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἡ διάνοια. τὸ μὲν οὖν πρῶτον λῆμμα τῶν πρὸς αἴσθησιν ἐναργῶν ἐστιν, ὥστ᾽ οὐδ᾽ ἀποδείξεως αὐτὸ δεῖται. πιστὰ γὰρ ἐξ αὑτῶν ὑπάρχει πάντα τὰ πρὸς αἴσθησιν ἐναργῆ. τὸ δὲ δεύτερον οὔτε τῶν πρὸς αἴσθησιν οὔτε τῶν πρὸς νόησιν ἐναργῶν ἐστι. τὴν ἀρχὴν γὰρ οὐδὲ ἐκ τῶν πρώτων ἀξιωμάτων ὑπάρχει. ἀλλ᾽ ἐχρῆν ὧδέ πως ἐρωτηθῆναι τὸν λόγον, εἴπερ ἐκ τῶν πρώτων τε καὶ ἀποδεικτικῶν ἤμελλεν ἄρχεσθαι. φωνὴ διὰ φάρυγγος ἐκπέμπεται. πᾶν δὲ τὸ διά τινος ἐκπεμπόμενον ἐκ τῶν συνεχῶν αὐτῷ μορίων ἐκπέμπεται.

rum crediderunt. Siquidem argumentatur, ut dixi, a ſitus vicinitate; unde etiam Zenonis rationi deeſſe ſumptiones ad abſolutam quaeſtionem exiſtimandum eſt. Id autem evidentius oſtendi poterit ſumtionibus ad manifeſtius tranſlatis, ut ratio ſit hujuſmodi. Vox per aſperam arteriam emittitur; quod ſi ex cerebro emitteretur, non per aſperam arteriam exierit. Unde autem ſermo, illinc etiam vox emittitur; ſermo autem ex mente emittitur; quare mens non eſt in cerebro. Prima itaque ſumptio ex evidentibus ſenſui eſt; ideo neque demonſtratione ipſa indiget; etenim omnia ſenſui manifeſta ex ſeipſis fidem faciunt. Secunda vero neque ſenſui neque intellectui evidentium numero aſcribitur, imo ne ex primis quidem axiomatibus exiſtit. Verum hoc pacto ſermonem inſtituere conveniebat, ſiquidem ex primis et demonſtratoriis incepturus erat. Vox per aſperam arteriam emittitur. Omne autem, quod per aliquod emittitur, ex partibus ipſi continuis emittitur. Cerebrum au-

οὐκ ἔστι δὲ ἐγκέφαλος τῇ φάρυγγι συνεχής· οὐκ ἄρα ἐξ ἐγκεφάλου ἐκπέμπεται. μετὰ δὲ τοῦτον τὸν λόγον αὖθις ἕτερον ἐχρῆν ἐρωτᾶσθαι, τὸ συμπέρασμα λῆμμα ποιησάμενον, ὡς εἶναι τοιόνδε. τὸ ὅθεν ἡ φωνὴ ἐκπέμπεται, ἐκεῖθεν καὶ ἡ σημαίνουσα φωνὴ, τουτέστιν ὁ λόγος. ἐκ δὲ διανοίας ὁ λόγος ἐκπέμπεται, ἀλλ' οὐκ ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου· οὐκ ἄρα ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἐστὶν ἡ διάνοια. οὕτω μὲν ἐχρῆν ἠρωτῆσθαι τοὺς λόγους ὑπὸ τοῦ Ζήνωνος, εἰ μηδὲν τῶν λημμάτων ἤμελλεν μήτε παραλειφθήσεσθαι, μήτε ἐκ περιττοῦ παραληφθήσεσθαι. ἔνεστι δὲ καὶ συντομώτερον ἔτι κατὰ τόνδε τὸν λόγον ἐρωτῆσαι, [103] συνθέντα τοὺς λόγους ἀμφοτέρους ἐς ταὐτόν. ὁ λόγος διὰ φάρυγγος ἐκπέμπεται. πᾶν δὲ τὸ διά τινος ἐκπεμπόμενον ἐκ τῶν συνεχῶν αὐτῷ μορίων ἐκπέμπεται. ὥστε καὶ ὁ λόγος ἐκ τῶν συνεχῶν τῇ φάρυγγι μορίων ἐκπέμπεται. ἐγκέφαλος δὲ οὐκ ἔστι συνεχὴς τῇ φάρυγγι· οὐκ ἄρα ἐξ ἐγκεφάλου ὁ λόγος ἐκπέμπεται. ἀλλὰ ἐκ τῆς διανοίας ἐκπέμπεται· οὐκ ἄρα ἐν ἐγκεφάλῳ ἐστὶν ἡ διάνοια. ἔξεστι δὲ δηλονότι καὶ τὸ κυριεῦον

tem arteriae afperae non eft continuum: ergo ex cerebro non emittitur. Poft hanc rationem rurfus aliam proponere oportebat, conclufionem fumptionis loco ponendo ad hunc modum. Unde vox emittitur, illinc et fignificativa vox, hoc eft oratio: ex mente autem oratio emittitur, non autem ex cerebro: igitur mens non eft in cerebro. Ita fane conveniebat Zenonem rationes inftituiffe, fi nulla fumptio neque praetermittenda erat, neque fupra modum affumenda. Jam vero licet adhuc compendiofius ad hunc modum difceptare, utraque ratione in idem collecta. Sermo per afperam arteriam emittitur. Omne autem, quod per aliquod emittitur, ex partibus ipfi continuis emittitur; quare et fermo ex partibus afperae arteriae continuis emittitur; at cerebrum afperae arteriae non eft continuum; non igitur ex cerebro fermo emittitur, fed ex mente; non ergo in cerebro mens eft. Licet nimirum et principem animae partem

Ed. Chart. V. [103.] Ed. Bas. I. (260.)

εἰπεῖν ἀντὶ τοῦ τῆς διανοίας ὀνόματος. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ἡγεμονικὸν, καὶ τὸ ἡγεμονοῦν, καὶ τὸ ἡγούμενον, καὶ τὸ δεσπόζον, καὶ τὸ ἄρχον, καὶ τὸ λογιζόμενον, καὶ τὸ νοοῦν, καὶ τὸ φρονοῦν. οὐδὲν γὰρ διαφέρειν ἡγητέον, ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλοι, ταὐτὸ φυλάττων τὸ ὑποκείμενον πρᾶγμα. εἰ οὕτως ἅπαντες ἠρωτήκεσαν τὸν λόγον, καὶ μὴ τὸ ἀναγκαιότατον τῶν λημμάτων παρελελοίπεσαν, ἐν ᾧ δηλοῦται τὸ πᾶν, τὸ διά τινος ἐκπεμπόμενον, ἐκ τῶν συνεχῶν αὐτῷ μορίων ἐκπέμπεσθαι, τὰ δὲ οὐκ ἀναγκαῖα μὴ μάτην προςτεθείκεσαν, εὐφώρατος ἂν ἦν ὁ λόγος, ἀπό τε τῆς θέσεως ἐπιχειρεῖν ὡρμημένος, οὐκ ἀποδεικνύς τε τὸ προκείμενον. εἰ μὲν γὰρ ἡ ἐξ πρόθεσις ἐγκέοιτο κατὰ τὸ λῆμμα τὸ λέγον, ἐκ τῆς διανοίας ἐκπέμπεσθαι τὸν λόγον, ψευδὲς εἶναι φήσομεν αὐτό· μὴ γὰρ ἐκ τῆς διανοίας, ἀλλ' ὑπὸ τῆς διανοίας αὐτὸν ἐκπέμπεσθαι. εἰ δὲ τὴν ὑπὸ πρόθεσιν ἐκ τῆς ἀπὸ δηλουμένην νομίζομεν, ὡς εἶναι τὸ λῆμμα τοιοῦτον, ὁ λόγος ὑπὸ τῆς διανοίας ἐκπέμπεται, τὸ μὲν λῆμμα φήσομεν ἀληθὲς ὑπάρχειν, ἀπέραντον δὲ εἶναι τὸν λόγον, ὡς ἂν μηκέτι πάντων τῶν λημμάτων ὁμοίως ἠρωτη-

dicere loco nominis mentis. Pari modo dominantem, imperantem, praesidentem, et ratiocinantem, intelligentem. Nihil enim differre putandum, quocunque modo velis appellare, si rem subjectam eandem serves. Quod si ita omnes rationem instituissent, neque maxime necessariam sumptionum omisissent, in qua res omnis manifestatur, videlicet, quod per aliquod emittitur, ex partibus ipsi continuis emitti, temere autem non necessaria nequaquam adjecissent, facile erat deprehendere, argumenta a situ procedere, nec rem propositam demonstrare. Nam si praepositio ex in sumptione sermonem mente emitti dicente ponatur, falsam ipsam esse dicemus; non enim ex mente, sed abs mente ipsam emitti. At si abs praepositionem significari pro a existimemus, ut sit talis sumptio, Sermo abs mente emittitur, sumptionem veram esse pronunciabimus, caeterum orationem nihil concludere, tanquam non omnibus sumptionibus similiter enun-

μένων, ἀλλὰ τῶν μὲν τὴν ἐξ, τῶν δὲ τὴν ὑπὸ πρόθεσιν ἐχόντων. εἰ δέ γε πάνθ' ὁμοίως ἐρωτηθείη, κατὰ μὲν τὴν ἐξ πρόθεσιν ἐν τῷ προτέρῳ λήμματι γενήσεται τὸ ψεῦδος, κατὰ δὲ τὴν ὑπὸ τοῦτο μὲν ἀληθὲς ἔσται, τὸ καθόλου δὲ τὸ παραλελειμμένον ὑπ' αὐτῶν, ὡσαύτως δὲ τὸ κατὰ μέρος ἄμφω ψευδῆ. τὸ μὲν γὰρ καθόλου γενήσεται τοιοῦτον. ἅπαν τὸ διά τινος ἐκπεμπόμενον ὑπὸ τῶν συνεχῶν αὐτῷ μορίων ἐκπέμπεται, τὸ δὲ κατὰ μέρος, ὁ λόγος, ὑπὸ τῶν τῇ φάρυγγι συνεχῶν μορίων ἐκπέμπεται. οὐ γὰρ ὑπὸ τῶν συνεχῶν, ἀλλ' ἐκ τῶν συνεχῶν ἀληθῶς ἂν λέγοιτο. δέδεικται τοίνυν ἤδη σαφῶς τὸ κυριώτατον τῶν λημμάτων παραλελειμμένον αὐτοῖς, ἢ ἑκοῦσι σοφιστικῶς, ἢ ἄκουσιν ὑπὸ ἀγυμνασίας τῆς μεθόδου. διὸ καὶ παρακρούονται τὸν ἀκροατὴν, οὐ δυνάμενον ἀκριβῶς διελέσθαι, πότερον τῶν λημμάτων ἐστὶν ἀληθὲς, εἴτε τὸ κατὰ τὴν ἐξ πρόθεσιν ἠρωτημένον, εἴτε τὸ κατὰ τὴν ὑπό· τὴν ἀρχὴν μὲν γὰρ οὐδὲ λέγουσιν αὐτὸ κατά γε τὴν λέξιν, εἰς δέ γε τὴν σύστασιν τοῦ λόγου παντὸς, ὡς εἰρηκότες, προσχρῶνται·

ciatis, ſed aliis praepoſitionem ex, aliis abs habentibus. Quod ſi omnia ſimiliter pronuncientur ſecundum praepoſitionem ex, in priore ſumptione falſitas judicabitur, ſi juxta praepoſitionem abs, haec quidem vera erit, generalis autem ab ipſis relicta. Pari modo particularis, ambaeque falſae erunt. Etenim univerſalis ejuſmodi evadet. Omne, quod per aliquid emittitur, abs partibus ei continuis emittitur, particularis autem, ſermo, abs partibus, quae in aſpera arteria cohaerent, emittitur; non enim abs continuis, ſed ex continuis vere dicetur. Oſtenſum itaque jam manifeſto eſt, principaliſſimam ſumptionem ab ipſis eſſe praetermiſſam, vel quia cavillandi ſtudio hoc ſponte voluerunt, vel quia inexercitati in arte inviti omiſerunt. Unde etiam fallunt auditorem, qui exacte nequeat diſtinguere, utra ſumptionum vera exiſtat, ſive ea, quae juxta praepoſitionem ex enunciatur, ſive quae ſecundum abs, neutiquam enim ipſam ad verbum dicunt, verum ad totius ſermonis conſtitutionem, tanquam

τὸ γὰρ, εἰ δ᾽ ἦν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου ἐκπεμπομένη, οὐκ ἂν διὰ φάρυγγος ἐξεπέμπετο, κατὰ τὴν τοῦ παραλελειμμένου λήμματος δύναμιν ἀληθὲς εἶναι φαντάζεται. πᾶσιν οὖν τοῖς ἁμαρτήμασιν ὁ τοῦ Ζήνωνος λόγος ὑπεύθυνός ἐστι κατὰ τὸ δεύτερον τῶν λημμάτων τὸ νυνί μοι λελεγμένον· πρῶτον μὲν, ὅτι τὴν ἀπὸ πρόθεσιν ἐν αὐτῷ παρέλαβε, δέον ἤτοι τὴν ἐξ, ἢ τὴν ὑπό· δεύτερον δ᾽, ὅτι τὰ κυριώτατα παρέλιπε, τό τε καθόλου, τὸ πᾶν δὲ τὸ διά τινος πεμπόμενον ἐκ τῶν συνεχῶν μορίων αὐτῷ ἐκπέμπεται, τό τε κατὰ μέρος, ὅτι ἡ φωνὴ καὶ ὁ λόγος ἐκ τῶν συνεχῶν τῇ φάρυγγι μορίων ἐκπεμφθήσεται. τούτων γὰρ οὕτω διορισθέντων, εἰ μὲν κατὰ τὴν ἐξ πρόθεσιν ἅπαντα ἐρωτηθείη τὰ λήμματα, ψεῦδος ἔσται τὸ τὸν λόγον ἐκ τῆς διανοίας ἐκπέμπεσθαι· εἰ δὲ κατὰ τὴν ὑπὸ, τό τε καθόλου τὸ νυνὶ λεγόμενον, τὸ πᾶν διά τινος ἐκπεμπόμενον ὑπὸ τῶν συνεχῶν ἐκπέμπεσθαι, καὶ τὸ κατὰ μέρος, τὸ τὸν λόγον ὑπὸ τῶν ἐν τῇ λάρυγγι μορίων ἐκπέμπεσθαι. [104] εἰ δὲ μικτῶς ἐρωτηθείη, κατά τινα μὲν λήμματα τῆς ἐξ προθέ-

dixiſſent, utuntur. Haec enim ſumptio, Si a cerebro emitteretur, non per aſperam arteriam exiret, juxta praetermiſſae ſumptionis virtutem vera eſſe videtur. Itaque Zenonis ſermo erroribus ſcatet juxta ſecundam ſumptionem modo a me comprehenſam: primum quidem, quoniam praepoſitionem a aſſumpſit, quum conveniret vel ex vel abs; deinde, quia maxime principales praetermiſit ſumptiones, tum univerſalem iſtam, omne autem, quod per aliquod mittitur, ex continuis ipſi partibus emittitur, tum particularem, quod vox et ſermo ex partibus aſperae arteriae continuis emittitur. His enim ſic diſtinctis, ſi quidem juxta praepoſitionem ex univerſae enuncientur ſumptiones, falſa erit haec, ſermonem ex mente emitti; ſin juxta abs, tum univerſalis, quae nunc dicitur, quicquid per aliquod emittitur, abs continuis emitti, tum particularis, ſermonem abs partibus in aſpera arteria ſitis emitti. At ſi mixta pronuncientur; in quibuſdam ſane ſumptionibus praepo-

σεως ἀκριβῶς παραλαμβανομένης, καθ᾽ ἑκάτερα δὲ τῆς ὑπὸ, καθάπερ κἂν τῷ τὸν λόγον ὑπὸ τῆς διανοίας ἐκπέμπεσθαι, τῶν μὲν λημμάτων οὐδὲν μεμψόμεθα, τὸν ὅλον δὲ λόγον ἀπέραντον ὑπάρχειν ἐροῦμεν. οὐ γὰρ ἔτι συναφθήσονται πρὸς ἀλλήλας αἱ κύριαι τοῦ συμπεράσματος προτάσεις. ἔστι γὰρ αὐτῶν ἡ μὲν ἑτέρα τοιαύτη, ὁ λόγος ὑπὸ τῆς διανοίας ἐκπέμπεται· ἡ δὲ ἑτέρα, ὁ λόγος ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου οὐκ ἐκπέμπεται. ἐχρῆν δέ γ᾽ ἀμφότερα ἤτοι κατὰ τὴν ὑπὸ πρόθεσιν, ἢ κατὰ τὴν ἐξ ἠρωτῆσθαι, ἵν᾽ ἐπιφέρηταί τι κοινὸν αὐταῖς συμπέρασμα. τάχ᾽ ἂν ἔτι πλείω λέγειν ὑπὲρ τῆς τοῦ λόγου μοχθηρίας ἐπειρώμην, εἰ μὴ καὶ ὁ Χρύσιππος ἐγνώκει τε τὴν ἀτοπίαν αὐτοῦ καὶ τὸν τρόπον τῆς ἀπολήψεως αὐτὸς ἐγεγράφει δι᾽ ἧς ὀλίγον ἔμπροσθεν παρεθέμην ῥήσεως, ἐγχωρεῖν φάσκων ἐκ τῶν κατὰ στήθη μερῶν ἐκπέμπεσθαι τὸν λόγον, τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως ἐπιπεμπούσης τῆς κεφαλῆς, ὥσπερ γε καὶ τὰ νεῦρα πάντα τὴν ἔκφυσιν ἐκ τῆς κεφαλῆς ἔχοντα τὴν ἀρχὴν τῆς δυνάμεως ἀπὸ τῆς καρδίας λαμβάνειν. ταῦτα μὲν οὖν ὀρθῶς

ſitione ex ad amuſſim ſumpta, in alterutris vero praepoſitione abs; quemadmodum in ea, ſermonem abs mente emitti, nullam ſumptionem criminabimur, totam vero rationem nihil concludere dicemus. Non enim adhuc principales concluſionis propoſitiones coaptabuntur. Eſt namque ipſarum altera talis, ſermo abs mente emittitur, altera autem, ſermo ex cerebro non emittitur. At utramque ſumptionem vel juxta praepoſitionem abs, vel juxta praepoſitionem ex pronunciatam eſſe oportebat, ut aliqua ipſis communis concluſio inferatur. Forte plura de orationis vitio dicere tentaſſem, niſi Chryſippus ſuam abſurditatem noviſſet, et modum deprehenſionis ipſe ſcriptitaſſet in ſententia paulo ante a me adducta, ſieri poſſe inquiens, ut ex partibus pectoris ſermo emittatur, ſed capite principium motus ſuppeditante, quemadmodum et quod omnes nervi originem ex capite habentes principium facultatis a corde ſumant. Haec itaque recte a

Ed. Chart. V. [104.] Ed. Baſ. I. (260. 261.)

εἴρηται τῷ Χρυσίππῳ, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἄν τις αὐτῷ καὶ μᾶλλον μέμψαιτο, διότι κατιδὼν τὸ ἀληθὲς ὅμως οὐ χρῆται· τὰ δὲ ἀπὸ τῆς θέσεως ἐπικεχειρημένα, καὶ τούτων ὅσα μᾶλλον ποιηταὶ μαρτυροῦσιν, ἢ οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώ(261)πων, ἢ ἐτυμολογία τις, ἤ τι τοιοῦτον ἕτερον, οὐκ ὀρθῶς. κάλλιον γὰρ ἦν ἐπιμείναντα τοῖς κατὰ τὴν ἀποδεικτικὴν μέθοδον ὑπολαμβανομένοις λήμμασιν ἐξετάσαι τε καὶ κρῖναι διὰ τῆς αἰσθήσεως. αὐτὸς δὲ, ὥσπερ οὐ κατ᾽ ἐπιστήμην, ἀλλὰ κατὰ τύχην εἰρηκὼς τὸ ἀληθὲς, ἀπεχώρησέ τε τῆς ζητήσεως αὐτοῦ καὶ ποιητὰς ἐπάγεται μάρτυρας.

Κεφ. ϛ΄. Ὅπερ οὖν ὁ Χρύσιππος ἐθεάσατο μὲν, οὐκ ἐπεξῆλθε δὲ τῷ λόγῳ, τοῦτ᾽ ἐγώ μοι δοκῶ προσθήσειν. ἐπειδὴ γὰρ ἐγχωρεῖ, κἂν ὅτι μάλιστα πάντων τῶν νεύρων ἐγκέφαλος ἀρχὴ φαίνεται, τὴν καρδίαν ἐπιπέμπειν αὐτῷ δύναμιν αἰσθητικήν τε καὶ προαιρετικὴν, ὡσαύτως δὲ, κἂν ἐκ τῶν κατὰ τὸν θώρακα μορίων ὁ λόγος ἐκπέμπεται, τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως αὐτοῦ ἀπ᾽ ἐγκεφάλου καταφέρεσθαι, ζητητέον ἐφεξῆς ἐστι, πότερον οὐδέτερον οὐδετέρῳ μεταδίδωσιν

Chryſippo dicta ſunt; quocirca ipſe magis accuſandus venit, quod, quum verum noviſſet, non eſt tamen eo uſus; ea vero e quae a ſitu argumenta petita ſunt, atque ex his magis quae poëtae teſtantur, aut vulgus, aut quaedam nominis ratio, aut aliud quiddam hujuſmodi, non recte. Praeſtiterat enim inſiſtendo ſumptionibus, quae juxta methodum demonſtratoriam adſumuntur, inveſtigare ea et ſenſu expendere. Verum ipſe, tanquam non ex ſcientia, ſed fortuito verum dixiſſet, ab inquiſitione ipſius diſceſſit et poëtas teſtes citavit.

Cap. VI. Quod igitur Chryſippus vidit quidem, ſed oratione non expoſuit, id apponere mihi viſum eſt. Quandoquidem enim fieri poteſt, ut, licet quam maxime omnium nervorum origo cerebrum videatur, cor ipſi vim ſenſoriam voluntariamque ſuppeditet; pari modo, etiamſi ex thoracis partibus ſermo emittitur, principium motus ipſius a cerebro deferri; diſquirendum deinceps eſt,

οὐδεμιᾶς δυνάμεως, ἢ τὸ ἕτερον τῷ ἑτέρῳ. γένοιτο δ᾽ ἂν ἡ ζήτησις ὧδε. τὰ συνάπτοντα τὴν καρδίαν ἐγκεφάλῳ διασκέψασθαι χρὴ κατὰ τὰς τῶν ζώων ἀνατομὰς, ὁπόσα τ᾽ ἐστὶ καὶ ὁποῖα, κἄπειτα κατὰ τὸν τράχηλον ἕκαστον αὐτὸ ἢ τέμνειν, ἢ θλᾷν, ἢ βρόχοις διαλαμβάνειν, εἶτ᾽ ἐπισκέπτεσθαι, τίνα καταλαμβάνει τὸ ζῶον παθήματα. συνάπτει δὲ καρδίαν ἐγκεφάλῳ τὰ τρία γένη τῶν ἀγγείων, ἅπερ δὴ καὶ παντὸς τοῦ σώματος ὑπάρχει κοινὰ, φλέβες καὶ ἀρτηρίαι καὶ νεῦρα, φλέβες μὲν αἱ σφαγίτιδες ὀνομαζόμεναι, ἀρτηρίαι δὲ αἱ καρωτίδες, νεῦρα δὲ τὰ ταύταις ταῖς ἀρτηρίαις παραπεφυκότα. τὰς μὲν δὴ σφαγίτιδας φλέβας ἢ τὰς καρωτίδας ἀρτηρίας οὐχ ἁπλῶς χρὴ τέμνειν, ὥσπερ τὰ νεῦρα, τεθνήξεται γὰρ εὐθέως τὸ ζῶον αἱμοῤῥαγίᾳ λάβρῳ συσχεθὲν, ἀλλ᾽ ἄμεινον βρόχοις ἰσχυροῖς διαλαβόντα πρῶτον ἔν τε τοῖς ἄνω καὶ κάτω μέρεσι τοῦ τραχήλου τὸ μέσον τῶν βρόχων διατέμνειν, ὡς μηδεμίαν αἱμοῤῥαγίαν ἀκολουθῆσαι. [105] τὰ νεῦρα δὲ εἴτε θλᾷν, εἴτε διαλαμβάνειν ἐθέλοις βρόχοις τισὶν ἢ τοῖς σαυτοῦ δακτύλοις, εἴτε τέμνειν, ἐφ᾽

an neutrum alteri virtutem aliquam tribuat, an alterum alteri. Fiet autem ad hunc modum investigatio. Quae cor cerebro connectunt, in dissectionibus contemplari oportet, quot sint numero et qualia; postea in collo singula vel secare, vel contundere, vel funiculo intercipere; deinde contueri, qui affectus animal invadant. Connectunt autem cor cerebro tria vasorum genera, quae sane etiam totius corporis sunt communia, venae, arteriae et nervi: venae quidem jugulares dictae, arteriae carotides, nervi his arteriis adnati. Sane jugulares venas aut carotidas arterias non simpliciter dividere oportet, quemadmodum nervos, moreretur enim protinus animal larga sanguinis profusione debilitatum, sed praestat funiculis validis intercipiendo primum in superiore et inferiore cervicis regione medium vinculorum dissecare, ut nulla sequatur sanguinis profusio: nervos autem sive contundere, sive funiculis quibusdam comprehendere,

Ed. Chart. V. [105.] Ed. Baf. I. (261.)

γίνεσθαι τὸ ἐν ἑαυτῷ λέγειν. ἀλλ᾽ ἡμεῖς γε κατὰ τὸ πρὸ τούτου γράμμα τὸν ὑπὸ τοῦ Ζήνωνος ἐρωτηθέντα λόγον ὑπὲρ τοῦ τὴν φωνὴν ὑπὸ τῆς καρδίας ἐκπέμπεσθαι μοχθηρὸν ἐπεδείξαμεν, ὥστε καὶ ὁ νῦν ἐρωτώμενος ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου λόγος ἅμα ἐκείνῳ συναναιρῆται. ἐπισκεψώμεθα οὖν ἤδη τὸν ἑξῆς. οἰκείως δὲ τούτῳ καὶ οἱ στεναγμοὶ ἐντεῦθεν προΐενται. καὶ τοὺς στεναγμοὺς, ὦ Χρύσιππε, καὶ τὰς φωνὰς ἐκ τοῦ θώρακος μὲν φήσομεν ἐκπέμπεσθαι καὶ τοῦ πνεύμονος, οὐ μὴν οὐδ᾽ ἐκ τῆς καρδίας, ὥσπερ οὐδὲ τὰς φωνάς. ἀποδέδεικται γὰρ ἡμῖν ὑπὲρ ἑκάστου τούτων ἐν ἑτέροις οὐχ ἁπλῶς, οὐδ᾽ ὥσπερ ὑπὸ σοῦ νῦν, οὐδεμίαν ἀπόδειξιν προσθέντος. ἐφεξῆς δὲ τοῖσδε πλῆθος ἐπῶν ὁ Χρύσιππος γράφει τῶν πλείστων ἑαυτῷ μαχομένων, ὡς ἔμπροσθεν ἔδειξα. τὰ δὲ μεταξὺ τῶν ἐπῶν ἐστι μὲν ὀλίγιστα, περιέχεται δέ τις κατὰ ταῦτ᾽ ἐναντιολογία τοῦ Χρυσίππου πρὸς ἑαυτὸν, ἣν ἐν τῷ μετὰ τοῦτ᾽ ἐπιδείξω βιβλίῳ, καθ᾽ ὃ περὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν ἔγνωκα ποιήσασθαι τὸν λόγον. ἐν δὲ τῷ παρόντι τῶν ῥήσεων αὐτῶν ἐπιμνησθήσομαι μόνον

ut aliquis apud ſe dicat. Verum nos ſuperiori libro rationem a Zenone propoſitam, cur vox ex corde ederetur, pravam oſtendimus. Quapropter etiam nunc ratio a Chryſippo propoſita ſimul cum illa ſublata eſt abolitaque. Itaque ſequentem jam inſpiciamus. *Huic autem conforme eſt, quod gemitus quoque inde procedunt.* At gemitus, o Chryſippe, et voces ex thorace quidem et pulmone dicemus emitti, non tamen ex corde, quemadmodum nec voces; demonſtravimus namque haec ſingula alibi, non ſimpliciter, nec, quemadmodum tu, nulla demonſtratione adhibita. Ab his verſuum multitudinem Chryſippus citat, ex quibus plurima ſecum pugnant, uti antea oſtendi. In iis autem, quae verſibus interjecta ſunt, quamvis pauciſſima exiſtant, Chryſippus ipſe ſibi adverſatur: quod ſubſequenti libro oſtendam, ubi de animi affectibus ſermonem inſtituere decrevi. In praeſentia verborum ſolum ipſius mentionem facturus

ἐχουσῶν ὧδε. ὁ δὲ ποιητὴς πλεονάζων ἐν τούτοις διὰ πολλῶν παρίστησιν, ὅτι καὶ τὸ λογιστικὸν καὶ τὸ θυμοειδὲς περὶ τοῦτόν ἐστι τὸν τόπον, συνάγων ὡς ταὐτὸν αὐτὰ, καθάπερ καὶ δεῖ ποιῆσαι. φανερῶς γὰρ ἐνταῦθα συγχωρεῖ μὲν, ἕτερόν τι παρὰ τὸ λογιστικὸν εἶναι τό τε θυμοειδὲς καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ κατῳκίσθαι φησὶν, ὅπερ Ἀριστοτέλους ἐστὶν, οὐ τῶν Στωϊκῶν δόγμα. καὶ διὰ τῶν ἑξῆς δὲ προειπὼν, ἐν οἷς ὁ ποιητὴς ἐν τῇ καρδίᾳ τὸ λογιζόμενον ὑπάρχειν ἀποφαίνεται, μετὰ ταῦτ᾽ ἐπιφέρει· ὅτι δὲ καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐνταῦθα, διὰ τούτων ἐμφαίνει·

Οὐ γάρ πώποτέ μ᾽ ὧδε θεᾶς ἔρος οὐδὲ γυναικὸς
Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσεν.

εἶτ᾽ ἐφεξῆς· ὅτι δὲ τὸ θυμοειδὲς ἐνταῦθά πού ἐστι, τὰ τοιαῦτα ἐμφαίνει πλείονα ὄντα·

Ἥρης δ᾽ οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, ἀλλὰ προσηύδα.

καί·

Χόλον, ὅστ᾽ ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι.

ſum, quae hunc in modum habent. *Poëta paulo in his prolixior multis adſtruit, et rationalem vim et iraſcibilem hoc in loco conſiſtere, congregans in idem ipſas, quemadmodum et faciendum eſt;* manifeſte enim inibi concedit, diverſum quiddam ab anima rationali eſſe et iraſcibilem et concupiſcentem. In corde autem habitare affirmat, quod Ariſtotelis, non Stoicorum dogma eſt; deinde praefatus quaedam, ubi poëta in corde rationem haberi pronunciat, ita infert ex conſequentibus: *Quod vero et concupiſcibilis hic reſideat, hinc conſtat:*

Nunquam alias animum languenti in pectore noſtrum
Seu dea ſeu mulier tanto devinxit amore.

Poſtea rurſus adducit: *Quod iraſcibilis facultas inibi habeatur, hujuſmodi plura declarant:*

Non iram Juno tenuit ſub pectore, at inquit.

Et:

Atque ira hunc quamvis ſapientem adurens.

[130] ἐν τοῖς τοιούτοις ἅπασιν ὁ Χρύσιππος ὁμολογεῖ, δυνάμεις τινὰς εἶναι τῆς ψυχῆς τήν τε θυμοειδῆ καὶ τὴν ἐπιθυμητικὴν ἑτέρας τῆς λογιστικῆς. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ὡς ἔφην, ἐν τῷ τετάρτῳ διαλέξομαι γράμματι. τὰ δ' ὑπόλοιπα τῶν κατὰ τὸ Χρυσίππου βιβλίον ἐπιδραμὼν, ἐνταῦθά που καὶ αὐτὸς ἤδη καταπαύσω τὸν ἐνεστῶτα λόγον. μετὰ δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἐπῶν ἐφεξῆς ὁ Χρύσιππος περί τε φωνῆς καὶ λόγου καὶ νεύρων ἀρχῆς, ὅσα τε τούτοις συνέζευκται, διῆλθεν, ἃ δὴ καὶ μόνα τῶν κατὰ τὸ βιβλίον ἔπρεπεν ἀνδρὶ φιλοσόφῳ, περὶ ὧν καὶ ἡμεῖς ἐν τῷ πρὸ τούτου λόγῳ διεληλύθαμεν, ὑπερβάντες τὰ περιττῶς ἠδολεσχημένα.

Κεφ. η'. Νυνὶ μέντοι κατὰ τοῦτο τὸ βιβλίον, ἐπειδὴ καὶ ταῦτ' ἔδοξε προσθεῖναι, τά τ' ἄλλα τὰ προηγούμενα διῆλθον, ἑξῆς τε προσθήσω τὸν περὶ τῆς Ἀθηνᾶς λόγον. αἰσθόμενος γὰρ ὁ Χρύσιππος ἐναντιούμενον τοῖς ἑαυτοῦ δόγμασι τὸν περὶ τῆς θεᾶς μῦθον ἀπὸ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς ὑπειλημμένης γεγενῆσθαι, τοιάδε λέγει· παραγράψω γὰρ

In his omnibus Chryfippus fatetur, facultates quafdam effe animae irafcibilem et concupifcibilem, a rationali diverfas; fed de his (ut dixi) quarto libro differam. Reliqua vero eorum, quae in Chryfippi volumine funt, praetergreffus, hic etiam ipfe jam praefentem librum finire cogito. A verfuum multitudine Chryfippus deinceps de voce, ratione et nervorum principio, quaeque his conjuncta funt, percenfuit, quae etiam fola in libro comprehenfa viro philofopho conveniebant; fuper quibus nos quoque fuperiori libro tractavimus, praetergreffi fupervacanea loquacitate tractata.

Cap. VIII. Nunc vero hoc in libro, quoniam et haec vifum eft apponere, et alia, quae praecedunt, fum executus, hic deinceps fermonem de Minerva adjiciam. Nam quum Chryfippus fentiret, fabulam de dea, quae ex Jovis capite creata effe putatur, fuis ipfius dogmatis adverfari, hujufmodi adfert. Afcribam enim totam ipfius

ἅπασαν τὴν ῥῆσιν αὐτοῦ, εἰ καὶ μακροτέρα πώς ἐστιν. ἀκούω δή τινας λέγειν παραμυθουμένους πρὸς τὸ ἐν τῇ κεφαλῇ εἶναι τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς μέρος. τὸ γὰρ τὴν Ἀθηνᾶν, μῆτιν οὖσαν καὶ οἷον φρόνησιν, ἐκ τῆς κεφαλῆς γενέσθαι τοῦ Διὸς σύμβολόν φασιν εἶναι τοῦ ταύτῃ τὸ ἡγεμονικὸν εἶναι· οὐ γὰρ ἄλλως ἂν ἐν τῇ κεφαλῇ γενέσθαι μῆτιν καὶ φρόνησιν, εἰ μὴ τὸ ἡγεμονικὸν ἐν ταύτῃ ἐστί· πιθανοῦ μέν τινος ἐχόμενοι, διαμαρτάνοντες δ', ὡς ἐμοὶ φαίνεται, καὶ ἀγνοοῦντες τὰ περὶ τούτων ἱστορούμενα, περὶ ὧν οὐ χεῖρόν ἐστιν ἐπὶ πλέον εἰπεῖν ἐν τοῖς ἐνεστῶσι ζητήμασι. φασὶ δ' οἱ μὲν οὕτως ἁπλῶς, ἐκ τῆς τοῦ Διὸς κεφαλῆς αὐτὴν γενέσθαι, οὐδὲ προσιστοροῦντες τὸ πῶς ἢ κατὰ τίνα λόγον. ὁ δὲ Ἡσίοδος ἐπὶ πλέον λέγει ἐν ταῖς θεογονίαις, τινῶν μὲν ἐν τῇ θεογονίᾳ γραφόντων τὴν γένεσιν αὐτῆς, πρῶτον μὲν Μήτιδι συγγενομένου τοῦ Διὸς, δεύτερον δὲ Θέμιδι, τινῶν δὲ ἐν ἑτέροις ἄλλως γραφόντων τὴν γένεσιν αὐτῆς, ὡς ἄρα, γενομένης ἔριδος τῷ Διῒ καὶ

orationem, etsi prolixior est: *Audio sane, quosdam verba facere, ut ostendant, principem animae facultatem in capite contineri; nam Minervam, quae consilium est et veluti prudentia, ex Jovis capite natam esse, argumentum ferunt ejus, quod principatus animae hic consistat. Non enim alioquin dicerent, in capite natum esse consilium et prudentiam, nisi principatus animae ibidem consisteret. Tales sane, qui hoc dicunt, probabile quiddam habent, sed meo judicio aberrant et ignorant, quae de his narrantur, de quibus nihil mali fuerit copiosius in praesentibus quaestionibus agere. Porro affirmant alii ita simpliciter, ex Jovis capite ipsam provenisse, ne adjicientes quidem narrando, quomodo aut qua ratione. Hesiodus autem uberius in deorum generationibus persequitur; nonnullis in theogonia generationem ejus scribentibus, primum ut Jupiter cum Metide coierit, deinde cum Themide; nonnullis autem alibi aliter originem ejus tradentibus, ut videlicet, contentione inter Jovem et*

Ed. Chart. V. [130.] Ed. Bas. I. (273.)

τῇ Ἥρᾳ, γεννήσειεν ἡ μὲν Ἥρα δι᾽ ἑαυτῆς τὸν Ἥφαιστον, ὁ δὲ Ζεὺς τὴν Ἀθηνᾶν ἐκ τῆς Μήτιδος καταποθείσης ὑπ᾽ αὐτοῦ. ἡ μὲν γὰρ εἰς αὐτὸν κατάποσις τῆς Μήτιδος καὶ ἔνδον τοῦ Διὸς τῆς Ἀθηνᾶς γένεσις κατ᾽ ἀμφοτέρους τοὺς λόγους ἐστίν. διαφέρουσι δ᾽ ἐν τῷ, πῶς ταῦτα συνετελέσθη, πρὸς τὸν ἐνεστῶτα λόγον, ὅθεν ὡς ὄντος τοιούτου. τὸ γὰρ κοινὸν ἐν αὐτοῖς ὑπάρχον μόνον χρήσιμόν ἐστι πρὸς τὰ ἐνεστῶτα. λέγεται δ᾽ ἐν μὲν τῇ θεογονίᾳ οὕτω·

Ζεὺς δὲ θεῶν βασιλεὺς πρώτην ἄλοχον θέτο Μῆτιν,
Πλεῖστα θεῶν εἰδυῖαν ἰδὲ θνητῶν ἀνθρώπων.
Ἀλλ᾽ ὅτε δή ῥ᾽ ἤμελλε θεὰν γλαυκῶπιν Ἀθήνην
Τέξεσθαι, τότ᾽ ἔπειτα δόλῳ φρένας ἐξαπατήσας
Αἱμυλίοισι λόγοισιν ἑὴν ἐγκάτθετο νηδύν·
Ὡς δ᾽ οἱ συμφράσσαιτο θεὰ ἀγαθόν τε κακόν τε.

εἶτα προελθὼν φησιν οὕτως·

Αὐτὸς δ᾽ ἐκ κεφαλῆς γλαυκώπιδα γείνατ᾽ Ἀθήνην,
Δεινὴν, ἐγρεκύδοιμον, ἀγέστρατον, ἀτρυτώνην,
Πότνιαν, ᾗ κέλαδοί τ᾽ ἅδον, πόλεμοί τε μάχαι τε.

Junonem orta, Juno ſane ex ſe Vulcanum procreaverit, Jupiter autem Minervam ex Metide, quam deglutierat. Nam quod Metis deglutita fuerit, et intra Jovem fuerit Minervae generatio, in utrorumque ſermonibus habetur. Differunt autem in eo, quomodo haec facta fuerint; quod praeſenti ſermoni nihil facit, nam quod commune in ipſis habetur, ſolum praeſentibus conducit. Scribitur autem in theogonia ad eum modum:

Juppiter ipſe deum prima pro conjuge Metin
Sumpſit, doctrina ſuperantem homineſque deoſque.
Sed glaucis oculis divam paritura Minervam
Ab Jove tum demum decepta eſt mente doloſis
Ac blandis verbis, qui Pallada condidit alvo,
Quo dea conſuleret patri pravumque bonumque.

Deinde progreſſus ita concinit:

Ex capite ipſe ſuo generavit Pallada glaucam,
Quae gravis horrendas acies invicta gubernat,
Cui ſtrepitus pugnaeque placent et bella verendae.

στήθεσι γὰρ αὐτοῖς ἔνδον εὔδηλον ὅτι ἀπέθετο τὴν Μῆτιν, καὶ οὕτως φησὶν αὐτὴν γεννῆσαι κατὰ τὴν κεφαλήν. ἐν δὲ τοῖς μετὰ ταῦτα πλείω διεληλυθότος αὐτοῦ, τοιαῦτ᾽ ἐστὶ τὰ λεγόμενα·

[131] *Ἐκ ταύτης ἔριδος ἣ μὲν τέκε φαίδιμον υἱὸν*
Ἥφαιστον τέχνησιν ἄνευ Διὸς αἰγιόχοιο,
Ἐν πάντων παλάμῃσι κεκλημένον οὐρανιώνων.
Αὐτὰρ ὅ γ᾽ Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος ἠϋκόμοιο
Κούρῃ νόσφ᾽ Ἥρης παρελέξατο καλλιπαρῄου,
Ἐξαπατῶν Μῆτιν, καί περ πολυΐδριν ἐοῦσαν.
Συμμάρψας δ᾽ ὅγε χερσὶν ἑὴν ἐγκάτθετο νηδὺν,
Δείσας, μὴ τέξῃ κρατερώτερον ἄλλο κεραυνοῦ.
Τοὔνεκά μιν Κρονίδης ὑψίζυγος αἰθέρι ναίων
Κάππιεν ἐξαπίνης. ἣ δ᾽ αὐτίκα Παλλάδ᾽ Ἀθήνην
Κύσατο· τὴν μὲν ἔτικτε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Πὰρ κορυφὴν Τρίτωνος ἐπ᾽ ὄχθῃσι ποταμοῖο.
Μῆτις δ᾽ αὖτε Ζηνὸς ὑπὸ σπλάγχνοις λελαθυῖα
Ἧστο Ἀθηναίης μήτηρ τέκτηνα δικαίων,

Nam pectore ipfo Metin repofuiffe intus manifefto conftat, atque ita ipfam et capite generaffe tradit. Poft illa quum plura ipfe recenfuiffet, ejufmodi fubnectit:

Vulcanum ex lite hac peperit Saturnia natum
Artibus infignem Aegiocho fine conjuge magno.
Artibus infignis divos fupereminet omnes.
Rurfus et Oceani crinitae et Thetyos ille
Abfente accepit pulchra Junone puellam.
Decipit hic Metin, licet haec verfuta pareret,
Quam propria manibus complexam condidit alvo.
Fortius hic metuens aliud ne fulmen obiret,
Hanc ideo alta librans Saturnius aetheris hofpes
Protinus abforpfit; concepit et ipfa Minervam
Protinus, et peperit cuftos hominumque deumque
Vertice apud ripas fluvii Tritonis opacas.
At rurfum latitans Jovis intra vifcera Metis
Palladis infedit mater gnara illa deorum

Πλεῖστα θεῶν εἰδυῖα καταθνητῶν τ᾽ ἀνθρώπων.
Ἔνθα θεὰ παρέλεκτο Θέμις παλάμαις, περὶ πάντων
Ἀθανάτων ἐκέκαστο Ὀλύμπια δώματ᾽ ἐχόντων.
Αἰγίδα ποιήσασα φοβέστρατον ἐντὸς Ἀθήνη,
Σὺν τῇ ἐγείνατό μιν πολεμήϊα τεύχε᾽ ἔχουσαν.

ταῦτα προειπὼν ὁ Χρύσιππος ἑξῆς αὐτοῖς συνάπτων τάδε γράφει. τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς Ἀθηνᾶς λεγόμενα τοιαῦτά ἐστιν, ἄλλου τινὸς συμβόλου ποιοῦντ᾽ ἔμφασιν. πρῶτον μὲν γὰρ ἡ Μῆτις λέγεται ὡσανεί τις φρόνησις καὶ περὶ τῶν κατὰ τὸν (274) βίον τέχνη, ἣ τὰς τέχνας δεῖ καταπίνεσθαι καὶ ἐναποτίθεσθαι, καθ᾽ ὃν λόγον καὶ τὰ λεγόμενά τινας καταπίνειν φαμέν. διὰ δὲ τὴν κατάποσιν συνηκολουθηκότως λέγεται, καὶ εἰς τὴν κοιλίαν ἀποτίθεσθαι αὐτά. μετὰ ταῦτα τὴν καταποθεῖσαν τοιαύτην τέχνην τίκτειν εὔλογον ἐν αὐτῷ παραπλησίαν τῆς τικτούσης μητρός· πρός τε τούτοις τὰ ὑπὸ τῶν ἐπιστημονικῶν τικτόμενα ἐν αὐτοῖς. πῶς δ᾽ ἂν ἐκπορεύοιτο, καὶ διὰ τίνος μάλιστα, πάρεστι σκοπεῖν. φανερὸν γὰρ, ὅτι λόγῳ ἐκφέρεται διὰ τοῦ στόματος κατὰ τὴν

Atque hominum inventrix ſapiens juſtique bonique.
Tunc dea concubuit Themis artibus inclyta juſtis
Prae cunctis divis ſuperas habitantibus aedes;
Aegida quae fecit terrentia caſtra fugantem,
Pallada congenerans arma intus bellica habentem.

Haec praefatus Chryſippus, deinde continuato ſermone haec prodit. *Quae igitur de Minerva dicuntur, hujuſmodi ſunt, quae alterius cujuſdam argumenti ſignificationem praebent. Primum enim Metis dicitur tanquam prudentia quaedam et rerum vitae neceſſariarum ars, qua artes deglutire oportet et reponere; qua ratione etiam dicta nonnullos devorare dicimus; propter deglutitionem autem merito dicuntur ea in ventriculum quoque reponi. Poſtea deglutitam ejuſmodi artem parere in ipſo perſimilem matri parienti, ratio eſt. Ad haec ea, quae ex ſcientificis apud ſeſe pariunt, quomodonam egrediantur, et per quod, conſiderare licet. Conſtat enim, quod oratione per os juxta caput efferantur, pari modo hic ca-*

κεφαλὴν ἐξ ἴσου, οὕτως τῆς κεφαλῆς λεγομένης, ὃν τρόπον προβάτου κεφαλὴ λέγεται, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀφαιροῦσί τινων, καθ᾽ ὃν λόγον παραγινόμενον καὶ ἐκ τῆς κορυφῆς λέγεται γενέσθαι τῶν τοιούτων παραλλαγῶν κατὰ σύμβολον γινομένων πλειόνων, καὶ χωρὶς δὲ τῆς ἱστορίας ταύτης ἀπ᾽ αὐτοῦ μόνον τοῦ γενέσθαι ταύτην κατὰ τὴν κεφαλὴν, τὰ παραπλήσιά τις λέγοι· οὐ γὰρ ἐν τῇ κεφαλῇ φησιν αὐτὴν γενέσθαι, εἰ μή τινες διαστρέφοντες ἢ παραλλάττοντες τὸν λόγον ἐξελθεῖν ταύτῃ, γινομένην δ᾽ ἄλλως ἔροιντο· ὥστε μᾶλλον καὶ τοῦτο σύμβολον πρὸς τὸν ἕτερον εἶναι, ὡς ἔφην. τὰ γὰρ ἐν αὐτοῖς γινόμενα τεχνικὰ κατὰ τὴν κεφαλὴν ἐξιόντα μάλιστα ἀποσημαίνει τὸν προειρημένον λόγον. αὕτη μὲν ἡ τοῦ Χρυσίππου ῥῆσις. ἐπεὶ δ᾽ ἐστὶ πάνυ μακρὰ, καὶ διὰ τοῦτ᾽ ἴσως τινὲς οὐκ ἀκριβῶς αὐτῆς ἅπαντα τὸν νοῦν καταμανθάνουσιν, ἐγὼ πειράσομαι διὰ βραχέων εἰπεῖν, ἃ βούλεται δηλοῦν. οὐ μάχεταί μοι, φησὶν, ὁ μῦθος λέγων, ἐκ τῆς Διὸς κεφαλῆς γεγεννῆσθαι τὴν Ἀθηνᾶν, φρόνησιν ὑπάρχουσαν. οὐ γὰρ αὐτὸ τοῦτο μόνον εἴρηται κατ᾽ αὐτὸν, ἀλλ᾽ ὅτι καταπιὼν τὴν Μῆτιν

pite nuncupato, quomodo ovis caput dicitur, et capita nonnullis adimunt; qua ratione proficifcens et ex vertice nafci dicitur, quum plures hujufmodi immutationes figni ratione fiant, ac citra hiftoriam hanc abeo folum, quod haec ex capite nata fit, perfimilia quis dixerit; non enim in capite ipfam generari dicit, nifi quidam pervertentes immutantefque fermonem, egredi hic natam aliter dicant. Quare potius et hoc fignum alterius eft, ut dixi; nam artificia, quae in nobis ipfis nafcuntur, ex capite potiffimum prodeuntia, praedictum fermonem declarant. Haec Chryfippi oratio eft. Quoniam vero admodum longa eft, eoque forfan nonnulli non exacte totam ipfius mentem intelligunt, ego breviter explicare conabor, quae fibi velit. Non pugnat mecum (inquit) fabula, quae Minervam, prudentiam exiftentem, ex Jovis capite prognatam effe refert; non enim hoc ipfum in ea folum dictum eft, fed quod

ὁ Ζεὺς, καὶ ὥσπερ ἐγκύμων ἐξ αὐτῆς γενόμενος, τὴν γεννηθεῖσαν ἐν αὐτῷ κόρην ἀπεκύησε διὰ τῆς κεφαλῆς. εἰρῆσθαι δ' οὕτω φησὶ τὰ κατὰ τὸν μῦθον, ἐπειδὴ τὰς τέχνας ἁπάσας ἐν τῇ καρδίᾳ συνισταμένας διὰ τὸν λόγον εἰς τὸ φανερὸν ἐκφερόμενοί τινες λόγοι διὰ τῆς κεφαλῆς ἐξίασιν. ἔστι γὰρ καὶ τὸ στόμα τῆς κεφαλῆς μόριον. οὐ γὰρ τὸ τετριχωμένον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ μετὰ τὸν τράχηλον ἄνωθεν ἅπαν ὀνομάζεσθαι κεφαλὴν, καθ' ὃ σημαινόμενον ἀποτμηθῆναί τινος λέγομεν τὴν κεφαλήν. εἰ δὲ μὴ διὰ τοῦ στόματος τοῦ Διὸς, ἀλλ' ἐκ τῆς κορυφῆς ἐμυθολόγησεν ἐξεληλυθέναι τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδὲν ἄτοπον εἶναί φησι, τοιούτων παραλλαγῶν κατὰ σύμβολον γινομένων πλειόνων. ἐν τούτοις τοῖς λόγοις ὁ Χρύσιππος τὰ μὲν ἄλλα πι[132]θανῶς τε ἅμα καὶ εὐμηχάνως ἐξηγεῖται τοῦ μύθου, προσαρμόττων αὐτὸν τῷ Στωϊκῷ δόγματι· τὸ δὲ συνέχον τε καὶ κυριώτατον τοῦ λόγου παντὸς, ὑπὲρ οὗ δίκαιον ἦν ἀγωνίσασθαι, μάλιστα διὰ ταχέων παρέδραμεν, ὡς κἀν τοῖς πρόσθεν ἐποίησεν ἐξηγούμενος, ὅπερ οἱ πολλοὶ λέγουσι, τοὺς

Jupiter, deglutita Metide, et veluti praegnans ex ea factus, generatam in se puellam ex capite peperit. Dictam autem sic esse fabulam, inquit, quandoquidem artes universas in corde consistentes per rationem sermones nonnulli in lucem elati per caput exeunt. Est enim os capitis quoque pars. Quippe non pilosa duntaxat portio, sed totum etiam, quod post cervicem superne habetur, caput nominatur, quo significatu cujuspiam caput amputari dicimus. At si non ex ore Jovis, sed ex vertice Minervam prodiisse fabulata est, nihil absurdi dicunt esse, quum plures hujusmodi immutationes aliquid judicandi ratione fiant. In his orationibus Chrysippus reliqua sane probabiliter simul et industrie fabulam exponit, Stoico dogmati ipsam accommodans; principalissimum autem et totius sermonis summam continens, pro quo aequum erat contendere potissimum, breviter praetercurrit, sicut in prioribus factitavit, exponens quod vulgus dicit, alios non habere, alios ha-

μὲν οὐκ ἔχειν, τοὺς δ᾽ ἔχειν ἐγκέφαλον. ὡς γὰρ ἐν ἐκείνοις αὐτὸ τὸ ζητούμενον τάχιστα παρῆλθεν, ἐν τοῖς ἔξωθεν αὐτοῦ μηκύνας ἐπὶ πλεῖστον, οὕτω κἀνταῦθα τὸ συνέχον αὐτὸ τοῦ λόγου διὰ ταχέων παρέδραμεν ἀρκεσθεὶς εἰπεῖν, διὰ τοῦτ᾽ ἐκ τῆς κορυφῆς γεγεννῆσθαι τὴν Ἀθηνᾶν, οὐκ ἐκ τοῦ στόματος, τοιούτων παραλλαγῶν κατὰ σύμβολον γινομένων πλειόνων. ἐχρῆν γὰρ αὐτὸν ἢ μηδ᾽ ὅλως ἧφθαι τοῦ μύθου, μηδέν γ᾽ ἀναγκαῖον ἔχοντος ἀνδρὶ φιλοσόφῳ πρὸς ἀπόδειξιν δόγματος, ἢ ἁπτόμενον, ὅπερ ἦν μάλιστα τὴν ἀντιλογίαν συνέχον, ἀκριβῶς ἅπασαν ἐξελθεῖν, καὶ εἰ πλειόνων ἔχρηζε λόγων, οὐκ ὀκνήσαντα τοὺς πολλοὺς προσγράψαι. βουλόμενος δ᾽ ἄν τις, οἶμαι, καὶ τοὺς τοιούτους ἑτέρως ἐξηγεῖσθαι, πολλὰς ἐπιχειρημάτων ἀφορμὰς ἐκ τῶν κατὰ τὰς ἀνατομὰς φαινομένων δύναιτο λαμβάνειν, ὑπὲρ ὧν ἐπὶ πλέον μὲν ἐν τοῖς ἑξῆς ἀναγκαῖον ἔσται διελθεῖν, ἐπειδὰν περὶ τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος ὁ λόγος ἡμῖν γίνηται, διὰ βραχέων δ᾽ ἂν καὶ νῦν αὐτὰ μόνον εἴποιμι τὰ κεφάλαια τῶν μελλόντων ἀποδειχθήσεσθαι. ὥσπερ γὰρ αὐτὸ τὸ

bere cerebrum. Ut enim illic id, quod quaeritur, percurrit obiter, in acceſſoriis et ad rem non ſpectantibus diutiſſime immoratus, ita hic quoque ipſam ſermonis ſummam breviter attigit, contentus dicere, ideo Minervam ex vertice, non ex ore, ſuiſſe procreatam, quod plures hujuſmodi immutationes ſymboli ratione ſiant. Conveniebat autem ipſum aut non omnino attigiſſe fabulam, quae nihil homini philoſopho ad dogmatis demonſtrationem neceſſarium continet, aut, ſi attingeret, quod maxime ad controverſiam pertineret, exacte totum explicaſſe et, ſi pluribus verbis opus eſſet, non detrectare multa aſcribere. Nam ſi quis (ut arbitror) et hujuſmodi aliter volet interpretari, multas argumentorum occaſiones ex iis, quae in diſſectionibus apparent, poterit deſumere, ſuper quibus iterum plenius tractare erit neceſſarium, ubi de animali ſpiritu verba fecero. Compendioſe etiam in praeſentia ipſa duntaxat capita illorum, quae demonſtraturus ſum, perſtringam. Quemadmodum

σῶμα τῆς καρδίας ἐξ ἑαυτοῦ διαστελλόμενόν τε καὶ συστελλόμενον ἐν μέρει τὰς ὕλας τε ἕλκει καὶ αὖθις ἐκπέμπει, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ὁ ἐγκέφαλος, ἐπειδὰν προέληται τοῦ περιεχομένου κατὰ τὰς ἑαυτοῦ κοιλίας πνεύματος, ὃ δὴ καὶ ψυχικὸν ὀνομάζομεν, ἐπιπέμψαι τινὶ μορίῳ, τὴν εἰς τοῦτ᾽ ἐπιτήδειον κίνησιν κινηθεὶς οὕτως ἐπιπέμπει. γένεσις δὲ τῷ πνεύματι τῷδε τῷ κατὰ τὰς κοιλίας αὐτοῦ τάχα μέν τις ὀλίγη καὶ ἐκ τῶν εἰς αὐτὰς περαινομένων γίγνεται φλεβῶν, τὴν πλείστην δὲ καὶ κυριωτάτην αἱ κατὰ τὸ δικτυοειδὲς πλέγμα τὸ κατὰ τὴν τοῦ ἐγκεφάλου βάσιν ἀρτηρίαι χορηγοῦσιν, αἵτινες ἀπὸ τῆς καρδίας ἀναφέρονται. ὥστ᾽, εἴ τις βούλοιτο τοῖς ἀληθέσι συνάπτειν τὸν μῦθον, ἐν τοῖς κάτω μέρεσι κυηθεῖσαν τὴν φρόνησιν, τοῦτ᾽ ἔστι τὸ πνεῦμα τὸ ψυχικὸν, ἐν τῇ κεφαλῇ φασι τελειοῦσθαι, καὶ μάλιστά γε κατὰ τὴν κορυφὴν, ὅτι κατὰ ταύτην ἐστὶν ἡ μέση καὶ κυριωτάτη τῶν ἐγκεφάλου κοιλιῶν. ἐγὼ μὲν οὖν, ὥσπερ ὁ Πλάτων αὐτὸς εἶπε, τὰ τοιαῦτα πάντα μυθολογήματα ἄλλως μὲν χαρίεντα ἡγοῦμαι, λίαν δὲ δεινοῦ καὶ ἐπιπόνου

enim ipfum cordis corpus fua virtute dilatatum et contractum viciffim materias et attrahit et rurfus expellit, pari modo cerebrum, ubi ftatuerit fpiritum in ventriculis ipfius contentum, quem fane animalem quoque nominamus, parti cuipiam tranfmittere, motu ad id idoneo incitatum ita diftribuit. Hunc autem fpiritum, qui in ventriculis ipfius eft, fortaffe quidem paucum etiam venae ad ipfos pertinentes generant; copiofiffimum vero et principaliffimum arteriae plexum retiformem, qui ad cerebri bafim eft, perreptantes fuppeditant, quae a corde furfum feruntur. Quare fi quis fabulam veris volet connectere, in partibus inferioribus prudentiam conceptam, hoc eft fpiritum animalem, in capite natura perfici, praefertim in vertice, quoniam in hoc medius et principaliffimus cerebri finus habetur. Ego itaque, ficut Plato ipfe dixit, omnes ejufmodi fabulas aliter quidem gratas puto, fed viri effe admodum difficilis, laboriofi

καὶ οὐ πάνυ εὐτυχοῦς ἀνδρὸς, κατ᾽ ἄλλο μὲν οὐδὲν, ὅτι δ᾽ αὐτῷ ἀνάγκη μετὰ τοῦτο τὸ τῶν Ἱπποκενταύρων εἶδος ἐπανορθοῦσθαι, καὶ αὖθις τὸ τῆς Χιμαίρας, καὶ ἐπιῤῥεῖ δὲ ὄχλος τοιούτων Γοργόνων καὶ Πηγάσων, καὶ ἄλλων ἀμηχάνων πλήθη τε καὶ ἀτοπώτερα λόγων τινῶν φύσεων, αἷς εἴ τις ἀπιστῶν προσβιβᾷ κατὰ τὸ εἰκὸς ἕκαστον, ἅτε ἀγροίκῳ τινὶ σοφίᾳ χρώμενος, πολλῆς αὐτῷ σχολῆς δεήσει. ταύτην τὴν ῥῆσιν ἐχρῆν ἀνεγνωκότα τὸν Χρύσιππον ἀποκεχωρηκέναι τῶν μύθων, καὶ μὴ κατατρίβειν τὸν χρόνον ἐξηγούμενον αὐτῶν τὰς ὑπονοίας. ἂν γὰρ ἅπαξ εἰς τοῦτ᾽ ἀφίκηταί τις, ἀνάριθμον πλῆθος ἐπιῤῥεῖ μυθολογημάτων, ὥσθ᾽ ὅλον ἀπολέσει τὸν βίον, εἴ τις ἐπεξέρχοιτο πάντα. ἄμεινον δ᾽ ἦν, οἶμαι, τὸν ἀληθείας ὄντως ἐφιέμενον ἄνδρα, μὴ τί λέγουσιν οἱ ποιηταὶ σκοπεῖν, ἀλλὰ τῶν ἐπιστημονικῶν λημμάτων, ὑπὲρ ὧν ἐν τῷ δευτέρῳ γράμματι διῆλθον, ἐκμαθόντα τὴν τῆς εὑρέσεως ὁδὸν, ἐφεξῆς μὲν ἀσκῆσαί τε καὶ γεγυμνάσθαι κατὰ ταύτην, ὅταν δ᾽ ἱκανῶς ἴδη τὰ κατὰ τὴν ἄσκησιν αὐτῷ προήκειν, τηνικαῦτα ἀφικόμενον

et non ita felicis, non alia quidem ratione, quam quia ipſi neceſſe eſt poſtmodum Hippocentaurorum ſpeciem ad aliquam rectitudinem reducere et rurſus Chimaerae, et iam affluet turba hujuſmodi Gorgonum, Pegaſorum, et aliarum fatuitatum copia, abſurdioreſque ſermones quarundam naturarum, quibus ſi quis fidem derogans unumquodque ad aliquam convenientiam adducat, tanquam ruſtica quadam ſapientia utens, multum ipſe otii requiret. Hac oratione perlecta, conveniebat Chryſippum a fabulis receſſiſſe, et non tempus conterere opiniones ipſarum exponendo. Si enim huc ſemel aliquis devenerit, innumerabilis fabularum copia affluet; quapropter totam perdet vitam, ſi quis omnia perſequatur. Satius autem erat, opinor, hominem veritatis omnino cupidum non, quid poëtae dicant, conſiderare, ſed, ſcientificarum ſumptionum, de quibus ſecundo libro tractavi, inventionis via percepta, deinceps in ea ſe experiri ac exercitare; ubi vero abunde jam ſe exercuerit, tunc ad ſingula proble-

ἐφ᾽ ἕκαστον τῶν προβλημάτων ἐπισκέπτεσθαι περὶ τῶν εἰς τὰς ἀποδείξεις αὐτοῦ λημμάτων, [133] τίνα μὲν ἐξ αἰσθήσεως ἁπλῆς, τίνα δ᾽ ἐξ ἐμπειρίας, ἤτοι τῆς κατὰ τὸν βίον, ἢ τῆς κατὰ τὰς τέχνας, τίνα δὲ ἐκ τῶν πρὸς νόησιν ἐναργῶν χρὴ λαβόντα περαίνειν ἐξ αὐτῶν ἤδη τὸ προκείμενον. εἰ ταύτην τὴν ὁδὸν ὁ Χρύσιππος ἐτράπετο, παρελθὼν τὴν κατὰ τοὺς μύθους τε καὶ τὰς ἐτυμολογίας, ἀνανεύσεις τε καὶ κατανεύσεις κεφαλῆς, καὶ χειρῶν κινήσεις, καὶ χειλῶν σχήματα, καὶ ποιητῶν μαρτυρίας ἅμα γυναιξὶ καὶ τοῖς ἄλλοις ἰδιώταις, αὐτὸς ἂν εὕρισκε τἀληθὲς, ἡμῶν τε τὸν χρόνον οὐκ ἂν ἀπώλλυεν, ἐπιδεικνύντων αὐτῷ μηδὲ ἐν οἷς ἐπικαλεῖται μάρτυσι, μηδὲ ἐν τούτοις τι πλέον ἔχοντι. καὶ γὰρ οἱ ποιηταὶ τὰ πλείω κατὰ τῶν δογμάτων αὐτοῦ λέγουσι, καὶ οἱ μῦθοι, καὶ οἱ ἰδιῶται, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστος, οὓς ὡς ἑαυτῷ μαρτυροῦντας ἐν τῷ προτέρῳ περὶ ψυχῆς ἔγραψε. ταῦτ᾽ ἐστὶν, ἃ παρελελοίπειν ἐγὼ κατὰ τὸ πρὸ τούτου βιβλίον ὧν εἰρήκει Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ τοῦ τῆς ψυχῆς ἡγεμονικοῦ λόγῳ, νομίζων, εἰ κᾀκεῖνος οὐκ ᾐδέσθη πλεονάζειν ἐν αὐτοῖς,

mata pervenientem considerare, quaenam sumptionum ad demonstrationes ipsorum ex sensu simplici, quae vero ab experientia aut vitae, aut ejus, quae in artibus est, quae rursus ex evidentibus intellectui capientem concludere jam ex ipsis id, quod propositum est, oportet. Si hanc viam Chrysippus ingressus omisisset fabulas, etymologias, reclinationes declinationesque capitis, manuum motus, labrorum figuras, poëtarum testimonia una cum mulieribus et aliis idiotis, ipse nimirum veritatem invenisset, et nobis tempus non periisset, dum ostendimus ei, neque in quibus citat testimonia, neque in his quicquam se amplius habere. Siquidem poëtae plurima contra ipsius dogmata dicunt, et fabulae, et idiotae, et alii singuli, quos ut sibi attestantes priori libro de anima produxit. Haec sunt, quae ego reliqueram ex libro superiori, quae Chrysippus in tractatu de animae principatu tradiderat, putans, etsi ille non revereatur eis diutius, quam par sit,

ἐμοὶ γοῦν προσήκειν ἀποχωρῆσαι τῆς τοιαύτης ἀδολεσχίας. ἐπεὶ δ', ὡς ἔφην, ἔδοξε τῶν ἑταίρων τισὶ ὑπὸ φιλοτιμίας κινηθεῖσιν ἐπιμνησθῆναί με καὶ τῶν τοιούτων (275) λόγων, ἐκείνοις χαριζόμενος ἔγραψα καὶ τουτὶ τὸ βιβλίον, ὅσον οἷόν τ' οὖν ἐμοὶ μετὰ τοῦ διὰ ταχέων παρέρχεσθαι τὰ περιττῶς ὑπὸ τοῦ Χρυσίππου γεγραμμένα, καὶ τῶν χρησίμων τῇ προκειμένῃ πραγματείᾳ προτιθεὶς οὐκ ὀλίγα.

immorari, mihi certe convenire ab hujusmodi garrulitate recedere. At quia (ut dixi) visum est quibusdam familiaribus honoris studio commotis, hujusmodi orationum mentionem ut facerem, illis gratificans hunc quoque librum scripsi, ita ut, quatenus mihi fieri licuit, prolixius a Chrysippo dicta breviter transcurrerem, et non pauca utilia huic operi praefarer.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΘ' ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΝ ΚΑΙ ΠΛΑΤΩΝΑ ΔΟΓΜΑΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.

Ed. Chart. V. [133. 134.] Ed. Baſ. I. (275.)

Κεφ. α'. Τῶν μὲν λόγων τοῦ μήκους οὐχ ἡμᾶς αἰτιατέον, ἀλλὰ τοὺς ἐμπλήσαντας ἃ συνέγραψαν βιβλία μοχθηρῶν ἐπιχειρημάτων. ἅπερ εἰ μέν τις ἅπαντα παρέρχοιτο, τάχ' ἂν ὑποπτευθείη τῷ μὴ δύνασθαι λύειν αὐτὰ μᾶλλον, οὐ τῷ καταφρονεῖν, [134] αἱρεῖσθαι τὴν βραχυλογίαν· εἰ δ' ἀκολουθῶν ἐξελέγχοι πάντα, κίνδυνος εἰς τοσαύτην ἐμπεσεῖν μακρολογίαν, ὡς μηδέποτε κεφαλὴν ἐπιθεῖναι

GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS PLACITIS LIBER QVARTVS.

Cap. I. Quod diſputatio noſtra longius producta ſit, non ego accuſandus venio, ſed ii, qui libros a ſe conſcriptos pravis repleverunt argumentis. Haec ſi quis omnia praetereat, forſan in ſuſpicionem veniet, non poſſe ea diſſolvere potius quam brevitatem velle amplecti. Si vero ordine omnia coarguat, periculum eſt, ne in eam incidat prolixitatem, ut nunquam finem huic

τῆδε τῇ πραγματείᾳ. ταῦτά τοι κἀγὼ βουληθεὶς ἑκάτερον τῶν ἐγκλημάτων ἐκφυγεῖν, εὑρηκέναι μοι δοκῶ μέσην τινὰ καὶ σύμμετρον ὁδὸν, ἴσον ἀφεστῶσαν ἐλλιποῦς τε βραχυλογίας καὶ περιττῆς μακρολογίας. ἐάσας γὰρ ἅπαντας τοὺς ἄλλους Στωϊκοὺς, ὅσα Χρύσιππος ἔγραψεν εἰς τὸ περὶ τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεων δόγμα, ταῦτ᾽ ἔγνων χρῆναι προχειρισάμενος μόνα παραβάλλειν αὐτὰ τοῖς ὑφ᾽ Ἱπποκράτους τε καὶ Πλάτωνος εἰρημένοις. παμπόλλων δ᾽ ἐπιχειρημάτων γεγραμμένων αὐτῷ περὶ τοῦ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς ἐν τοῖς κατὰ τὸν θώρακα τόποις συνίστασθαι, περὶ δὲ τοῦ τὸ λογιζόμενον ἐνταῦθ᾽ ὑπάρχειν οὐδὲ μιᾶς ἀποδείξεως εἰρημένης, ἀλλ᾽ ἑτοίμως ἀεὶ λαμβάνοντος τἀνδρὸς, ἔνθα τὰ πάθη τῆς ψυχῆς συνίσταται, ἐνταῦθα καὶ τὴν διάνοιαν ὑπάρχειν, εἴρηται μὲν ἤδη μοι πρὸς αὐτὸν οὐκ ὀλίγα καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν, εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν ὅσον ὑπόλοιπον. εἰ μὲν οὖν ἀεὶ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ὁ Χρύσιππος ἔγραψε, καὶ μὴ διεφέρετο πρὸς αὐτὸν ἐν τοῖς πλείστοις δόγμασιν ἐπαμφοτερίζων, οὐδ᾽ ἂν ἐμοὶ μακρὸς ὁ τῆς ἀντιλογίας ἐγίνετο

operi imponat; quae duo crimina quum ego quoque devitare cuperem, inveniſſe mihi videor mediam quandam et mediocrem viam, aeque diſtantem a deficienti brevitate et ſupervacanea prolixitate. Omiſſis enim omnibus aliis Stoïcis, quae Chryſippus ad placitum de gubernantibus nos facultatibus aſſerendum prodidit, haec ego cenſui, ubi prius notiora omnibus reddidiſſem, cum Hippocraticis et Platonicis conferenda. Porro quum permulta argumenta literis mandaverit de eo, quod animae affectus in thoracis regionibus conſiſtant, quod autem rationalis facultas ibi contineatur, ne una quidem demonſtratione adhibita, ſed hoc ſemper lemmate ex promptu citato, ubi animi affectus conſiſtunt, inibi etiam intellectum eſſe, produxi ſane adverſus ipſum jam antea quoque non pauca, quod autem reliquum eſt, etiam in praeſentia perſequar. Si igitur ſemper eadem de eiſdem tradidiſſet, nec ipſe ſecum diſſenſiſſet plurimis in dogmatis tergiverſans, neutiquam ego ſermonem contradicendo longius produxiſſem.

λόγος. ἐπεὶ δ' ἄλλοτε ἄλλα περὶ τῶν αὐτῶν εὑρίσκεται γράφων, οὐκ ἔτι ῥᾴδιον οὔτε τὴν γνώμην ἑρμηνεῦσαι τἀνδρὸς, οὔθ' ὅπη σφάλλεται δεικνύναι. περὶ γοῦν τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεων ἐν τῷ προτέρῳ περὶ τῆς ψυχῆς εἰπὼν, ὡς ὁ Πλάτων ὑπελάμβανε, τὸ μὲν λογιστικὸν ἐν τῇ κεφαλῇ τετάχθαι, τὸ δὲ θυμοειδὲς ἐν τῇ καρδίᾳ, τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν περὶ τὸν ὀμφαλὸν, ἐν τοῖς ἑξῆς αὐτὸς εἰς τὴν καρδίαν πειρᾶται τὰ τρία συνάγειν. ἔχουσι δὲ αἱ ῥήσεις ὧδε. ὁ δὲ ποιητὴς πλεονάζων ἐν τούτοις διὰ πολλῶν παρίστησιν, ὅτι καὶ τὸ λογιστικὸν καὶ τὸ θυμοειδὲς περὶ τοῦτόν ἐστι τὸν τόπον, συνάπτων εἰς ταὐτὸν καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν, καθάπερ καὶ ἔδει ποιῆσαι. εἶτα ἐπιφέρων φησί· ὅτι μὲν γὰρ τὸ λογιστικόν ἐστιν ἐνταῦθα, διὰ τούτων ἐμφαίνεται·

Ἄλλο δ' ἐνὶ στήθεσσι νόος καὶ μῆτις ἀμύμων.
Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν.

Quoniam vero alias alia de eiſdem ſcribere deprehenditur, non amplius facile eſt neque viri ſententiam interpretari, neque, quomodo erret, oſtendere. Quum itaque libro priore de anima facultates corpus noſtrum regentes ſecundum Platonis ſententiam explicaſſet, rationalem quidem in capite eſſe collocatam, iraſcibilem in corde, concupiſcibilem circa umbilicum, in ſubſequentibus ad cor tres reducere conatur. Habent autem verba ipſius ad hunc modum: *Poëta in hiſce redundans multis affirmat conſtituitque, facultatem rationalem et iraſcibilem in hoc eſſe loco, conjungens eodem etiam concupiſcibilem, quemadmodum quoque faciendum erat.* Deinde ita inferens ait: *Quod enim rationalis facultas inibi conſiſtat, ex his, quae ſequuntur, conſtat:*

Verum aliud mens eſt in pectore, nemo fidelis.

et:

Aſt animum nunquam ſuaſit ſub pectore verbis.

Ed. Chart. V. [134.] Ed. Baſ. I. (275.)

εἶτ' ἐφεξῆς ἔπη παραθέμενος πλείω, μετὰ ταῦτά φησιν· ὅτι δὲ καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐνταῦθα, ἐκ τούτων ἐμφαίνει·

Οὐ γάρ πώποτ' ἔμ' ὧδε θεᾶς ἔρος οὐδὲ γυναικὸς
Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσε.

καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν· ὅτι δὲ καὶ τὸ θυμοειδὲς ἐνταῦθα αὐτῷ ἐστι, τὰ τοιαῦτα ἐμφαίνει πλείονα ὄντα·

Ἥρη δ' οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, ἀλλὰ προσηύδα.

καὶ ἔτι·

Καὶ χόλον, ὅστ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι·
Ὅστε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο
Ἀνδρῶν ἐν στήθεσσιν ἀέξεται, ἠΰτε καπνός.

ἐναργέστατα καὶ σαφέστατα διὰ τῶν τοιούτων ἐνδεικνύμενος, ὡς ὑπολαμβάνει καὶ αὐτὸς ὁμοίως Ἱπποκράτει καὶ Πλάτωνι, δυνάμεις τῆς ψυχῆς ὑπάρχειν ἑτέρας παρὰ τὸν λογισμὸν, τήν τ' ἐπιθυμητικὴν καὶ τὴν θυμοειδῆ, καὶ καθ' ἕτερον μόνον τοῦτο διαφερόμενος αὐτοῖς, καθ' ὅσον ἐν τῇ καρδίᾳ πᾶσαν εἶναί φησιν, ὡς Ἀριστοτέλης ὑπελάμβανεν, οὐκ ἐν τοῖς τρισὶ σπλάγχνοις, ἐγκεφάλῳ, καὶ ἥπατι, καὶ καρδίᾳ.

Deinde rurſus pluribus appoſitis verſibus inquit: Quod et concupiſcibilis ibidem ſit, ex his liquet:

Nunquam alias animum languenti in pectore noſtrum
Seu Dea ſeu mulier tanto devinxit amore.

Iterum paulo poſt: Quod etiam iraſcibilis eundem locum occupet, ejuſmodi multa declarant:

Pectore non iram Juno ſuppreſſit, at inquit.

Item:

Atque ira invaſit ſapientem quamlibet urens,
Dulcior et multo quam mel quod deſluit, inſtar
Fumi in pectoribus conſcendit protinus imis.

Quibus verbis evidentiſſime ac manifeſtiſſime indicat, quam ipſe ſimiliter Hippocrati et Platoni opinatus ſit, facultates animae alias eſſe praeter rationem, nempe concupiſcibilem et iraſcibilem, ac in altero ſolum hoc ab ipſis diſcrepat, puta quod in corde omnem eſſe aſſirmet, quae Ariſtotelis erat opinio, non in tribus viſceribus, ce-

ἀλλὰ καὶ τὰ τῶν δυνάμεων ἔργα τε καὶ τὰ πάθη διὰ τῶν ἐπῶν ὡς ἔγραψεν, αὐτάρκως ἐνεδείξατο, διὰ μὲν τοῦ φάναι·

Οὐ γάρ πώποτ᾽ ἔμ᾽ ὧδε θεᾶς ἔρος οὐδὲ γυναικὸς
Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσεν,

ὡς ὁ ἔρως πάθος εἴη τῆς ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως· ἐν δὲ τῷ λέγειν·

Ἥρη δ᾽ οὐκ ἔχαδε στῆθος χόλον, ἀλλὰ προσηύδα,

[135] ὡς ὁ χόλος τῆς θυμοειδοῦς. διαφερέτω δ᾽ ἔν γε τῷ παρόντι μηδὲν, εἴτε ἔργα τῶν δυνάμεων, εἴτε πάθη τὰ τοιαῦτα πάντα λέγοιμεν, ὕστερον γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν ἀκριβῶς ἐπισκεψόμεθα. κατὰ μὲν τὸ πρότερον περὶ ψυχῆς βιβλίον ὁ Χρύσιππος οὐχ ὅπως ἀντιλέγει μηδεμίαν εἶναι τῆς ψυχῆς δύναμιν ἢ ἐπιθυμητικὴν ἢ θυμοειδῆ, ἀλλὰ καὶ τὰ παθήματ᾽ αὐτῶν ἐκδιδάσκει, καὶ τόπον ἀπονέμει τοῦ σώματος ἕνα· κατὰ δὲ τὰ περὶ τῶν παθῶν ἅπαντα τά τε τρία, δι᾽ ὧν ἐπισκέπτεται τὰ λογικὰ περὶ αὐτῶν ζητήματα, καὶ προσέτι τὸ θεραπευτικὸν, ὃ δὴ καὶ ἠθικὸν ἐπιγράφουσί

rebro, jecinore et corde. Imo etiam facultatum opera et affectus verfibus quemadmodum fcripfit, abunde oftendit, hoc pacto:

Non effufus amor mihi divae aut foeminae adegit
Sic animum.

Hoc pacto amor concupifcibilis facultatis affectus fuerit. Quum autem inquit:

Non iram Juno fuppreffit corde, fed inquit;

fic animofae facultatis erit. Refert autem in praefentia nihil, five opera facultatum, five affectus ejufmodi omnia dicantur. Poftea enim de ipfis accurate confiderabimus. Chryfippus priore quidem de anima libro non folummodo non refragatur, nullam effe animi facultatem aut concupifcibilem aut irafcibilem, fed etiam affectus ipfarum edocet, et unum corporis locum attribuit. Omnibus vero his, in quibus de affectibus tractat, in tribus item, quibus rationales de ipfis quaeftiones confiderantur, ad haec et in quo medendi ratio, quam partem moralem nonnulli

τινες, οὐκ ἔθ' ὁμοίως εὑρίσκεται γιγνώσκων, ἀλλὰ τὰ μὲν ὡς ἐπαμφοτερίζων γράφει, τὰ δὲ ὡς μηδεμίαν ἡγούμενος εἶναι δύναμιν τῆς ψυχῆς μήτε ἐπιθυμητικὴν μήτε θυμοειδῆ. κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἐξήγησιν τῶν ὁρισμῶν τοῦ πάθους ἐμφαίνει τινὰ δύναμιν ἄλογον ἐν τῇ ψυχῇ τῶν παθῶν αἰτίαν ὑπάρχειν, ὡς ὀλίγον ὕστερον ἐπιδείξω τὴν ῥῆσιν ἐξηγησάμενος αὐτοῦ· ἐν δὲ τοῖς ἐφεξῆς, ἔνθα ζητεῖ, πότερα κρίσεσιν ἐπιγίγνεται τὰ πάθη, προφανῶς ἀποχωρεῖ τῆς Πλάτωνος δόξης, ὅς γ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐν τῇ διαιρέσει τοῦ προβλήματος ἠξίωσε καὶ ταύτης ἐπιμνησθῆναι. καίτοι τοῦτο πρῶτον εὐθὺς ἐγκαλέσειεν ἄν τις αὐτῷ παρὰ τὸ τῆς διαιρέσεως ἐλλιπὲς ἐσφαλμένῳ. τὸ γάρ τοι πάθος, οἷον ὁ ἔρως, ἤτοι κρίσις τίς ἐστι, ἢ κρίσεσιν ἐπιγιγνόμενον, ἢ κίνησις ἔκφορος τῆς ἐπιθυμητικῆς δυνάμεως: οὕτω δὲ καὶ ὁ χόλος ἤτοι κρίσις, ἢ ἑπόμενόν τι ταύτῃ πάθος ἄλογον, ἢ κίνησις σφοδρὰ τῆς θυμοειδοῦς δυνάμεως. ὁ δέ γ' οὐδ' οὕτως ἐγχωρῶν εἰς τρία τέμνεσθαι τὸ πρόβλημα μεταχειρί-

inſcribunt, non item ſimiliter cognoſcere deprehenditur verum alia tanquam in utramque partem declinans conſcribit, alia ceu ne unam quidem animae facultatem eſſe, neque concupiſcibilem, neque iraſcibilem autumans. Etenim in affectus definitionum expoſitione oſtendit, facultatem quandam irrationalem in anima affectuum cauſam exiſtere, ut paulo poſterius indicabo verba ipſius interpretatus. In ſubſequentibus, ubi quaerit, utrum affectus judiciis ſuperveniant, palam a Platonis opinione recedit, quippe qui neque in problematis diviſione hujus quoque meminiſſe dignatus eſt, quanquam hoc primum ſtatim aliquis poſſit ipſi objicere, quod in diviſione parum abſoluta deliquerit. Siquidem affectus, exempli gratia amor, vel judicium quoddam eſt, vel judicio accidens, aut motus aberrans concupiſcibilis facultatis: ſic etiam ira vel judicium, vel affectus quidam irrationalis hoc ſubſequens, aut motus vehemens facultatis iraſcibilis. At hic neque eo modo, ac ſi problema poſſet

ζεται τὸν λόγον ἐπιδεικνύναι πειρώμενος, ὡς ἄμεινον εἴη κρίσεις ὑπολαμβάνειν αὐτὰ, καὶ οὐκ ἐπιγινόμενά τινα ταῖς κρίσεσιν, ἐπιλαθόμενος ὧν αὐτὸς ἐν τῷ προτέρῳ τῷ περὶ ψυχῆς ἔγραψε, τὸν μὲν ἔρωτα τῆς ἐπιθυμητικῆς εἶναι δυνάμεως, τὸν δὲ χόλον τῆς θυμοειδοῦς.

Κεφ. β'. Ὥσπερ δ' ἐν τούτοις ἐπελάθετό τε ἅμα τῶν ἑαυτῷ γεγραμμένων, οὐκ ἠξίωσέ τε πρὸς τὸ τῶν παλαιῶν ἀντειπεῖν δόγμα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν τοῖς ὁρισμοῖς τῶν γενικῶν παθῶν, οὓς πρώτους ἐξέθετο, τελέως ἀποχωρεῖ τῆς γνώμης αὐτῶν, τὴν λύπην ὁριζόμενος δόξαν πρόσφατον κακοῦ παρουσίας, τὸν δὲ φόβον προσδοκίαν κακοῦ, τὴν δ' ἡδονὴν δόξαν πρόσφατον ἀγαθοῦ παρουσίας. ἄντικρυς γὰρ ἐν τούτοις τοῦ λογιστικοῦ τῆς ψυχῆς μόνου μέμνηται, παραλείπων τό τ' ἐπιθυμητικὸν καὶ τὸ θυμοειδές· καὶ γὰρ τὴν (276) δόξαν καὶ τὴν προσδοκίαν ἐν τῷ λογικῷ μόνῳ συνίστασθαι νομίζει. κατὰ μέντοι τὸν τῆς ἐπιθυμίας ὅρον, ἣν ὄρεξιν ἄλογον εἶναί φησιν,

trifariam partiri, aggreditur rationem, dum conatur ostendere, melius esse, ut judicia ipsa putentur, et non judiciorum quaedam accidentia, oblitus quae ipse priore de anima libro prodidit, nempe amorem concupiscibilis esse facultatis, iram irascibilis.

Cap. II. Quemadmodum autem in his et oblitus est eorum simul, quae ipse conscripsit, et adversus veterum dogma contradicere non est dignatus, pari modo in generalium affectuum definitionibus, quas priores exposuit, tandem a sententia ipsorum recedit, tristitiam definiens recentem mali praesentis opinionem, metum expectationem, voluptatem recentem boni praesentis opinionem. Manifesto enim in his rationalis animae duntaxat meminit, relicta concupiscibili et irascibili, quoniam opinionem expectationemque in rationali sola consistere autumat; in cupiditatis vero finitione, quam appetitum irrationalem esse pronunciat, attingit sane aliquo modo,

ἐφάπτεται μέν πως ὅσον ἐπὶ τῇ λέξει τῆς ἀλόγου κατὰ τὴν ψυχὴν δυνάμεως, ἀποχωρεῖ δὲ κἀνταῦθα κατὰ τὴν ἐξήγησιν αὐτῆς, εἴγε καὶ ἡ ὄρεξις, ἣν κατὰ τὸν ὁρισμὸν παρέλαβε, τῆς λογικῆς ἐστι δυνάμεως. ὁρίζεται γοῦν αὐτὴν ὁρμὴν λογικὴν ἐπί τι ὅσον χρὴ ἧδον. ἐν μέντοι δὴ τούτοις τοῖς ὅροις ὁρμὰς καὶ δόξας καὶ κρίσεις ὑπάρχειν οἴεται τὰ πάθη, κατὰ δέ τινας τῶν ἐφεξῆς Ἐπικούρῳ καὶ Ζήνωνι μᾶλλον, ἢ τοῖς ἑαυτοῦ δόγμασιν ἀκόλουθα γράφει. τήν τε γὰρ λύπην ὁριζόμενος μείωσιν εἶναί φησιν ἐπὶ φευκτῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν, τὴν δ' ἡδονὴν ἔπαρσιν ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν. [136] καὶ γὰρ αἱ μειώσεις, καὶ αἱ ἐπάρσεις, καὶ αἱ συστολαὶ, καὶ αἱ διαχύσεις, (καὶ γὰρ τούτων ἐνίοτε μέμνηται,) τῆς ἀλόγου δυνάμεώς ἐστι παθήματα ταῖς δόξαις ἐπιγιγνόμενα. τοιαύτην δέ τινα τὴν οὐσίαν τῶν παθῶν Ἐπίκουρος καὶ Ζήνων, οὐκ αὐτὸς ὑπολαμβάνει. ὃ καὶ θαυμάζειν ἐπέρχεταί μοι τἀνδρὸς, ἐν ἐπαγγελίᾳ λογικῆς τε ἅμα καὶ ἀκριβοῦς διδασκαλίας οὐκ ἀκριβοῦντος. καὶ γὰρ, οὐκ αὐτὰ ταῦτα μόνον αὐτὸς ἑαυτῷ διαφέρεται φανερῶς,

quantum ad dictionem attinet, irrationalem animae facultatem; defcifcit autem et hic in ipfius expofitione, fiquidem appetitus etiam, quem in definitione affumpferat, facultatis rationalis exiftit. Definit itaque ipfum rationalem impetum ad aliquid, quatenus licet, jucundum. In his autem definitionibus impetus, opiniones et judicia affectus effe autumat; in quibufdam vero fubfequentibus Epicuro et Zenoni magis, quam fuis ipfius dogmatis confentanea fcribit; nam moeftitiam definiens demiffionem effe ait propter rem, quae fugienda videtur, voluptatem elationem propter rem, quae eligenda putatur, fiquidem demiffiones, elationes, contractiones et diffufiones (horum enim interdum meminit) irrationalis facultatis affectus funt, opinionibus fupervenientes. At hujufmodi quandam affectuum fubftantiam Epicurus et Zeno, non ipfe exiftimat; quod etiam admirari mihi fubit de viro, qui in rationalis fimul et exquifitae doctrinae profeffione non exquifite agat. Etenim non eadem haec folum ipfe fibi re-

Ed. Chart. V. [136.] Ed. Baf. I. (276.)

ἀλλὰ κἀπειδὰν ὑπὲρ τῶν κατὰ τὸ πάθος ὁρισμῶν γράφων ἄλογόν τε καὶ παρὰ φύσιν κίνησιν ψυχῆς αὐτὸ φάσκῃ, καὶ πλεονάζουσαν ὁρμὴν, εἶτα τὸ μὲν ἄλογον ἐξηγούμενος τὸ χωρὶς λόγου τε καὶ κρίσεως εἰρῆσθαι φάσκει, τῆς δὲ πλεοναζούσης ὁρμῆς παράδειγμα τοὺς τρέχοντας σφοδρῶς παραλαμβάνει· ταυτὶ γὰρ ἀμφότερα μάχεται τῷ κρίσεις εἶναι τὰ πάθη. εἰσόμεθα δ' ἐναργέστερον αὐτὰς τὰς ῥήσεις αὐτοῦ παραγράψαντες. ἔχει δ' ἡ μὲν ἑτέρα τόνδε τὸν τρόπον. δεῖ δὲ πρῶτον ἐντεθυμῆσθαι, ὅτι τὸ λογικὸν ζῶον ἀκολουθητικὸν φύσει ἐστὶ τῷ λόγῳ, καὶ κατὰ τὸν λόγον, ὡς ἂν ἡγεμόνα πρακτικόν. πολλάκις μέντοι καὶ ἄλλως φέρεται ἐπί τινα, καὶ ἀπό τινων ἀπειθῶς τῷ λόγῳ ὠθούμενον ἐπὶ πλεῖον, καθ' ἣν φορὰν ἀμφότεροι ἔχουσιν οἱ ὅροι τῆς παρὰ φύσιν κινήσεως ἀλόγως οὕτως γινομένης, καὶ τοῦ ἐν ταῖς ὁρμαῖς πλεονασμοῦ. τὸ γὰρ ἄλογον τουτὶ ληπτέον ἀπειθὲς λόγῳ, καὶ ἀπεστραμμένον τὸν λόγον, καθ' ἣν φορὰν καὶ ἐν τῷ ἔθει τινάς φαμεν ὠθεῖσθαι, καὶ ἀλόγως

pugnantia manifesto adfert; verum etiam ubi de affectus definitionibus fcribens irrationem et praeter naturam animae motum ipfum pronunciat, impetum quoque redundantem, deinde irrationale exponens, id quod fine ratione et judicio eft, dictum affirmat, redundantis autem impetus exemplum currentes vehementer affumit. Haec namque ambo pugnant cum eo, quod affectus fint judicia. Sciemus autem clarius, ubi ipfa auctoris verba appofuerimus. Habent autem altera in hunc modum: *Primum confiderandum eft, animal rationale natura rationem fequi, ac fecundum rationem tanquam ducem activum. Saepe vero etiam aliter ad quaedam fertur, et a quibufdam rationi inobediens longius propellitur; quem lationis modum utraque habet definitio, et illa fcilicet, quae motum praeter naturam, qui tam irrationaliter accidit, et quae in impetu abundantiam obtinet; nam irrationale hoc fumendum eft rationi immorigerum et ab ea averfum; qua latione etiam per confuetudinem aliquem propelli dicimus, et irratio-*

φέρεσθαι ἄνευ λόγου κρίσεως, οὐχὶ εἰ διημαρτημένως φέρεται, καὶ παριδών τι κατὰ τὸν λόγον, ταῦτ᾽ ἐπισημαινόμεθα, ἀλλὰ μάλιστα καθ᾽ ἣν ὑπογράφει φορὰν οὐ πεφυκότος τοῦ λογικοῦ ζώου κινεῖσθαι, οὕτως κατὰ τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ κατὰ τὸν λόγον. ἡ μὲν οὖν ἑτέρα τῶν τοῦ Χρυσίππου ῥήσεων ἐξηγουμένη τὸν πρότερον τῶν ὅρων τοῦ πάθους ἐνταυθοῖ τελευτᾷ. τὴν δ᾽ ὑπόλοιπον, ἐν ᾗ τὸν ἕτερον ὅρον ἐξηγεῖται, γεγραμμένην ἐφεξῆς τῆδε κατὰ τὸ πρῶτον σύγγραμμα περὶ παθῶν ἤδη σοι παραθήσομαι. κατὰ τοῦτο δὲ καὶ ὁ πλεονασμὸς τῆς ὁρμῆς εἴρηται, διὰ τὸ τὴν καθ᾽ αὑτοὺς καὶ φυσικὴν τῶν ὁρμῶν συμμετρίαν ὑπερβαίνειν. γένοιτο δ᾽ ἂν τὸ λεγόμενον διὰ τούτων γνωριμώτερον, οἷον ἐπὶ τοῦ πορεύεσθαι καθ᾽ ὁρμὴν οὐ πλεονάζει ἡ τῶν σκελῶν κίνησις, ἀλλὰ συναπαρτίζει τι τῆς ὁρμῆς, ὥστε καὶ στῆναι, ὅταν ἐθέλῃ, καὶ μεταβάλλειν. ἐπὶ δὲ τῶν τρεχόντων καθ᾽ ὁρμὴν οὐκέτι τοιοῦτον γίνεται, ἀλλὰ πλεονάζει παρὰ τὴν ὁρμὴν ἡ τῶν σκελῶν κίνησις, ὥστε ἐκφέρεσθαι καὶ μὴ μεταβάλλειν εὐπειθῶς οὕτως εὐθὺς ἐναρξαμένων, αἷς οἶμαί τι παραπλήσιον καὶ ἐπὶ τῶν ὁρμῶν γίνεσθαι διὰ τὸ τὴν

nabiliter fine rationis judicio ferri, nequaquam fi errabunde feratur, ac praetergreffus aliquid fecundum rationem, ea notamus, fed praecipue dum eum circumfcribit impetum, fecundum quem animal rationale ita omnia moveri natum non fit, fed fecundum rationem potius. Itaque altera Chryfippi oratio priorem affectus definitionem exponens hic definit. Reliqua, ubi alteram definitionem interpretatur, poft hanc primo de affectibus libro confcripta jam tibi apponetur hoc modo. *Etiam exuperantia impetus dicta eft, eo quod propriam eorum et naturalem impetus commoderationem tranfgrediatur, fiet autem, quod dicitur, per haec manifeftius, veluti in eundo juxta animi impetum non excellit crurum motus, fed aliquo pacto impetum adaequat, ita ut et fiftat, quum velit, et mutetur, in currentibus autem juxta animi arbitrium non fane hujufmodi fit, fed crurum motus praeter animi impetum redundat, ut efferantur et non obfequenter mutent tam fubito incepta; quibus puto etiam aliquid perfimile in animi im-*

κατὰ λόγον ὑπερβαίνειν συμμετρίαν, ὥσθ', ὅταν ὁρμᾷ, μὴ εὐπειθῶς ἔχειν πρὸς αὐτόν· ἐπὶ μὲν τοῦ δρόμου τοῦ πλεονασμοῦ λεγομένου παρὰ τὴν ὁρμὴν, ἐπὶ δὲ τῆς ὁρμῆς παρὰ τὸν λόγον. συμμετρία γάρ ἐστι φυσικῆς ὁρμῆς ἡ κατὰ τὸν λόγον, καὶ ἕως τοσούτου, καὶ ἕως αὐτὸς ἀξιοῖ. διὸ δὴ καὶ τῆς ὑπερβάσεως κατὰ τοῦτο καὶ οὕτως γινομένης πλεονάζουσά τε ὁρμὴ λέγεται εἶναι καὶ παρὰ φύσιν καὶ ἄλογος κίνησις ψυχῆς. αἱ μὲν τοῦ Χρυσίππου ῥήσεις αὗται. σκεψώμεθα δ' ἀκριβέστερον ὑπὲρ ἑκατέρας αὐτῶν ἀπὸ τῆς προτέρας ἀπαρξάμενοι, καθ' ἣν ἐξηγεῖται, πῶς εἴρηται τὸ πάθος ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν κίνησις ψυχῆς. ἐπειδὴ γὰρ ἠπίστατο δύο σημαινόμενα πρὸς τῆς ἄλογος φωνῆς, ὧν τὸ ἕτερον βούλεται μόνον δηλοῦσθαι κατὰ τὸν ὅρον, τὸ χωρὶς κρίσεως, ὀρθῶς ἐποίησε μηδεμίαν ὑπολιπόμενος ἀμφιβολίαν, ἀλλ' αὐτὸς δηλώσας, ὅτι τὴν κατὰ τὸ πάθος ὁρμὴν ἄλογον εἶναί φησι, καθ' ὅσον ἀπέστραπται τὸν λόγον, [137] καὶ ἀπειθεῖ τῷ λόγῳ, καὶ χωρὶς κρίσεως γίνεται. διὰ μὲν οὖν τοῦ ἀπεστράφθαι φάναι τὸν λόγον ἐχώρισε

petibus fieri, eo quod rationalem excedant modum, ut, quum appetunt, non ei sint morigeri, in cursu quidem redundantia quoad impetum dicta, in impetu autem quoad rationem; nam naturalis appetentiae modus ex ratione habetur, atque eousque pervenit, quousque ipsa censet; quare etiam excessus, qui in hoc atque ita fit, et redundans impetus, praeterque naturam, et irrationalis animae motus esse dicitur. Haec sane Chrysippi verba sunt. Inspiciamus autem accuratius utramque ipsorum seriem, a priore exorsi, qua exponit, quomodo affectus dictus sit irrationalis et praeter naturam animi motus. Quum enim scivisset, duo voce irrationalis significari, quorum alterum duntaxat in definitione vult indicari, nempe sine judicio, recte factitavit, qui ne unam quidem ambiguitatem reliquerit, sed ipse ostenderit, quod eum qui in affectu impetum animi irrationalem esse pronunciat, quatenus a ratione sit aversus, et eidem repugnet, sineque judicio accidat. Hoc igitur dicto, quo a ratione esse

τὴν κατὰ τὸ πάθος ἄλογον κίνησιν τῶν ἀψύχων τε καὶ τῶν ἀλόγων ζώων. κινεῖται μὲν γὰρ καὶ λίθος καὶ ξύλον ἐνίοτε, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον τῶν ἀψύχων, ἀλλ᾿ οὐχ ὡς ἀπεστραμμένον τὸν λόγον, οὐθ᾿ ὡς ἀπειθοῦν. ᾧ γὰρ τὴν ἀρχὴν μὴ μέτεστι τοῦ πείθεσθαί τε καὶ ἕπεσθαι τῷ λόγῳ, τοῦτο πῶς ἂν ἢ ἀπειθεῖν, ἢ ἀπεστράφθαι ποτὲ δύναιτο τὸν λόγον; ἀλλ᾿ ὅλως μὴ χρῆσθαι λέγοιτο ἂν εἰκότως. ἀπεστράφθαι δὲ καὶ ἀπειθεῖν λεχθήσεται τὸ φύσιν μὲν ἔχον ἕπεσθαί τε καὶ πείθεσθαι, παρὰ φύσιν δέ ποθ᾿ ἑτέρως φερόμενον. ἐκ μὲν δὴ τῶν τοιούτων δείκνυται τὸ μήτ᾿ ἀψύχῳ τινὶ μήτ᾿ ἀλόγῳ ζώῳ πάθος ἐγγίνεσθαι ψυχικόν. ἐπειδὰν δὲ γράφῃ, χωρὶς λόγου καὶ κρίσεως γίγνεσθαι τὴν κατὰ τὸ πάθος κίνησιν, εἶτα συνάπτων ἐφεξῆς λέγῃ, οὐχὶ εἰ διημαρτημένως φέρεται, καὶ παριδών τι κατὰ τὸν λόγον, καὶ ἀπεστραμμένως τε καὶ ἀπειθῶς αὐτῷ, διορίζει τῶν ἁμαρτημάτων τὰ πάθη καὶ πάνυ δεόντως. τὰ μὲν γὰρ ἁμαρτήματα μοχθηραὶ κρίσεις εἰσὶ, καὶ ὁ λόγος ἐψευσμένος

averfum protulit, irrationalem qui in affectione motum ab inanimis irrationalibufque animalibus fegregavit. Movetur fiquidem et lapis et lignum interdum, aliaque fingula inanimata, fed non ut a ratione averfa, neque ut eidem immorigera. Cujus enim neutiquam intereft, ut obtemperet fequaturque rationem, hoc quomodo repugnare aut averti unquam a ratione poterit? fed omnino non uti ratione merito dicetur: averfum autem effe et non obfequi id dicetur, quod naturam quidem habet fequendi obtemperandique, fed interdum praeter fui naturam alio modo fertur. Hinc fane monftratur, neque inanimato cuidam, neque irrationali animanti affectum innafci animalem. Quum autem fcribit, fine ratione et judicio affectionis motum fieri, deinde conjungens iterum dicit, nequaquam fi errabunde feratur, et praetergrediatur aliquid fecundum rationem, et averfus et immorigerus ei, affectus ab erroribus diftinguit, idque perdecenter. Etenim errores prava funt judicia, et ratio veritatem

τῆς ἀληθείας καὶ διημαρτημένος. τὸ δὲ πάθος ἔμπαλιν οὐδὲν μὲν ἡμαρτημένον, οὐδὲ παρορώμενον κατὰ τὸν λογισμὸν, ἀπειθὴς δέ ἐστι τῷ λόγῳ κίνησις ψυχῆς. ὁ μὲν γὰρ ὑπὲρ τοῦ σῶσαι τὴν πατρίδα τῆς ζωῆς καὶ τῶν τέκνων καταφρονήσας, καὶ ἤτοι παραδοὺς ἑτέροις ἀποσφάττειν, ἢ αὐτὸς ὑπομείνας σφάξαι, τῇ γε τοῦ καλοῦ φαντασίᾳ τοῦτο δρᾷ καὶ λογισμῷ τινι χρησάμενος. ἡ Μήδεια δ᾽ ἔμπαλιν οὐ μόνον ὑπ᾽ οὐδενὸς ἐπείσθη λογισμοῦ κτείνειν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον ἅπαν ὅσον ἐπὶ τῷ λογισμῷ μανθάνειν φησὶ, οἷα δρᾷν μέλλει κακὰ, τὸν θυμὸν δὲ εἶναι κρείττονα τῶν βουλευμάτων, τουτέστιν οὐχ ὑποτετάχθαι καὶ πείθεσθαι καὶ ἕπεσθαι καθάπερ τινὶ δεσπότῃ τῷ λόγῳ τὸ πάθος, ἀλλ᾽ ἀφηνιάζειν, καὶ ἀποχωρεῖν, καὶ ἀπειθεῖν τῷ προστάγματι, ὡς ἑτέρας τινὸς ἔργον ἢ πάθημα δυνάμεως ὑπάρχον, οὐ τῆς λογιστικῆς. πῶς γὰρ ἂν ἢ ἀπειθεῖν ἑαυτῷ τι δύναιτο, ἢ ἀποστρέφεσθαι ἑαυτὸ, ἢ μὴ ἕπεσθαι ἑαυτῷ; ταυτὶ μὲν οὖν ἅπαντα πρὸς τῷ μηδὲν ἔχειν μεμπτὸν ἔτι καὶ ἀληθῶς τε καὶ διωρισμένως καὶ

ementita et errori implicita. Affectus contra nullum quidem erratum, neque praetermiſſum in ratiocinatione, ſed eſt animi motus rationi inobediens. Nam qui, ut patriam ſervet, liberorum vitam contemnit, vel aliis jugulandos tradit, vel jugulare ipſe ſuſtinet, honeſti imaginatione hoc facit et ratiocinatione quadam uſus. Medea autem e contrario non ſolum a nulla perſuaſa eſt ratiocinatione, ut filios interimeret, ſed etiam contra in totum (quantum ad ratiocinationem attinet) ſcire ſe ait, cujuſmodi factura ſit mala, verum iracundiam conſiliis eſſe potentiorem, hoc eſt, non ſubjici et obtemperare et obſequi rationi tanquam dominae cuidam affectum, ſed diffidere et recedere et averſari mandatum, ceu alterius cujuſdam opus aut affectus virtutis exiſtat, non ratiocinatricis. Quomodo enim vel non obtemperare ſibi ipſi aliquid poſſit, vel a ſe ipſo averti, aut non ſe ipſum ſequi? Haec igitur omnia, praeterquam quod nihil accuſatione dignum habeant, praeterea etiam tum vere, tum di-

κατὰ τὴν Πλάτωνος εἰρηται γνώμην. παραπλησίως δὲ καὶ τὰ κατὰ τὴν ἐξήγησιν τοῦ δευτέρου τῶν ὅρων ὑπ᾽ αὐτοῦ γεγραμμένα, δι᾽ ἧς ἐμνημόνευσε καὶ τῶν τρεχόντων ὠκέως, οἳ μηδ᾽ εἰ στῆναι βούλοιντο, παραχρῆμα δύναιντο πράττειν αὐτό. σαφῶς γὰρ κἀνταῦθα ἔνδειξις γίγνεται δυνάμεως ἑτέρας παρὰ τὸν λόγον, ὑφ᾽ ἧς ἀπο(277)τελεῖται τὰ παθήματα. γνοίημεν δ᾽ ἂν ἐναργέστερον, εἰ τὴν αἰτίαν ἐξεύροιμεν, ὑφ᾽ ἧς συμβαίνει μὴ δύνασθαι στῆναι παραχρῆμα πολλοὺς τῶν θεόντων. ἡ δ᾽ εὕρεσις ἐξ αὐτοῦ γένοιτ᾽ ἂν ἡμῖν τοῦ μὴ πᾶσιν οὕτως συμβαίνειν, ἀλλ᾽ ὅσοι δι᾽ ὁμαλοῦς τινος ἢ κατάντους φέρονται. τῶν μὲν γὰρ ἀνάντη χωρία διαθεόντων οὐκ ἔτι οὕτω τοῦτο συμπίπτει· παραχρῆμα γοῦν ἵστανται βουληθέντες, ὡς ἂν τῆς ῥοπῆς τοῦ σώματος μὴ φερούσης αὐτοὺς βιαίως κάτω, καθάπερ ἐκείνους ἔφερε. σύνθετος γὰρ αὐτῶν ἔνεστιν ἡ τῆς φορᾶς αἰτία, ἡ μέν τις ὡς ζώων ὑφ᾽ ὁρμῆς κινουμένων, ἡ δ᾽ ὡς ἀψύχων σωμάτων τῷ βάρει ῥεπόντων. οὕτω γοῦν καὶ λίθοι πολλάκις ὀρῶν καταφέρονται στῆναι μεταξὺ μὴ δυνάμενοι, πρὶν ἐξικέσθαι

σοφῶν τῶν μαρτυρησόντων, ἀλλ' ἀρκεῖ μὲν καὶ Ὅμηρος ἐπὶ τοῖς ἀρτίως ῥηθεῖσι μαρτυρῶν, ἀρκεῖ δὲ καὶ Θουκυδίδης λέγων· καὶ οἱ λογισμῷ ἐλάχιστα χρώμενοι θυμῷ πλεῖστα εἰς ἔργον καθίστανται, ἀρκεῖ δὲ καὶ Δημοσθένης εἰπών· ἀλλὰ μὴν, ἄν τις ἄφνω τὸν λογισμὸν φθάσας ἐξαχθῇ, πράξεις ὑβριστικὰς ποιήσει. δι' ὀργὴν δ' ὁ Πλάτων ἔφησε πεποιηκέναι, πρὸς τούτοις οἱ λοιποὶ πάντες, καὶ ῥήτορες, καὶ ποιηταὶ, καὶ μυθολόγοι· διὰ γὰρ τὴν ἐνάργειαν τοῦ πράγματος οὐδείς ἐστιν, ὃς οὐχ οὕτω γιγνώσκει. προσεκτέον οὖν ἐστι τῇ προγεγραμμένῃ τοῦ Πλάτωνος ῥήσει, τῶν τε ἄλλων ἕνεκα καὶ ὅπως ἀσφαλῶς οὐ περὶ μὲν τοῦ κατὰ τὸν ἐγκέφαλον εἶναι τὸ λογιζόμενον, ἐν καρδίᾳ δὲ τὸ θυμούμενον, ἐπεκαλέσατο μαρτυρήσοντα τὸν Ὅμηρον, ἀλλὰ περὶ μόνου τοῦ διαφέρειν τὸ θυμούμενον τῆς ψυχῆς τοῦ λογιζομένου. τοῦτο μὲν γὰρ ἅπαντες ἄνθρωποι γιγνώσκουσι δι' ἐνάργειαν, ἐκεῖνο δ' οὐκ ἔθ' ὁμοίως ἅπαντες, ἀλλ' ἀποδείξεως αὐτὸ δεῖ. διό μοι δοκῶ κἀγὼ καταπαύειν μὲν ἤδη τὸν

tium teſtimonia, ſed abunde eſt etiam Homeri praeter modo dicta teſtimonium. Sufficit et Thucydides inquiens: *Qui ratione minime utuntur, iracundia plerumque in opus rapiuntur.* Satis eſt et Demoſthenis dictum: *At vero, ſi quis repente extra rationem fuerit eductus, actiones contumelioſas obibit.* Propter iram autem Plato dixit feciſſe; ad haec reliqui omnes, et rhetores, et poetae, et fabularum ſcriptores. Siquidem propter rei evidentiam nemo eſt, qui non ita ſentiat. Itaque Platonis verbis ſupra comprehenſis attendendum eſt, tum aliorum cauſa, tum quomodo ſecure Homerum teſtem citaverit, non de eo, quod in cerebro ratio, in corde iracundia conſiſtat, ſed quod ſolum iraſcibilis anima a ratiocinatrice differat; id quod omnes homines propter evidentiam cognoſcunt, illud autem non ita ſimiliter omnes, ſed demonſtratione ipſum indiget. Quare mihi viſum eſt li-

Ed. Chart. V. [178.] Ed. Baf. I. (296.)

ἐνεστῶτα λόγον, ἐν δὲ τῷ μετ᾽ αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἀπόδειξιν τρέπεσθαι τοῦ καὶ τοῖς τόποις διωρίσθαι τὰ τρία μόρια τῆς ψυχῆς.

brum praefentem jam finire, fubfequenti vero ad id demonftrandum aggredi, quod etiam locis tres animae partes fint diftinctae.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΘ' ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΝ ΚΑΙ ΠΛΑΤΩΝΑ ΔΟΓΜΑΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΚΤΟΝ.

Ed. Chart. V. [179.] **Ed. Baſ. I. (296.)**

Κεφ. α'. Προὔκειτο μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐπισκέψασθαι περὶ τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεων, εἴτ' ἐκ τῆς καρδίας μόνης ὁρμῶνται σύμπασαι, καθάπερ Ἀριστοτέλης τε καὶ Θεόφραστος ὑπελάμβανον, εἴτε τρεῖς ἀρχὰς αὐτῶν τίθεσθαι βέλτιον, ὡς Ἱπποκράτης τε καὶ Πλάτων ἐδόξαζον. ἐπεὶ δὲ Χρύσιππος οὐ περὶ τῶν ἀρχῶν μόνον ἠμφισβήτησε πρὸς τοὺς παλαιοὺς, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν δυνάμεων

GALENI DE HIPPOCRATIS ET PLATONIS PLACITIS LIBER SEXTVS.

Cap. I. Propoſitum ſane mihi erat ab initio de facultatibus corpus noſtrum regentibus conſiderare, ex cordene ſolo univerſae proſiciſcantur, quemadmodum Ariſtoteles et Theophraſtus exiſtimabant, an tria ipſarum principia ponere ſatius ſit, ut Hippocrates et Plato opinabantur. Verum quia Chryſippus non de principiis tantum contra veteres contendit, ſed de ipſis etiam faculta-

αὐτῶν, οὔτε τὴν θυμοειδῆ συγχωρήσας ὑπάρχειν, οὔτε τὴν ἐπιθυμητικὴν, ἔδοξε χρῆναι τὴν τούτου προτέραν δόξαν ἐπισκεψαμένους οὕτως ἐπανέρχεσθαι πάλιν ἐπὶ τὸ προκείμενον ἐξ ἀρχῆς, ὡς ἐγκέφαλός τε καὶ καρδία καὶ ἧπαρ ἀρχαὶ τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεών εἰσιν. ἀφῖκται οὖν ὁ λόγος ἤδη πρὸς τοῦτο, καὶ ἀρχὴν ἕξει τὴν τῶν ὀνομάτων ἐξήγησιν, οἷς ἔμπροσθέν τε ἤδη κεχρήμεθα, κἀν τῷ μεταξὺ (297) τούτῳ λόγῳ πολλάκις χρησόμεθα. πρὸς γὰρ τὸ μηδενὸς τῶν εἰρημένων παρακούειν, ἀλλ᾽ ἐν ἅπασι τὸ διωρισμένον τε ἅμα καὶ σαφὲς ἕτοιμον ὑπάρχειν, ἀναγκαιότατόν ἐστιν ἕκαστον τῶν ὀνομάτων ἐφ᾽ ὅτου λέγεται πράγματος ἀκριβῶς ἀφωρίσθαι. καὶ γάρ τοι καὶ λύεσθαί τινα τῶν ἔμπροσθεν ἀναβληθέντων ζητημάτων ἐκ τούτου τοῦ τρόπου συμβέβηκεν, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τόδε, πότερον ἐνερ[180]γείας ἢ πάθη προσαγορευτέον ἐστὶ τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὸν θυμὸν, ὅσα τ᾽ ἄλλα τοιαῦτα. ἡ μὲν οὖν ἐνέργεια κίνησίς ἐστιν δραστικὴ, (δραστικὴν δ᾽ ὀνομάζω τὴν ἐξ ἑαυτοῦ,) τὸ δὲ πάθος ἐν ἑτέρῳ κίνησίς ἐστιν ἐξ ἑτέρου. ὥστε

tibus, ut qui neque irafcibilem, neque concupifcibilem effe conceflerit, putavi oportere, opinione ipfius ante infpecta, ita rurfus ad id, quod ab initio propofueram, reverti, nempe cerebrum, cor et jecur facultatum nos regentium effe principia. Huc itaque oratio jam devenit, ac exordium a nominum interpretatione fumet, quibus jam prius ufi fumus, et in medio hoc libro frequenter utemur. Ne enim quicquam eorum, quae dicta funt, perperam inaudiatur, fed in omnibus diftinctum fimul et prompte manifeftum evadat, maxime neceffarium eft, fingula nomina de qua re dicantur, exacte definivifle. Etenim folvi etiam nonnullas quaeftiones prius huc delatas hoc modo contingit; quemadmodum certe et hanc, utrum actiones an affectus appellare conveniat cupiditatem et iracundiam, aliaque ejusmodi. Actio quidem igitur motus eft efficiens; efficientem autem nomino, qui ex fe eft. Affectus autem motus eft in altero ex altero; ut neceffa-

ἀναγκαῖον μὲν πολλάκις εἰς ἓν ὑποκείμενον τῷ πάθει τὴν ἐνέργειαν συνέρχεσθαι, καὶ κατὰ τοῦτο διαφέρειν μηδὲν, τῷ λόγῳ μέντοι διαφέρειν. ἡ γὰρ ὑπὸ τοῦ τέμνοντος ἐν τῷ τεμνομένῳ διαίρεσις, ἓν καὶ ταὐτὸν ὑπάρχουσα πρᾶγμα, τοῦ μὲν τέμνοντος ἐνέργεια, τοῦ δὲ τεμνομένου πάθος ἐστίν. οὕτως οὖν καὶ ὁ θυμὸς ἐνέργεια μέν ἐστι τοῦ θυμοειδοῦς, πάθημα δὲ τῶν λοιπῶν τῆς ψυχῆς δύο μερῶν, καὶ προσέτι τοῦ σώματος ἡμῶν παντὸς, ὅταν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ βιαίως ἄγηται πρὸς τὰς πράξεις. ἓν μὲν δὴ τοῦτο τὸ σημαινόμενον ἑκατέρων τῶν ὀνομάτων, ἕτερον δὲ, τὴν μὲν ἐνέργειαν κατὰ φύσιν τινὰ κίνησιν ἡμῶν νοούντων, τὸ δὲ πάθος παρὰ φύσιν. πολλαχοῦ δὲ τοῦ κατὰ φύσιν λεγομένου, τοῦτ᾽ ἀκούειν χρὴ νῦν, ὃ κατὰ πρῶτον λόγον ὑπὸ τῆς φύσεως γίγνεται. κατὰ πρῶτον δὲ λόγον ἐκεῖνα γίγνεσθαί φαμεν ὑπὸ τῆς φύσεως, ὧν ὥσπερ σκοπῶν ἀντιποιεῖται, καὶ μὴ δι᾽ ἀκολουθίαν τινὰ ἑτέροις ἐξ ἀνάγκης ἕπεται. ἡ τοιαύτη κίνησις κατὰ φύσιν, εἴτ᾽ ἐξ αὐτοῦ κινοῖτο τὸ κινούμενον, εἴθ᾽ ὑφ᾽ ἑτέρου. ἤδη μὲν οὖν οἶμαι σαφὲς εἶναι τὸ λε-

rio quidem faepe in unum fubjectum cum affectu actio conveniat; et in hoc nihil eft differentiae, oratione autem difcrepant. Nam a fecante facta divifio in eo, quod fecatur, una et eadem res cum fit, fecantis quidem actio, ejus autem, quod fecatur, affectus eft. Ita fane et iracundia actio quidem eft irafcibilis animae, affectus autem reliquarum ipfius duarum partium, et praeterea totius noftri corporis, quum ab iracundia violenter ad actiones ducitur. Hoc quidem unum eft fignificatum utriusque nominis. Alterum autem, fi actionem quidem motum quendam naturalem intelligamus, affectum autem praeter naturam. At quum multifariam id, quod fecundum naturam eft, dicatur, hoc inaudiri nunc oportet, quod primaria ratione a natura fit. Primaria autem ratione illa fieri a natura dicimus, quae veluti fcopos natura amplectitur, nec ex aliqua confequentia alia neceffario fequitur. Talis motus eft fecundum naturam, five ex ipfo moveatur id, quod movetur, five ab altero. Conftare itaque

γόμενον, ἀλλ᾽ οὐδὲν χεῖρον ἐπὶ παραδειγμάτων αὐτὸ σαφέστερον ἀπεργάσασθαι. ἡ τῆς καρδίας κίνησις, ἡ μὲν κατὰ τοὺς σφυγμοὺς ἐνέργειά ἐστιν, ἡ δὲ κατὰ τοὺς παλμοὺς πάθος. ἐξ αὐτῆς μὲν γάρ ἐστι καὶ ἡ κατὰ τοὺς παλμοὺς, ἀλλ᾽ οὐ κατὰ φύσιν· ἐξ αὐτῆς δὲ καὶ ἡ τῶν σφυγμῶν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν. δεῖ δὲ τοῦ σφυγμὸς ὀνόματος ἀκούειν οὕτως νῦν, ὡς Πραξαγόρας καὶ Ἡρόφιλος ἅπαντές τε σχεδὸν οἱ μετ᾽ αὐτοὺς ἐχρήσαντο μέχρι καὶ ἡμῶν, ὡς ἥ γε παλαιοτέρα χρῆσις, ἣ κἀν τοῖς Ἐρασιστράτου τε καὶ Ἱπποκράτους εὑρίσκεται γράμμασιν, ἑτέρα τίς ἐστι, καὶ λεχθήσεται περὶ αὐτῆς ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα. τὴν μέντοι τῆς καρδίας ἰδίαν κίνησιν ὀνομαζόντων ἡμῶν σφυγμὸν, ὁ παλμὸς μὲν πάθος εἶναι λεχθήσεται κατά γε τὸ δεύτερον τῆς πάθος φωνῆς σημαινόμενον, ὁ σφυγμὸς δ᾽ οὐ πᾶς ἐνέργεια. τὸν γὰρ μείζονα τοῦ κατὰ φύσιν, ἢ μικρότερον, ἢ ὠκύτερον, ἢ βραδύτερον, ἢ πυκνότερον, ἢ ἀραιότερον, ἤ πως ἄλλως ἐξιστάμενον οὐκ ἄν τις ἐνέργειαν εἴποι κατὰ τὸ δεύτερον τῆς ἐνεργείας σημαινόμενον. ἐξ ἑαυτῆς μὲν γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις σφυγμοῖς ἡ καρδία κινεῖται, κατὰ φύσιν δ᾽ οὐ

jam arbitror id, quod dicitur, ſed nihil mali fuerit exemplis id reddere manifeſtius. Cordis motus pulſuum ratione actio eſt, palpitationum reſpectu affectus. Ex eodem enim eſt et palpitationum motus, ſed non ſecundam naturam; ex eodem etiam pulſuum motus, ſed ſecundum naturam. At pulſus nomen ita nunc audiendum eſt, ut Praxagoras, Herophilus et prope omnes poſteri ad noſtra usque tempora uſi ſunt. Nam vetuſtior uſus, qui in Eraſiſtrati et Hippocratis libris invenitur, alius eſt, et de eo poſterius dicetur. Quod ſi vero cordis peculiarem motum pulſum appellemus, palpitatio quidem affectus eſſe dicetur pro ſecunda dictionis affectus ſignificatione; pulſus autem non omnis actio; nam majorem naturali, aut minorem, aut citatiorem, aut tardiorem, aut frequentiorem, aut rariorem, aut alio quodam modo excedentem nemo actionem dixerit pro ſecundo actionis ſignificatu. Quippe ex ſe ipſo in hujuſmodi pulſibus cor movetur, ſed non

κινεῖται· ὥστ', εἰ οὕτως ἔτυχεν, οὐδὲν εἶναι θαυμαστὸν ἓν πρᾶγμα καὶ πάθος ὀνομάζεσθαι καὶ ἐνέργειαν, ὥσπερ τὸν μικρότερον τοῦ κατὰ φύσιν σφυγμὸν, οὐ μὴν κατά γε ταὐτὸν σημαινόμενον, ἀλλὰ κατὰ μὲν τὸ πρότερον ῥηθὲν ἐνέργειαν, (ἔστι μὲν γὰρ καὶ ἡ κατὰ τοῦτον τὸν σφυγμὸν κίνησις δραστική) κατὰ δὲ τὸ δεύτερον οὐκ ἐνέργειαν, ἀλλὰ πάθος, ὅτι μὴ κατὰ φύσιν ἐστὶν ἡ κίνησις. οὕτως οὖν ἔχει κἀπὶ τοῦ θυμοῦ καὶ τῶν ἄλλων παθῶν. ἅπαντα γὰρ ἐνέργειαί τινές εἰσι τοῦ παθητικοῦ τῆς ψυχῆς κατά γε τὸ πρῶτον τῆς ἐνεργείας σημαινόμενον, καθ' ὅσον δ' ἔκφοροί τε καὶ ἄμετροι κινήσεις εἰσὶ, καὶ οὐ κατὰ φύσιν, οὐκ ἐνέργειαι λέγοιντ' ἂν ὑπάρχειν, ἀλλὰ πάθη κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον. οἷον γάρ τι κατὰ τὴν τῶν ἀρτηριῶν κίνησιν ὁ μέγας σφυγμός ἐστι, τοιοῦτος κατὰ τὴν τοῦ θυμοειδοῦς ὁ θυμὸς, οἷον δ' αὖ πάλιν ὁ μικρὸς σφυγμὸς, τοιοῦτον ἡ ἀθυμία. αὕτη μὲν γὰρ ἐλλιπής ἐστι κίνησις τοῦ θυμοειδοῦς, ὑπερβάλλουσα δὲ καὶ πλεονάζουσα τοῦ προσήκοντος ἡ κατὰ τοὺς θυμούς. ταύτῃ γοῦν ἐνέργειαί τε ἅμα καὶ

ſecundum naturam movetur. Quare, ſi ita eveniat, nihil eſt mirum, unam rem et affectum et actionem appellari, ſicuti minorem naturali pulſum, non tamen eodem ſignificatu, ſed priore dicto actio, (eſt enim et hujus pulſus motus efficiens,) ſecundo autem non actio, ſed affectus, quoniam non ſecundum naturam eſt motus. Sic igitur in iracundia habet, et in aliis affectibus. Omnes ſiquidem actiones quaedam ſunt animae affectibus obnoxiae ex primo actionis ſignificatu. Quatenus autem effrenes et immoderati motus ſunt, neque ſecundum naturam, non actiones eſſe dicentur, ſed affectus ex ſecundo ſignificatu. Qualis enim res in arteriarum motu magnus pulſus eſt, talis in iraſcibilis animae motu iracundia; qualis autem rurſus parvus pulſus, talis timiditas. Hic enim deficiens motus eſt animae iraſcibilis; exuperans autem et amplior, quam convenit, is, qui in iracundia deprehenditur. Hac itaque ratione et actiones ſimul et affectus

πάθη λεχθήσονται καθ' ἕτερόν τε καὶ ἕτερον σημαινόμενον ἥ τε ὀργὴ καὶ ἡ λύπη, καὶ ὁ φόβος, καὶ ἡ ἐπιθυμία, καὶ ὁ θυμὸς, [181] ὅσα τε ἄλλα τοιαῦτα, καὶ προσέτι καθ' ὅσον ὅλον τὸ σῶμα μετὰ τῆς ψυχῆς ἀπάγεται πρὸς αὐτῶν, ἡ κίνησις τοῦ ζώου πάθος ἔσται κατ' ἄμφω τὰ σημαινόμενα. πολλάκις μὲν γὰρ ἕπεται τῷ θυμοειδεῖ τὰ λοιπὰ δύο, πολλάκις δὲ τῷ ἐπιθυμητικῷ, καθάπερ ἑλκόμενά τε καὶ συρόμενα παραπλήσιον τρόπον, ὡσεὶ καὶ ξυνωρίδες ἵππων, ὁ μὲν ἕτερος ἰσχυρότερον ᾄξας ἐπισύρει τὸν ἕτερον ἅμ' ἑαυτῷ μετὰ τοῦ σύμπαντος ἅρματός τε καὶ ἡνιόχου, ὁ δ' ἕτερος ὑπ' ἀσθενείας ἕπεται κατεπτηχὼς, αὐτὸς δ' ὁ ἡνίοχος ἀποφέρεται βίᾳ. τηνικαῦτα γὰρ ἡ μὲν κατὰ τὸν ἔκφορον ἵππον κίνησις ἐνέργειά τε καὶ πάθος αὐτοῦ λεχθήσεται, κατὰ μὲν τὸ πρότερον σημαινόμενον ἐνέργεια, (κίνησις γάρ ἐστιν ἐξ ἑαυτοῦ,) κατὰ δὲ τὸ δεύτερον οὐκ ἐνέργεια, παρὰ φύσιν γ' οὖσα κίνησις αὐτῷ, ἀλλ' ἤδη πάθος. ἡ μέντοι τοῦ ἡνιόχου κίνησις οὐδὲ καθ' ἕτερον τῶν σημαινομένων ἐνέργειά ἐστιν, ἀλλὰ κατὰ ἄμφω πάθος, εἴ γε μήτ' ἐξ ἑαυτοῦ, μήτε κατὰ φύσιν ἡ κίνησις αὐτῷ.

dicentur alio atque alio significatu ira, dolor, metus, cupiditas, iracundia, aliaque hujusmodi, et praeterea, quatenus totum corpus cum anima ab ipsis abripitur, motus animantis affectus erit utroque significatu. Frequenter enim iracundiam reliqua duo sequuntur, saepe vero concupiscentiam, tanquam abstracta compulsaque jugalium equorum instar, quorum alter valentius impellens alterum attrahit secum cum toto curru et auriga, alter prae imbecillitate sequitur submissus contractusque, ipse autem auriga vi aufertur. Tunc enim in effreni equo motus actio et affectus ipsius dicetur, priore quidem significatu actio, (motus enim ex se ipso est,) secundo autem non actio, quum sit motus ei praeter naturam, sed jam affectus; aurigae vero motus ne secundum alterum quidem significatum actio est, sed secundum utrumque affectus, siquidem neque ex se ipso, neque secundum naturam motus ei

πολλαὶ γὰρ τῶν κινήσεων, εἰ καὶ μὴ δραστικαί τινές εἰσι, μήτ᾽ ἐξ ἑαυτῶν, ἀλλὰ τῷ γε κατὰ φύσιν ὑπάρχειν ἐνέργειαι λέγονται, καθάπερ καὶ ἡ τοῦ σκέλους, ἢ ὅλης τῆς χειρός. ἐξ ἑτέρων γὰρ ἔχει ταῦτα τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως, οὐκ ἐξ ἑαυτῶν, ὥσπερ ἡ καρδία, ἀλλ᾽ ὅμως καὶ ἡ βάδισις ἐνέργεια σκελῶν ἐστι, καὶ λέγεται κατὰ τὸ δεύτερον σημαινόμενον, εἰ καί τινες ὑπ᾽ ἀγυμνασίας τῆς περὶ τὰ σημαινόμενα τὴν βάδισιν οὐ σκελῶν ἐνέργειαν, ἀλλὰ διὰ σκελῶν εἶναί φασιν, ἀληθές μέν τι λέγοντες, (ἐπὶ γὰρ τὸ πρότερόν τε καὶ κυριώτερον ἔρχονται σημαινόμενον,) ὅτι μέντοι μόνον οὕτως λέγειν ἀξιοῦσιν, καὶ μὴ συγχωροῦσι καὶ κατὰ θάτερον ἑρμηνεύειν, οὐκ ὀρθῶς ποιοῦσιν. οὕτως οὖν καὶ ὁ θυμὸς καὶ ἡ ἐπιθυμία καὶ πάθος καὶ ἐνέργεια λεχθήσονται. τῶν γὰρ τῆς ψυχῆς συμφύτων δυνάμεων κινήσεις τινὲς ἄμετροί τε καὶ οὐ κατὰ φύσιν οὖσαι, διότι μὲν ἐξ ἑαυτῶν ἐκεῖναι κινοῦνται, διὰ τοῦτ᾽ ἐνέργειαι τῶν δυνάμεών εἰσιν, διότι δ᾽ ἀμέτρως, διὰ τοῦτο πάθη. καὶ τῆς ὅλης μὲν ψυχῆς, καὶ αὐτῶν δὲ τῶν κινουμένων δυνάμεων

exiſtat. Multi enim motus, etſi non efficientes quidam ſint, neque ex ſe ipſis, ſed eo quod ſecundum naturam ſunt, actiones dicuntur, quemadmodum etiam cruris, vel totius manus; ex aliis enim motus initium, non ex ſe ipſis haec obtinent, quomodo et cor; attamen et inceſſus crurum actio eſt, et ſecundo ſignificatu dicitur, quanquam nonnulli parum exercitati in rerum ſignificationibus inceſſum non crurum actionem, ſed per crura eſſe pronunciant, ac vere quidem dicentes; nam ad prius principaliusque ſignificatum perveniunt. Quod vero ſolum ita dicere cenſent, nec concedunt etiam ſecundum alterum interpretari, non recte faciunt. Sic itaque et iracundia et concupiſcentia tum affectus, tum actiones dicentur; nam inſitarum animae facultatum motus quidam et immoderati et praeter naturam quum ſint, quoniam ex ſe quidem illi moventur, ideo facultatum actiones ſunt; quoniam vero immoderate, idcirco affectus; ac totius ſane animae ipſarumque facultatum utrarumque, dum mo-

ἀμφοτέρων αἱ κινήσεις αὐτῶν παρὰ φύσιν εἰσίν· ταῖς μὲν ἀλόγοις δυνάμεσιν διὰ τὴν ἀμετρίαν, τῇ δ' ὅλῃ ψυχῇ, διότι παρὰ φύσιν, ἐπεὶ οὐχ ὑπὸ τῶν τοῦ παθητικοῦ κινήσεων, ἀλλ' ὑπὸ τῶν τοῦ λογιστικοῦ κρίσεων ἐπιτροπεύεσθαί τε καὶ διοικεῖσθαί φαμεν τὸν βίον ἡμῶν. ὅταν οὖν ἔμπαλιν διοικώμεθα, παρὰ φύσιν τε δηλονότι καὶ διὰ τοῦτο καὶ κατὰ πάθος ὁ τοιοῦτος βίος ἐπιτελεῖται. διὰ ταύτας μὲν ἤδη τὰς αἰτίας, ἄν τ' ἐνέργειάν τις, ἄν τε πάθος εἴπῃ τὸν θυμὸν, ἢ τὴν ἐπιθυμίαν, ἤ τι τῶν ἄλλων τῶν κατὰ ταῦτα παθῶν, οὐ χρὴ μέμφεσθαι τούτῳ, πρὶν ἐρέσθαι τὰ σημαινόμενα ἐκ τῆς φωνῆς, (298) ἐφ' ὅ τι φέρων οὕτως ὠνόμασεν. εὑρίσκεται δὲ καὶ Πλάτων αὐτὸς ἐνίοτε μὲν ἐνεργείας, ἐνίοτε δὲ πάθη προσαγορεύων τό τε διψῆν καὶ τὸ πεινῆν καὶ ὅλως τὰς ἐπιθυμίας καὶ τοὺς θυμούς. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς οὐδὲν διαφέρει πρός γε τὰ παρόντα τὸ οὕτως ἢ ἐκείνως ὀνομάζειν, ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς Πολιτείας ὧδε γράφει. ἆρ' οὖν, ἦν δ' ἐγὼ, τὸ ἐπινεύειν, τὸ ἀνανεύειν, καὶ τὸ ἐφίεσθαί τινος λαβεῖν, τὸ ἀπαρνεῖσθαι, καὶ τὸ προσάγεσθαι, τὸ ἀπωθεῖσθαι, πάντα τὰ τοιαῦτα τῶν

ventur, praeter naturam motus ſunt, irrationalibus quidem potentiis propter immoderationem, toti autem animae eo, quod praeter naturam, quia non a motibus animae affectibus ſubditae, ſed a rationalis judiciis vitam noſtram regi diſpenſarique affirmamus. Quum igitur contra gubernamur, praeterque naturam, eoque etiam ſecundum affectum talis vita tranſigatur, propter has ſane jam cauſas, ſive actionem, ſive affectum dicat aliquis iracundiam, aut cupiditatem, aut aliorum ſimilium affectuum quempiam, non increpare hunc oportet, priusquam ſignificatum ex voce quaeſieris, ad quod intendens ita nominarit. Invenitur autem et Plato ipſe nonnunquam actiones, nonnunquam vero affectus appellare ſitim, famem, et in totum cupiditates, iracundiamque. Inſuper quod nihil ad praeſentia refert, hoc an illo modo nomines, in quarto de Republica libro hunc in modum ſcribit: *Num igitur annuere, renuere, aggredi aliquid capere, averſari, et adducere, repellere,*

ἐναντίων ἀλλήλοις θείης, εἴτε ποιημάτων, εἴτε παθημάτων; διὰ παραδειγμάτων δ᾽ ἐναργέστερον τοῦτο διδάξαι προελόμενος, ἐπιφέρων φησί· τί οὖν; ἦν δ᾽ ἐγὼ, διψῆν, καὶ πεινῆν, καὶ ὅλως τὰς ἐπιθυμίας, καὶ αὖ τὸ ἐθέλειν, καὶ τὸ βούλεσθαι, οὐ πάντα ταῦτα εἰς ἐκεῖνά ποι ἂν θείης τὰ εἴδη τὰ νῦν δὴ λεχθέντα; οἷον ἀεὶ τὴν τοῦ ἐπιθυμοῦντος ψυχὴν οὐχὶ ἤτοι ἐφίεσθαι φήσεις ἐκείνου, οὗ ἂν ἐπιθυμῇ, [182] ἢ προσάγεσθαι τοῦτο, ὃ ἂν βούληταί οἱ γενέσθαι; ἢ αὖ, καθόσον ἐθέλει τί οἱ πορισθῆναι, ἐπινεύειν τοῦτο πρὸς αὑτὴν, ὥσπερ τινὸς ἐρῶντος ἐπορεγομένην αὐτοῦ τῆς γενέσεως; ἔγωγε. τί δέ; τὸ ἀβουλεῖν, καὶ μὴ ἐθέλειν, μηδ᾽ ἐπιθυμεῖν, οὐκ εἰς τὸ ἀπωθεῖν καὶ ἀπελαύνειν ἀπ᾽ αὑτῆς, καὶ εἰς ἅπαντα τἀναντία ἐκείνοις θήσομεν; αὗται μὲν αἱ τοῦ Πλάτωνος ῥήσεις, οὐ μόνον ὅπερ ἐλέγομεν ἐπιδεικνύουσαι σαφῶς, ὡς τὸ πεινῆν, καὶ τὸ διψῆν, καὶ ὅλως τὸ ἐπιθυμεῖν τινος, ἢ ἐφίεσθαί τε καὶ φεύγειν, εἴτε ποιήματά τις, εἴτε παθήματα, τουτέστιν εἴτε ἐνεργείας, εἴτε πάθη προσαγορεύσειεν, οὐδὲν διαφέρει, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν μερῶν τῆς ψυχῆς διδάσκουσαι.

omnia hujusmodi inter ſe contraria poſueris, ſive actiones, ſive paſſiones? Hoc exemplis evidentius docere inſtituens haec inducit. *Quid autem? eſurire, ſitire, et omnino appetere, velle, eligere, nonne haec omnia ad illorum ſpecies referes, quae modo diximus, veluti ſemper cupientis animam? Nonne vel aggredi dices illud, quod appetit, vel adducere, quod ſibi adeſſe eligit? vel rurſus nonne, quatenus aliquid ſibi porrigi vult, annuere illud ad ſe amantis cujusdam inſtar, id ut fiat affectantem? Equidem. Quid vero? nolle, aſpernari, negligere, non cupere, nonne in rejiciendi repellendique ab ea ſpeciem, et in omnia illis contraria referemus?* Haec ſane Platonis verba ſunt, non ſolum quod dicebamus oſtendentia manifeſto, nempe eſurire, ſitire, et omnino appetere aliquid, aut aggredi, et averſari, ſive actionem aliquis, ſive paſſionem, hoc eſt, ſive functionem, ſive affectum appellaverit, nihil intereſſe, ſed etiam de animi partibus docentia.

Κεφ. β'. Διὸ καὶ καλῶς ἂν ἔχοι μὴ παραδραμεῖν αὐτάς, ἀλλ' ὅλον ἀναλαβεῖν τὸν λόγον, ὃν ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς Πολιτείας διῆλθεν, ὑπὲρ τοῦ τρία τὰ τῆς ψυχῆς ἡμῶν ὑπάρχειν εἴδη. προσέχειν δὲ χρὴ κἀνταῦθα τῷ λεγομένῳ τὸν νοῦν ἀπ' αὐτῶν ἀρξαμένους αὖθις τῶν ὀνομάτων, καὶ μὴ νομίζειν, ἐπιλανθάνεσθαι τὸν Πλάτωνα τῶν ὑφ' ἑαυτοῦ λεγομένων, ἐπειδὰν εἴδη τρία τὴν ψυχὴν ἡμῶν ἔχειν εἰπὼν αὖθις εἰς τρία μέρη διαιρεῖσθαι φάσκῃ. καὶ γὰρ εἴδη καὶ μέρη ψυχῆς ὀρθῶς ἄν τις ὀνομάζοι τὸ λογιστικὸν, καὶ τὸ θυμοειδὲς, καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὥσπερ εἰ καὶ σώματος εἴδη τις εἰπὼν εἴη φλέβα, καὶ ἀρτηρίαν, καὶ νεῦρον, ὀστοῦν τε καὶ χόνδρον, καὶ σάρκα, καὶ τἄλλ' ὅσα τοιαῦτα, μετὰ ταῦθ' ὡς περὶ μερῶν αὐτῶν διαλέγοιτο. καὶ γὰρ καὶ μέρη τοῦ σώματος ἡμῶν ἀληθῶς ἄν τις εἶναι λέγοι τὰ τοιαῦτα, (συμπληροῦται γὰρ τὸ ὅλον ἐξ αὐτῶν,) καὶ μέντοι καὶ εἴδη τοῦ σώματος οὐδὲν ἧττον, ἐν μόνοις γὰρ τοῖς ὁμοιομερέσι τὸ διαφέρειν εἶδος οὐκ ἔστιν, ἢ τὸ τῆς σαρκὸς μέρος, ἢ τὸ τῆς φλεβὸς, ἢ τὸ τῆς πιμελῆς. οὐδὲ ἀληθὲς εἰπεῖν ἐπὶ τῶν τοιούτων,

Cap. II. Quare etiam bene habet non praeterire ea, fed totum fermonem repetere, quem in quarto de Republica de eo, quod tres animae noftrae fpecies exiftant, percenfuit. At animum et hic iis, quae dicuntur, adhibere convenit, ab ipfis rurfus nominibus aufpicatos, ac non putare, Platonem fuorum ipfius dictorum oblitum fuiffe, quandoquidem, ubi tres animam noftram fpecies habere dixiffet, iterum in tres dividi partes affeverat. Etenim fpecies et partes animae recte aliquis nominaverit ratiocinatricem, irafcibilem et concupifcibilem, quemadmodum, fi etiam corporis fpecies dixeris venam, arteriam, nervum, os, cartilaginem, carnem, aliaque ejusmodi, poftea de ipfis tanquam partibus differas; fiquidem et partes corporis noftri ejusmodi effe vere dixerit aliquis, ut ex quibus totum abfolvatur compleaturque, nec non et fpecies corporis nihilominus; in folis enim fimilaribus differre fpecie non invenias aut carnis partem, aut venae, aut pinguedinis; neque in hujusmodi verum fateri poffis,

ὡς ἐκ τοσῶνδέ τινων εἰδῶν σύγκειται τὸ ὅλον. ἐν δὲ τοῖς ἀνομοιομερέσιν ἡ τῶν εἰδῶν διαφορὰ τὸν ἀριθμὸν ὁρίζει τοῖς μορίοις. τοιοῦτον δέ τι χρῆμα καὶ ἡμῶν τὴν ψυχὴν ὁ Πλάτων εἶναί φησιν, ἐκ τριῶν μερῶν συγκειμένην· εἰκάζει δ᾽ οὕτω τὸ μὲν ἐπιθυμητικὸν θηρίῳ ποικίλῳ τε καὶ πολυκεφάλῳ, τὸ δὲ θυμοειδὲς λέοντι, τὸ δὲ λογιστικὸν ἀνθρώπῳ. αὕτη γὰρ ἡ εἰκὼν οἰκειοτέρα τῆς κατὰ τὸν Φαῖδρον, ἐν ᾗ τῶν εἰδῶν ἱππομόρφω μέν τινε δύο φησὶν ὑπάρχειν, ἡνίοχον δὲ τρίτον. ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ τῆς Πολιτείας ἐννάτῳ τῆς προτέρας εἰκόνος ἐμνημόνευσεν, ὡς σαφέστερον ἐνδεικνυμένης, ὁποῖον ἕκαστόν ἐστι τῶν εἰδῶν τῆς ψυχῆς. ὁ μὲν οὖν Πλάτων, καὶ τοῖς τόποις τοῦ σώματος κεχωρίσθαι νομίζων αὐτὰ, καὶ ταῖς οὐσίαις πάμπολυ διαλλάττειν, εὐλόγως εἴδη τε καὶ μέρη προσαγορεύει. ὁ δ᾽ Ἀριστοτέλης τε καὶ ὁ Ποσειδώνιος εἴδη μὲν ἢ μέρη ψυχῆς οὐκ ὀνομάζουσιν, δυνάμεις δ᾽ εἶναί φασι μιᾶς οὐσίας ἐκ τῆς καρδίας ὁρμωμένης. ὁ δὲ Χρύσιππος, ὥσπερ εἰς μίαν οὐσίαν, οὕτω καὶ εἰς δύναμιν μίαν ἄγει καὶ τὸν

nempe totum ex tot quibusdam ſpeciebus conſtare; in diſſimilaribus numerum finit partibus ſpecierum differentia. Talem autem quandam rem animam quoque noſtram Plato ex tribus partibus compoſitam eſſe pronunciat. Aſſimilat autem ſic concupiſcibilem belluae variae et multorum capitum, iraſcibilem leoni, ratiocinatricem homini. Haec enim ſimilitudo familiarior eſt ea, quam in Phaedro habet; ubi duas ſane ſpecies equina quadam forma eſſe ſcribit, aurigam vero tertiam; quin etiam nono de Republica libro prioris meminit comparationis, tanquam manifeſtius oſtendentis, quales ſingulae animae ſint ſpecies. Itaque Plato etiam locis ipſas eſſe ſegregatas et eſſentiis longe diverſas arbitratus merito et ſpecies et partes appellat. Verum Ariſtoteles et Poſidonius ſpecies ſane aut animae partes non nominant, ſed facultates eſſe unius ſubſtantiae ex corde proficiſcentis aſſirmant. Chryſippus, tanquam ad unam ſubſtantiam, ita et in facultatem unam

θυμὸν, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν. ἀλλ᾽ ὅτι μὲν οὐκ ὀλίγον ἁμαρτάνει τῆς ἀληθείας ὁ ἀνὴρ οὗτος, αὐτάρκως ἡμῖν ἐπιδέδεικται. ὅτι δὲ οἱ περὶ τὸν Ἀριστοτέλην σφάλλονται, μιᾶς οὐσίας τὰς τρεῖς δυνάμεις εἶναι νομίζοντες, ἔν τε τοῖς ἔμπροσθεν ἱκανῶς ἐπιδέδεικται, καὶ οὐδὲν ἧττον ὁ μετὰ τοῦτον λόγος ἀποδείξει. [183] πρότερον δ᾽, ὅτι Πλάτων αὐτὸς εἴδη τε καὶ μέρη ψυχῆς ὀνομάζει τό τε λογιστικὸν, καὶ τὸ θυμικὸν, καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν, ἐξ αὐτῶν τῶν ῥήσεων αὐτοῦ πιστωσόμεθα. ἐν μὲν οὖν τῷ Τιμαίῳ περὶ τῆς ἐπιθυμητικῆς ψυχῆς, ἧς καὶ τὰ φυτὰ μετέχει φύσει, διαλεγόμενος ὧδέ πως γράφει. μετέχει γε μὴν τοῦτο, ὃ νῦν λέγομεν, τοῦ τρίτου τῆς ψυχῆς εἴδους, ὃ μεταξὺ φρενῶν ὀμφαλοῦ τε ἵδρυται. αὖθις δ᾽ ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ περὶ τῆς λογιστικῆς ψυχῆς διαλεγόμενος ὧδέ πώς φησι. τὸ δὲ δὴ περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ᾽ ἡμῖν ψυχῆς εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε, ὡς ἄρα αὐτὸ δαίμονα ὁ θεὸς ἑκάστῳ δέδωκε, ὃ δή φαμεν οἰκεῖν μὲν ἡμῶν ἐπ᾽ ἄκρῳ τῷ σώματι, πρὸς δὲ τὴν ἐν οὐρανῷ συγγένειαν ἀπὸ γῆς ἡμᾶς αἴρειν. συναμφότερα δ᾽ αὖ

tum iracundiam, tum concupiſcentiam deducit. At quod non parum a veritate vir aberret, abunde adeo jam a nobis oſtenſum eſt. Quod autem Ariſtotelis ſectatores fallantur, qui unius ſubſtantiae tres eſſe facultates cenſeant, et ſuperius ſatis declaravimus, et nihilominus nunc ſubſequens ſermo demonſtrabit. Prius autem, quod Plato ipſe ſpecies animae et partes nominat ratiocinatricem, iraſcibilem et concupiſcibilem, ex ipſis ejusdem verbis aſtruemus. In Timaeo igitur de appetente anima, cujus etiam plantae natura participes ſunt, differens hoc pacto ſcribit: *Particeps eſt tamen id, quod nunc dicimus, tertiae animae ſpeciei, quam intra praecordia et umbilicum collocari conſtat.* Rurſus, quum hoc in libro de anima ratiocinatrice diſputat, ita ait: *At de principaliſſima animae noſtrae ſpecie cogitare hic oportet, ſiquidem per eam cuique genium Deus tradiderit; quam ſane in ſummo noſtro corpore habitare dicimus, ad caeleſtem vero cognationem à terra nos attollere.* Utramque ſimul in hoc

πάλιν ἐν ταὐτῷ βιβλίῳ τὸ ἐπιθυμητικὸν καὶ τὸ θυμοειδὲς τῇδε τῇ ῥήσει ψυχῆς εἶδος ὠνόμασεν. ἄλλο τι εἶδος ἐν αὐτῷ ψυχῆς προσῳκοδόμουν τὸ δεινὰ καὶ ἀναγκαῖα ἐν ἑαυτῷ παθήματα ἔχον. ὁμοῦ δ' αἶ πάλιν τὰ τρία μέρη τῆς ψυχῆς ἡμῶν εἴδη προσαγορεύει τῆς ψυχῆς ἐν ταὐτῷ βιβλίῳ, τῷ Τιμαίῳ, κατὰ τήνδε τὴν διήγησιν. ἔστι γὰρ, καθάπερ εἴπομεν πολλάκις, ὅτι τρία τῆς ψυχῆς ἐν ἡμῖν εἴδη κατῴκισται. ὡσαύτως δ' κἀν τῇ Πολιτείᾳ κατὰ μὲν τὸ τέταρτον ὑπὲρ τοῦ θυμοειδοῦς προειρηκὼς, ὡς ἕτερόν ἐστι τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, κἄπειθ' ἐφεξῆς ζητῶν, εἰ καὶ τοῦ λογιστικοῦ διαφέρει, φησίν· ἆρ' οὖν ἕτερον ὂν καὶ τούτου, ἢ λογιστικοῦ τι εἶδος, ὥστε μὴ τρία, ἀλλὰ δύο εἴδη εἶναι ἐν τῇ ψυχῇ, λογιστικόν τε καὶ ἐπιθυμητικόν; οὕτω δὲ καὶ κατὰ τὸ ἔννατον ἔγραψεν ἔν γε τῇδε τῇ ῥήσει. ἀλλ' ἡσυχάσας μὲν τὼ δύω εἴδη, τὸ τρίτον δέ τις κινήσας, ἐν ᾧ τὸ φρονεῖν ἐγγίγνεται. καὶ προσέτι τῇδε. ὅτι δὴ οὖν εἶπον, ἀμφισβητοῦνται ἑκάστου εἴδους αἱ ἡδοναὶ, καὶ αὐτὸς ὁ βίος, μὴ ὅτι πρὸς τὸ κάλλιον καὶ αἴσχιον ζῆν, μηδὲ τὸ χεῖρον

rurſus libro appetitricem et iraſcibilem hac oratione animae ſpeciem nuncupavit. Item quod ſpecies animae mortalis, gravesque et neceſſarias in ſe affectiones habens, ibidem ſimul habitet. Pari modo rurſus tres animae noſtrae partes ſpecies animae in eodem libro, Timaeo, in hac enarratione appellat. Eſt enim, quemadmodum diximus ſubinde, puta tres animae ſpecies in nobis habitare. Sic etiam libro de Republica quarto, quum praedixiſſet, iraſcibilem a concupiſcibili eſſe diverſam, ac poſtea, quum inquireret, an etiam a rationali differat, inquit: *An igitur et iracundia a ratione variat, vel quaedam ſpecies rationis, ita ut non tres, ſed duae exiſtant in anima ſpecies, ratiocinatrix et concupiſcibilis?* Ita libro nono in haec verba ſcriptum reliquit: *Sed pacatis duabus quidem ſpeciebus, tertia autem commota, in qua prudentia gignitur.* Ac praeterea ibidem: *Quemadmodum igitur dixi, cujusque ſpeciei voluptates inter ſe contendunt, ipſaque vita, non ſolum ut honeſtius et turpius,*

καὶ ἄμεινον, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ τὸ ἥδιον καὶ ἀλυπότερον. πῶς ἂν ἤδη μέν τις αὐτῶν ἀληθέστατα λέγοι; τί ἂν ἔτι δέοιμεν ἑτέρας παραγράφειν ῥήσεις; ἱκαναὶ γὰρ καὶ αἵδε δηλῶσαι τὴν γνώμην τἀνδρὸς, ὡς εἴδη ψυχῶν εἶναι βούλεται τὰ τρία ταυτὶ, λογιστικὸν, ἐπιθυμητικὸν καὶ θυμοειδές. ἀμέλει μόνας αὐτὰς εἶναί φησι χωρὶς ἀλλήλων, ἐν μὲν τοῖς φυτοῖς τὴν ἐπιθυμητικὴν, ἐν δὲ τοῖς θεοῖς τὴν λογιστικήν. τὴν μέντοι θυμοειδῆ διὰ τί μόνην οὐχ οἷόν τε κατ᾽ οὐδὲν τῶν σωμάτων εἶναι, προϊὼν ὁ λόγος ἀποδείξει, παραθεμένων ἡμῶν τὴν ἐκ τοῦ Τιμαίου ῥῆσιν, ἔνθα τὴν χρείαν τῆς γενέσεως αὐτῆς διδάσκων ἕνεκα τῆς ἐπιθυμητικῆς γεγονέναι φησὶ βοηθὸν τῇ λογικῇ ψυχῇ, καθάπερ τινὰ κύνα κατὰ τοῦ πολυκεφάλου τε καὶ ἀγρίου θρέμματος, τῆς ἐπιθυμίας. εἰκότως οὖν εἴδη ψυχῆς αὐτὰ προσαγορεύει κατά τε τὰς προγεγραμμένας ῥήσεις καὶ προσέτι πολλὰς ἑτέρας, ὧν οὐκ ἀνάγκη μνημονεύειν, ἐναργῶς ἤδη διὰ τούτων τῆς (299) γνώμης τἀνδρὸς ἐγνωσμένης. εἰ δὲ καὶ μέρη ψυχῆς ἕκαστον αὐτῶν ὀνομάζει, θαυμαστὸν οὐδέν.

aut pejus et melius, fed ut fuavius et minus molefte degatur. Quomodo utique cognofcemus, quis ipforum verifsime dicat? quid adhuc alia afcribere verba opus habemus, quum et haec abunde viri fententiam poffint fignificare, nempe quod tres effe animarum fpecies has velit, ratiocinatricem, concupifcibilem et irafcibilem? Porro folas ipfas effe fine mutuo confortio tuetur, in ftirpibus fane appetentem, in diis ratiocinatricem. Irafcibilem vero cur folam non liceat in ullo corpore effe, proceffu fermonis demonftrabitur, ubi appofuerimus ex Timaeo verba, quibus ufum generationis ipfius docens, appetentis caufa creatam effe, rationali animae auxiliatricem, ait, tanquam canem quendam contra multorum capitum et agreftem feram, cupiditatem. Merito igitur fpecies animae eas appellat praedictis orationibus, ac praeterea aliis plerisque; quarum non neceffe eft meminiffe, quum evidenter jam per haec fententia viri fit cognita. At fi etiam partes animae fingulas ipfas nominet, nihil mirum eft.

πρῶτον μὲν γὰρ αὐτὸς ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ὡς, ὅ τι περ ἂν εἶδος ᾖ, τοῦτο καὶ μέρος ὀνομάζειν ἐγχωρεῖ, μὴ μέντοι τό γε μέρος ἅπαν εὐθὺς καὶ εἶδος εἶναι· δεύτερον δὲ, ὅτι μηδ' ἐγχωρεῖ λέγειν μηδὲν σύνθετον ὁμοιομερὲς, ἑαυτῷ γε συνεχὲς ὅλον ὑπάρχον. ἐξ ὡρισμένων γὰρ τὸν ἀριθμὸν σύγκειται μορίων· οὐδενὸς γὰρ ὁμοιομεροῦς ἀριθμῷ περιλαβεῖν ἐγχωρεῖ τὸ πλῆθος τῶν μορίων. ὅτι μὲν οὖν εὐλόγως ὁ Πλάτων εἴδη τε καὶ μέρη τῆς ψυχῆς ὀνομάζει ταῦτα, μακροτέρων οὐ δέομαι λόγων.

Κεφ. γ'. [184] Ὅτι δὲ τὸ μὲν ἐν τῇ κεφαλῇ καθίδρυται, τὸ δ' ἐν τῇ καρδίᾳ, τὸ δ' ἐν τῷ ἥπατι, τοῦτο ἐξ ἀρχῆς προὔκειτο, καὶ δέδεικται διὰ τῶν ἔμπροσθεν ὑπὲρ τῶν δύο μερῶν. ὑπόλοιπον δὲ ἔτι τὸ ἐπιθυμητικὸν ἰδίας ἀποδείξεως δεόμενον, ἣν ἐν τῷδε διέξιμεν, ἐκεῖνο πρότερον ἐν ἀρχῇ τοῦ λόγου προειπόντες, ὡς οὐκ ἐξ ὁμοίως ἐναργῶν, οὐδ' ἐξ αὐτῆς ἄντικρυς τοῦ ζητουμένου τῆς φύσεως ἡ ἀπόδειξις ἔσοιτο, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἔμπροσθεν, ἀλλ' ἐκ τῶν τούτῳ συμβεβηκότων ἰδίᾳ. τῶν μὲν γὰρ νεύρων βρόχῳ

Primum enim ipfe nos docuit, quod, quaecunque fuerit fpecies, haec etiam pars nominari poffit; non tamen quaelibet pars ftatim et fpecies erit. Secundo autem, quod ne dicendum quidem eft ullum compofitum fimilare, quum fibi ipfi ex toto continuum fit; ex numero enim finitis conftat partibus, nullius autem fimilaris numero comprehendi poteft multitudo partium. Proinde quod bona ratione Plato fpecies et partes animae has appellet, pluribus verbis non opus eft.

Cap. III. Quod autem aliam in capite, aliam in corde, aliam in jecinore collocavit, id ab initio propofitum erat, oftenfumque per fuperiora eft de duabus partibus. Reliquam adhuc concupifcibilem, quae peculiari demonftratione indiget, hoc loco perfequemur, illud prius initio fermonis praefati, quod non ex fimiliter evidentibus, neque ex ipfa manifefto ejus, quod quaeritur, natura demonftratio petetur, quemadmodum in prioribus, fed ex iis, quae proprie huic accidunt. Etenim nervi fi fune

διαλαμβανομένων ἢ τεμνομένων, ἐφαίνετο τὰ μὲν ἐγκεφάλῳ συνεχῆ μόρια διασώζοντα τὰς ἀρχαίας δυνάμεις, τὰ δ' ἐπέκεινα τοῦ βρόχου παραχρῆμα καὶ τὴν αἴσθησιν ἀπολλύντα καὶ τὴν κίνησιν. οὕτω δὲ καὶ τῶν ἀρτηριῶν αἱ μὲν τῇ καρδίᾳ συνεχεῖς τὰς ἀρχαίας ἐνεργείας ἐργάζονται, αἱ δ' ὑπὸ τοῦ βρόχου διειργόμεναι τελέως ἄσφυκτοι γιγνόμεναι. καὶ μέντοι καὶ τὰ παθήματα τῆς ψυχῆς, ὅσα κατὰ τοὺς θυμούς τε καὶ τοὺς φόβους συμπίπτει, προφανῶς ἐξιστάντα τὴν καρδίαν ἐφαίνετο τῆς κατὰ φύσιν ἐνεργείας. ἐμνημονεύσαμεν δὲ καὶ ὅσα θλιβόμενος ὁ ἐγκέφαλος ἢ τιτρωσκόμενος εἰς τὰς κοιλίας ἅπαν βλάπτει τὸ σῶμα, καὶ ὡς καὶ ταῦτ' ἐναργῶς ἐνδείκνυται κινήσεώς τε καὶ αἰσθήσεως ἀρχὴν ὑπάρχειν αὐτόν. ἐπὶ δὲ τοῦ ἥπατος οὐδὲν τοιοῦτον ἔχομεν ἐπιδεικνύειν, οὔτ' εἰ γυμνώσαντες αὐτὸ θλίβομεν, οὔτ' εἰ βρόχῳ τὰς φλέβας διαλάμβάνομεν. οὔτε γὰρ ἐναργοῦς ἐστι κινήσεως ἡ ἀρχὴ, καθάπερ ἡ μὲν καρδία τῆς σφυγμικῆς, ὁ δ' ἐγκέφαλος τῆς αἰσθητικῆς τε καὶ προαιρετικῆς, οὔτ' ὀξείας βλάβης αἴτιον, ὡς ἐκείνων ἑκάτερον, ἀλλ' ἐν τῷ χρόνῳ βλάπτεται τὸ ζῶον εἰς ἀτροφίαν τε καὶ

intercipiantur aut diffecentur, partes quidem cerebro continuae principii fui retinere facultates apparent; quae ultra funem habentur, ftatim et fenfum perdunt et motum. Ita fane et arteriae, quae quidem cordi funt continuae, originis fuae functiones obeunt; quae foris intercipiuntur fune, prorfus non pulfant. Quin etiam affectus animae, qui ex iracundia et metu accidunt, palam cor ex naturali functione eripere videntur. Meminimus etiam, quomodo contufum cerebrum aut vulneratum in ventriculis totum corpus offendat, item quomodo haec quoque evidenter demonftrent, et motus et fenfus originem ipfum effe cerebrum. At in jecinore nihil hujusmodi poffumus oftendere, neque fi nudatum ipfum comprimamus, neque fi fune venas intercipiamus; neque enim evidentis motus eft initium, quemadmodum cor pulfatilis, cerebrum vero fenforii et arbitrarii, neque acutae noxae caufa, ut utrumque illud, fed temporis fpatio animal offenditur, jecore in totius corpo-

ἀχροιαν, ἥπατος ἀτονήσαντος. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ μέρος, εἰς ὅπερ ἂν ἐμβάλλουσαν φλέβα βρόχῳ διαλάβῃς, ἢ καὶ παντάπασιν ἐκκόψῃς, ἀτροφώτερόν τε καὶ ἀχρούστερον ἐν πλέονι χρόνῳ φαίνεται γιγνόμενον, οὐ μὴν ἔν γε τῷ παραυτίκα βλαπτόμενον οὐδὲν, ὅ τι ἄξιον λόγου. τοιαύτης γὰρ δυνάμεως ἀρχὴ τὸ ἧπαρ, οἵα καὶ τοῖς φυτοῖς ὑπάρχει. καλείσθω γὰρ ἔν γε τῷ παρόντι δύναμις, ὕστερον ἐπιδειξόντων ἡμῶν ἀκριβέστερον, ὡς πολλῶν ἐστι δυνάμεων ἀρχὴ τὸ ἧπαρ, καὶ κάλλιον οὐσίαν ψυχῆς ὀνομάζειν, οὐ δύναμιν, ἐν ἑκάστῳ τῶν τριῶν σπλάγχνων περιεχομένην, ἐν ἐγκεφάλῳ μὲν λογιστικὴν, ἐν καρδίᾳ δὲ θυμοειδῆ, κατὰ δὲ τὸ ἧπαρ ἐπιθυμητικὴν, ἢ φυτικὴν, ἢ γεννητικὴν, ἢ, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἀριστοτέλην, θρεπτικὴν, ἀφ᾽ ἑνὸς ἑκάστου τοὔνομα θέμενοι, ἀπὸ μὲν τοῦ φύειν φυτικὴν, ἀπὸ δὲ τοῦ τρέφειν θρεπτικὴν, ἀπὸ δὲ τοῦ γεννᾷν γεννητικήν· ὁ δὲ Πλάτων ἀπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἐπιθυμιῶν ἐπιθυμητικήν. οἱ δὲ Στωϊκοὶ οὐδὲ ψυχὴν ὅλως ὀνομάζουσι τὴν τὰ φυτὰ διοικοῦσαν, ἀλλὰ φύσιν. ὀνομαζέτω μὲν οὖν

ris tabem et pallorem elanguefcente. Similiter pars, cuicunque infertam venam vinculo exceperis, vel etiam omnino excideris, macrior alimenti defectu et decoloratior longiori fpatio fieri videtur, non tamen repente noxam mentione dignam experitur. Ejusmodi enim facultatis initium jecur, quale et ftirpibus ineft. Vocetur enim in praefentia facultas, quoniam oftendemus poftea accuratius, quomodo multarum facultatum origo fit jecur; ac melius eft fubftantiam animae nominare, non facultatem, in fingulis tribus vifceribus comprehenfam, in cerebro fane ratiocinatricem, in corde irafcibilem, in jecore appetentem, aut vegetativam, aut generatricem, aut Arifiotelico more nutritiam, ab unaquaque re nomine impofito, a vegetando vegetativam, a nutriendo nutritiam, a generando generatricem; Plato a multitudine cupiditatum concupifcibilem. Stoici ne animam quidem prorfus nominant eam, quae ftirpes difpenfat, fed naturam. Appellet igitur unusquisque, quo-

ἕκαστος, ὡς ἂν ἐθέλῃ, περὶ δὲ τῶν ἐναργῶς τοῖς πράγμασι διαφορῶν ἀποδείξει πιστούσθω, καθάπερ ἡμεῖς ἐπὶ μὲν ἐγκεφάλου καὶ καρδίας ἔμπροσθεν ἐποιήσαμεν, ἐφ᾽ ἥπατος δὲ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα λόγον ὁρμώμεθα διελθεῖν. ἀρξόμεθα δ᾽ ἀπὸ τῶν ἐναργεστέρων, ἵν᾽ ὥσπερ γυμνασθέντες ἐν τούτοις ῥᾷον ἐξεύρωμέν τι τῶν ἀμυδροτέρων, ἅμα τε προτάσεων εὐπορήσωμεν εἰς αὐτά. ἐναργέστερον δ᾽ ἐστὶν ἀπὸ τῶν φλεβῶν ἄρξασθαι [185] καὶ ζητῆσαι, πότερον καὶ τούτων ἐστὶν ἀρχὴ τὸ ἧπαρ, ὡς ἀρτηριῶν μὲν ἡ καρδία, τῶν νεύρων δ᾽ ὁ ἐγκέφαλος, ἢ, καθάπερ ἔνιοι νομίζουσιν, οὐ ταῖς ἀρτηρίαις μόναις, ἀλλὰ καὶ ταῖς φλεψὶν ἐπιπέμπει τὰς φυσικὰς δυνάμεις ἡ καρδία. κάλλιστον οὖν εἰς τοῦτο περὶ τῆς κατὰ τὰ φυτὰ γεννήσεώς τε ἅμα καὶ διοικήσεως ἐπισκέψασθαι πρότερον· εἰκὸς γάρ που, μόνην ἐκείνοις ὑπάρχουσαν τὴν ζητουμένην δύναμιν ἐναργέστερα τεκμήρια τοῦ μέρους, ὅθεν ὁρμᾶται, παρασχέσθαι. καταβληθέντος εἰς τὴν γῆν σπέρματος οὑτινοσοῦν, εἰ μὲν αὐχμώδης εἴη, πλέον οὐδὲν εἰς φυτοῦ γένεσιν αὐτὸ περιεργάσεται τὸ σπέρμα, πᾶσαν

modocunque volet, de rerum autem differentiis evidentibus demonſtratione fidem faciat, quemadmodum nos in cerebro quidem et corde prius fecimus, de jecinore autem in praeſenti libro tractare aggrediemur, ſed ab evidentioribus incipiemus; nam in his exercitati facilius inveniemus obſcuriora, ſimulque propoſitiones ad ea nobis ſuppeditabuntur. Evidentius autem eſt a venis exordiri ac quaerere, utrum etiam harum ſit initium jecur, ſicuti arteriarum cor, nervorum cerebrum, vel, quemadmodum nonnulli putant, non arteriis ſolis, ſed etiam venis naturales facultates cor diſtribuat. Optimum igitur fuerit ad hoc conſiderare prius, quomodo ſtirpes generentur ſimul et diſpenſentur; veriſimile enim, ſolam illis inſinuatam, de qua quaeritur, facultatem evidentiora indicia partis, unde proficiſcitur, praebuiſſe. Projecto in terram ſemine qualicunque, ſi ſqualida fuerit ac ſicca, nihil amplius ad ſtirpis generationem ipſum ſemen molietur, utpote quum

αὐτοῦ τὴν ἔμφυτον ἰκμάδα πρὸς ἑαυτὴν τῆς γῆς ἑλκυσάσης· μετρίως δ' ὑπαρχούσης ὑγρᾶς, μαλακὸν γίνεται τὸ σπέρμα, διοιδίσκεται δὲ κατὰ τὸ περιέχον αὐτὸ σύμφυτον σκέπασμα τὸ οἷον δέρμα, καὶ ῥήγνυται μὲν πρῶτον, ἀερωθείσης τῆς κατὰ τὸ σπέρμα νοτίδος· εἶθ' ἑξῆς ἀποτείνεται κατὰ τὸ ῥαγὲν ἀποβλάστημά τι λεπτὸν καὶ μαλακὸν εἰς ἄμφω τὰ μέρη, τό τε ἄνω τοῦ σπέρματος ὡς πρὸς τὸν ἀέρα καὶ τὸ κατὰ βάθους τῆς γῆς. καὶ ταῦτα συνεχῆ φαίνεται τὴν αὔξησιν ποιούμενα καὶ φερόμενα διὰ παντὸς εἰς ἅπερ ἀρχῆθεν ὥρμησε. καὶ τοῦ χρόνου προϊόντος εἰ τὸ σπέρμα δένδρου τινὸς εἴη μεγάλου σπέρμα, τὸ μὲν εἰς τὸν ἀέρα φερόμενον αὐτοῦ πρέμνον γίγνεται, τὸ δ' εἰς τὸ βάθος τῆς γῆς ῥίζα, καὶ σχίζεταί γε πολλὰς σχίσεις ἑκάτερον, εἰ πολυσχιδοῦς εἴη δένδρου τὸ σπέρμα. μία μὲν οὖν ἀρχὴ τῆς γενέσεώς ἐστι καὶ τῆς αὐξήσεως ἅπασι τοῦ φυτοῦ τοῖς μέρεσιν ὁ τόπος ἐκεῖνος, ὅθεν ἄνω μὲν τὸ πρέμνον, ἡ δ' ἀρχὴ τῆς ῥιζώσεως κάτω γίγνεται, καὶ φαίνεται καθάπερ ἔκ τινος ἑστίας ἡ διοικοῦσα τὸ δένδρον δύναμις ἐκεῖθεν ὁρμωμένη.

omnem ipſius inſitum madorem ad ſe terra attraxerit. Quando autem mediocriter humida eſt, molle redditur ſemen intumeſcitque juxta ambiens ipſum nativum cutis modo operculum, ac rumpitur quidem primum, madore ſeminis in aërem converſo, deinde protenditur juxta rupturam germen quoddam tenue et utrobique molle; ac ſuperior ſeminis portio ceu ad aërem, inferior in terram vergit, atque haec perpetuo augeſcere videntur, ac ſemper ferri in quae ab initio inclinabant. Temporis proceſſu, ſi ſemen arboris cujusdam magnae fuerit, pars, quae in aërem fertur, caudex ipſius evadit, quae in imum terrae declinat, radix, et utraque portio variis ſciſſuris divaricatur, ſi multifidae arboris ſemen extiterit. Unum itaque principium generationis et incrementi omnibus ſtirpis partibus eſt locus ille, unde ſurſum quidem caudex, initium vero radicis deorſum naſcitur, ac apparet, tanquam ex foco quodam, virtus, quae arborem diſpenſat,

Ed. Chart. V. [185.] Ed. Baf. I. (299.)

κινεῖται μὲν οὖν τὰς ἐναντίας κινήσεις, εἰς μὲν τὸ κάτω καὶ τὸ βάθος τῆς γῆς ἔν τε τῷ κατασχίζειν τὸν βλαστὸν πολυμερῶς εἰς πολλὰς τὰς πρώτας ῥίζας αὐξάνειν ἀρχομένας· εἰς δὲ τὸ ἄνω κλάδους μέν τινας ἀποφύουσιν τοῦ στελέχους, ἐκείνους δ᾽ αὖθις εἰς ἑτέρους σχίζουσιν μέχρι τῶν ἐσχάτων καὶ λεπτοτάτων βλαστῶν. καὶ ἔοικε τὸ μὲν ἄνω μέρος ἅπαν, ὅπερ ἐστὶ τὸ δένδρον, ἕνεκεν ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ καρποῦ διαπλάττειν, τὸ κάτω δ᾽ ὑπὲρ τῆς κατὰ τὴν τροφὴν εὐπορίας. ὁποῖον γάρ τι τοῖς ζώοις ἐστὶ τὸ στόμα, τοιοῦτον τοῖς φυτοῖς τὸ πέρας τῆς ῥιζώσεως ἀτεχνῶς φάναι δοκεῖ, στοματίων πολλῶν ἑλκόντων ἐκ τῆς γῆς τροφὴν ὑπὸ τῆς φύσεως δεδημιουργημένην. ἄγε δή μοι τὴν εἰκόνα κἀπὶ τὰ ζῶα. καὶ πρῶτον μὲν ἐπίσκεψαι τὴν μεγίστην ἀρτηρίαν, ἥτις ὥσπερ πρέμνον ἐκφύουσα τῆς καρδίας διασχίζεται, τῷ μὲν ἑτέρῳ μέρει τῷ μικροτέρῳ πρὸς τὴν κεφαλὴν ἀναφερομένη, θατέρῳ δὲ τῷ μείζονι κατὰ τῆς ῥάχεως ἐκτεταμένη. θέασαι δ᾽ ἑξῆς ἅπαντ᾽ αὐτῆς τὰ βλαστήματα πάντοσε τοῦ σώματος φερόμενα καθ᾽ ὃν ἐν τῷ πρώτῳ γράμματι λέλεκται

illinc procedere. Movetur itaque contrario motu, deorfum fane et in] imam terram, dum in multas primas radices crefcere incipientes germen multifariam difcindit; furfum vero ramos quosdam et caudices producit, illos rurfus in alios findit, usque dum hi in extremos et fubtiliffimos ramulos definant; ac videtur fuperiorem partem totam, quae eft arbor, caufa fui et fructus efformare, inferiorem, ut alimenti fit copia. Quale enim animantibus os eft, tale ftirpibus extremum radicationis plane apparere videtur, ofculis pluribus ex terra alimentum a natura fabricatum elicientibus. Age jam fimilitudinem hanc ad animantia transferas. Ac primum quidem infpicito maximam arteriam, quae caudicis modo ex corde procedens altera parte minore divaricatur ad caput emergens, altera majore per fpinam exporrecta. Contemplare autem deinceps omnes ipfius propagines per totum corpus excurrentes, quemadmodum priore libro expofitum eft; alteram

τρόπον, ἑτέραν δ᾽ ἀρτηρίαν ἐκ τῆς αὐτῆς κοιλίας τῆς καρδίας ἐκφερομένην, τὴν εἰς τὸν πνεύμονα κατασχιζομένην ἀνάλογον τῷ καθήκοντι μέρει τῆς ῥιζώσεως εἰς τὴν γῆν. ὥσπερ γὰρ ἐκ τῆς γῆς τὰ φυτὰ διὰ τῶν ῥιζῶν ἅπασαν ἐπισπᾶται τὴν τροφὴν, οὕτως ἐκ τοῦ πνεύμονος ἡ καρ(300)δία τὸν ἀέρα διὰ τῶν εἰρημένων ἀρτηριῶν. αὗται δύο μὲν τῆς καρδίας ἐκπεφύκασιν ἀρτηρίαι, μέγισται τῶν οἰκείων ἀποβλαστημάτων ἑκάτεραι. καὶ καθάπερ ἐν τῷ φυτῷ τὸ μὲν ἐξέχον τῆς γῆς τὸ πρέμνον ἐστὶν ἁπάντων εὐρύτατον τῶν ἄλλων, τὸ δ᾽ εἰς τὰς ῥίζας σχιζόμενον ἁπάντων καὶ τοῦτ᾽ εὐρύτατον τῶν κάτω, τὸ μέσον δ᾽ ἀμφοῖν ἡ ἀρχὴ τοῦ φυτοῦ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ μὲν οἷον στέλεχος ἀρτηρία μεγίστη τῶν καθ᾽ ὅλον ἐστὶ τὸ ζῶον, ἡ δ᾽ εἰς τὸν πνεύμονα τὴν ἔμφυσιν ἔχουσα τῶν ἐν ἐκείνῳ πασῶν, [186] αὐτὴ δὲ ἡ καρδία μέση τ᾽ ἀμφοτέρων ἐστὶ καὶ ἀρχὴ τῶν διοικουσῶν αὐτὰ δυνάμεων. ἀνδρί τε περὶ φύσιν δεινῷ καὶ χωρὶς τῶν εἰρημένων εὔδηλον, ὡς τὰ μείζω τῶν ἐλαττόνων ἀρχαὶ, καθάπερ γε καὶ ἡ πηγὴ τῶν ὀχετῶν, εἰς οὓς διανέμεται. καίτοι τινὲς εἰς τοσοῦτον ἥκουσιν ἀλογίας, ὡς

vero arteriam ex ipſo cordis ſinu provenientem, quae in pulmones non ſecus ac radicis pars in terram pertinens diffunditur. Quemadmodum enim ex terra per radices totum alimentum attrahit arbor, ita ex pulmone cor aërem per dictas arterias haurit. Hae duae ex corde prodeuntes arteriae maximae ſuarum propaginum utraeque. Et veluti in planta, quod extra terram eminet, truncus eſt omnium aliorum latiſſimus, quod in radices diffunditur, omnium et hoc latiſſimum inferiorum, medium autem amborum ſtirpis principium eſt, pari modo arteria, quae veluti caudex apparet, maxima eſt omnium, quae in toto habentur animali, quae in pulmones inſeritur, omnium maxima eſt, quae inibi exiſtunt, ipſum vero cor medium ambarum eſt, et origo facultatum ea gubernantium. Viroque naturae perito etiam ſine praedictis conſtat, majora minorum eſſe principia, ſicuti et fontem rivorum, in quos diſpenſatur: quamvis nonnulli eo veniunt abſurditatis, ut

τῆς ἀρχῆς τὰ μετ᾽ αὐτὴν μείζω νομίζειν, ἐξαπατώμενοι πρὸς τῶν ποταμῶν, οἳ μικροὶ παντάπασι πρὸς ταῖς πηγαῖς ὄντες αὐξάνονται προϊόντες, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἀεὶ γιγνομένου. τινὲς μὲν γὰρ αὐτῶν ἑτέρους ὑποδεχόμενοι ποταμοὺς εἰκότως αὐξάνονται, τινὲς δ᾽ ὀχετῶν ἀποσχιζομένων σμικρύνονται. ποταμὸς δὲ οὐδεὶς ἐκ μιᾶς ὁρμώμενος πηγῆς ἐλάττονα τὴν κεφαλὴν ἔχει τῶν ἐφεξῆς· εἰ δὲ ἐκ πολλῶν ἀθροίζοιτο πηγῶν, εὔλογον δήπου τὸ ὅλον ἑκάστης αὐτῶν γενέσθαι μείζονα. καὶ χωρὶς δὲ τοῦ παραδείγματος, εἰ τὰ κατὰ τὸ σῶμα τῶν ζώων ἀγγεῖα τὰ μικρότερα τῶν μειζόνων ἀρχὰς θησόμεθα, μαχεῖται πρὸς ἑαυτὸν ὁ λόγος ἐν ἅπαντι μορίῳ τοῦ σώματος ἀναγκαζόμενος ὁμολογεῖν ἀρχὴν εἶναι τῶν ἄλλων τριῶν ὀργάνων, ἀρτηρίας, καὶ νεύρου, καὶ φλεβός. ὥστ᾽, εἰ οὕτως ἔτυχε, τὴν πτέρναν ἢ τὸν δάκτυλον ἀρχὴν εἶναι τῆς μεγίστης ἀρτηρίας, καὶ τῆς κοίλης φλεβὸς, καὶ τοῦ νωτιαίου· ταυτὶ γὰρ ὥσπερ τινὰ πρέμνα, τὸ μὲν ἀρτηριῶν ἐστι, τὸ δὲ φλεβῶν, τὸ δὲ νεύρων. ὥστ᾽ ἴσως ὁ τοῦτον τὸν λόγον εἰσηγούμενος οὐδὲ τὰ βλαστήματα τῶν δένδρων, οὐδὲ τὰ πέρατα τῶν ῥιζῶν αἰσχύνεται λέγειν ἀρ-

principio ea, quae poſt ipſum ſunt, majora exiſtiment, decepti a fluminibus, quae exigua plane quum prope fontes ſint, augentur progreſſu; id quod non ſemper accidit neceſſario. Quaedam enim ipſorum, dum alia excipiunt flumina, merito augentur, quaedam fluviis varie ſe diffundentibus imminuuntur; flumen autem nullum ex uno procedens fonte minus caput obtinet iis, quae ſubſequuntur. At ſi ex multis colligatur fontibus, ratio eſt nimirum totum unoquoque ipſorum amplius evadere. Ac ſine exemplo, ſi corporis animalium vaſa minora majorum initia ſtatuamus, pugnat ſecum oratio, quae cogit fateri, in omni corporis parte trium aliorum inſtrumentorum, arteriae, nervi et venae, eſſe principium. Quare exempli gratia calx aut digitus initium eſt maximae arteriae, venae cavae et ſpinalis medullae. Haec enim ſunt ceu caudices quidam, alius arteriarum, alius venarum, alius nervorum. Proinde forſitan, qui hanc orationem introducit, neque germina arborum, neque extrema radicum initia ſtir-

γάς τοῦ φυτοῦ. καίτοι τά γε πέρατα τῶν ῥιζῶν ἀρχαὶ τροφῆς τοῦ δένδρου δύναιτ᾽ ἂν λέγεσθαι παραπλησίως ταῖς εἰς τὴν γαστέρα καθηκούσαις φλεψὶ καὶ ταῖς εἰς τὸν πνεύμονα κατασχιζομέναις ἀρτηρίαις. ἁπλῶς δ᾽ ἅπαντα τῶν φλεβῶν τὰ πέρατα λέγειν ἀρχὰς ἀτοπώτατον. οὔτε γὰρ τῆς τροφῆς οὐδὲν αὐτῶν ἀρχὴ πλὴν τῶν εἰρημένων, οὔτε τῆς διοικούσης δυνάμεως· οὕτως γὰρ ἅπαν ἔσται μόριον ἀρχή. εἰ δέ τινα μὲν ἀρχὰς ἐροῦσι τῶν περάτων, τινὰ δ᾽ οὐκ ἀρχὰς, ἀναπόδεικτον ὑπόθεσιν θήσονται. τί γὰρ μᾶλλον τάδε τῶνδε νομιστέον ἀρχὰς, οἷον τὰ κατ᾽ ἐγκέφαλον τῶν κατὰ πνεύμονα, καὶ τούτων τὰ κατὰ τὸ ἧπαρ, ἢ τὸν σπλῆνα, κἀκείνων τὰ κατ᾽ ἄλλο τι μόριον ἢ σπλάγχνον; ἐγὼ τοῦτον τὸν λόγον οὐδ᾽ ὅτε μειράκιον ὢν ἤκουσα παρὰ τοῦ διδασκάλου Πέλοπος, ἐπιδεικνύναι πειρωμένου τὸν ἐγκέφαλον ἁπάντων τῶν ἀγγείων ἀρχὴν, οὔτ᾽ ἐν τῷ παραχρῆμα προσηκάμην, οὔθ᾽ ὕστερον ἀνασκεπτόμενος ἐπῄνεσα. τὰ δ᾽ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταφέρεσθαι λεγόμενα τέτταρα ζεύγη φλεβῶν ἐμβεβλῆσθαί τέ μοι δοκεῖ

pis dicere vereretur, etſi radicum extrema initia alimenti arboris dici poſſint, quemadmodum venae in ventrem pertinentes et arteriae, quae in pulmones diſperguntur; ſimpliciter autem omnia venarum extrema dicere principia abſurdiſſimum eſt, quum nullum ipſorum praeter comprehenſa ſit neque alimenti neque facultatis diſpenſantis initium; ſic enim omnis pars erit initium. At ſi quaedam extremorum principia dicunt, quaedam vero non principia, hypotheſim ſtatuunt nulla munitam demonſtratione. Cur enim magis haec illorum putanda ſunt principia, veluti quae in cerebro ſunt, eorum quae in pulmone, atque horum quae in jecore aut liene, ac illorum quae in alia quadam parte aut viſcere habentur? Ego quum hunc ſermonem adoleſcentulus a praeceptore Pelope audirem, qui cerebrum omnium vaſorum initium oſtendere conabatur, neque ſtatim ejus ſententiae acceſſi, neque poſtea repetens apud me probavi. Porro quae a capite deſerri quatuor venarum paria dicuntur, interſerta mihi

τοῖς ἐπιγραφομένοις Ἱπποκράτους συγγράμμασι καὶ διεσκευάσθαι φανερῶς. οὐδὲν γοῦν αὐτῶν δείκνυται, καίτοι τἄλλα τὰ περὶ φλεβῶν εἰρημένα πρὸς Ἱπποκράτους, ἅπερ ἔγραψεν πάντα κατὰ τὴν περὶ τῆς Ἱπποκράτους ἀνατομῆς πραγματείαν, ὡμολόγηται τοῖς ἀνατομικοῖς ἀνδράσι, καὶ δείκνυται καὶ πρὸς ἡμῶν. τὰ τέτταρα δὲ ἐκεῖνα ζεύγη, πρὸς τῷ μηδ᾽ ὑφ᾽ ἑνὸς ἄλλου λέγεσθαι τῶν ἀνατομικῶν, οὐδὲ δείκνυται πρός τινος. ἀλλ᾽ ἔνιοι μὲν τῶν τιθεμένων αὐτὰ πιστεύειν Ἱπποκράτει φασὶ, κἂν οὗτοι μὴ δύνωνται δεικνύειν, ὡς περὶ λόγῳ θεωρητοῦ πράγματος, οὐκ αἰσθητοῦ, διαλεγόμενοι, τινὲς δ᾽ ἐπαγγέλλονται μὲν δείξειν, ἔδειξαν δ᾽ οὐδέποτε. τὸ μὲν οὖν ἐν ἑτέρῳ τινὶ γράφεσθαι βιβλίῳ τῶν προφανῶς νόθων τὰ τέσσαρα ζεύγη τῶν φλεβῶν οὐδὲν θαυμαστόν· εὑρίσκεται δὲ καὶ κατὰ τὴν τελευτὴν τοῦ περὶ φύσεως ἀνθρώπου, δευτέρου δὲ τοῦ περὶ διαίτης, ᾧ τὴν ἀνατομὴν τῶν βιβλίων ἐμβεβλήκασιν, οὐδένα λόγον ἔχουσαν τῇ διαίτῃ συνῆφθαι. πολὺ γὰρ ἦν πιθανώτερον, οὐ τούτῳ τῷ μέρει τοῦ

videntur commentariis, qui Hippocrati inscribuntur, et manifesto adornata; nihil enim de his ostendi potest, etsi pleraque alia de venis ab Hippocrate tradita, quae omnia in opere de anatome Hippocratis conscripsi, anatomicis viris in confesso sunt, et a nobis etiam ostenduntur. Quatuor autem illa paria, praeter quod a nullo anatomicorum dicuntur, neque ostenduntur a quoquam, sed nonnulli eorum, qui ipsa ponunt, credere se Hippocrati pronunciant, quamvis hi ostendere haud possint; ceu de ratione comprehensibili, non sensibili, disputantes, nonnulli ostensuros se promittunt, ostenderunt autem nunquam. Quod igitur in alio quodam libro ex iis, qui spurii sunt, manifesto quatuor venarum paria scribantur, non est mirum. Inveniuntur etiam in fine libelli de natura humana, secundi autem ejus, qui est de victus ratione, cui opusculo anatomen inseruerunt, quae nulla ratione cum victus ratione conjuncta est. Multo enim probabilius erat, non

γράμματος, [187] ἀλλὰ τῷ προτέρῳ συνάπτειν αὐτήν. ἀλλὰ γὰρ ὁ διασκευάζων ᾤετο λήσεσθαι μᾶλλον, ἢ εἰ τῷ τέλει παρέγραψεν. ὅτι δ᾽ οὐδὲ τῷ προτέρῳ μέρει προσαρμόττεσθαι λόγον εἶχεν, εὔδηλόν ἐστιν ἅπασι τοῖς ἀνεγνωκόσι τὸ σύγγραμμα. ζητεῖ γὰρ ἐν αὐτῷ φύσιν ἀνθρώπου τὴν ὡς ἐκ στοιχείων, οὐ τὴν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένην. ἀλλ᾽ ὅτι μὲν οὐκ ἔστι γνήσιος οὔθ᾽ Ἱπποκράτους οὔτε Πολύβου τῶν εἰρημένων φλεβῶν ἡ ἀνατομὴ, καὶ πρὸ ἡμῶν μὲν ἑτέροις ἀποδέδεικται, καὶ ἡμεῖς δ᾽ ἂν, εἰ θεὸς δοίη ποτὲ περὶ τῶν γνησίων Ἱπποκράτους συγγραμμάτων πραγματεύσασθαι, διὰ πλειόνων ἐπιδείξομεν, ἥτις ἐστὶν Ἱπποκράτους γνώμη περὶ φλεβῶν ἀρχῆς, ἣν ἔκ τε τοῦ περὶ τροφῆς ἔνεστι λαβεῖν καὶ ἐκ τοῦ δευτέρου τῶν ἐπιδημιῶν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰσαῦθις ἀναβεβλήσθω. δεῖξαι γὰρ πρότερον ὃ λέγων ἀπέλιπον ἔγνωκα, ὅτι κἀν τοῖς φυτοῖς μὲν ἀρχὴ καὶ γενέσεως καὶ διοικήσεως τὰ μείζω σώματα τῶν μικροτέρων ὑπάρχει, οὐχ ἥκιστα δὲ κἀν τοῖς ζώοις. ἐπάνειμι γὰρ αὖθις ὡς τὸν Πέλοπα συγχωροῦντα τὸν ἐγκέφαλον

huic libri parti, fed priori ipfam connectere. At enim qui hoc fecerit, putabat poffe ita latere magis, fi fini adfcripfiffet. Quod autem neque priori parti hanc adaptandi rationem habebat, conftat omnibus, qui librum legerunt. Quaerit enim in eo naturam hominis, quae ex elementis, non ex diffectione apparet. Caeterum quod non fit germana neque Hippocratis neque Polybi commemoratarum venarum anatome, etiam ante nos alii demonftrarunt, et nos, fi Deus concefferit aliquando de genuinis Hippocratis commentariis tractare, pluribus oftendemus, quae fit Hippocratis fententia de venarum principio, quam ex opere de alimento licet capere, item ex fecundo de morbis vulgaribus. Sed hoc in pofterum differatur. Quippe, quod defii dicere, prius oftendere decrevi, quod et in plantis initium tum generationis tum difpenfationis majora corpora minorum exiftant, et in animantibus confimiliter. Revertor enim rurfus ad Pelopem, qui ce-

ἁπάντων εἶναι τῶν νεύρων ἀρχήν. ὁμολογεῖ γοῦν καὶ αὐτὸς, ἀπ᾽ ἐγκεφάλου φυόμενα δύο νεῦρα διασπείρεσθαι τοῖς κατ᾽ ὀφθαλμοὺς μυσὶν ἐκ μιᾶς καὶ παχείας ἐκφύσεως εἰς μικρὰ καὶ πολλὰ σχιζόμενα. τούτων δ᾽ ἔτι μᾶλλον ἡ ἐφεξῆς συζυγία παχίστη μέν ἐστιν ἐκφυομένη, τέμνεται δ᾽ εἰς πάμπολλα μικρὰ τοῖς περὶ τὸ πρόσωπόν τε καὶ τὸ στόμα διανεμομένη μορίοις, ὥσπερ γε καὶ ἡ μετ᾽ αὐτήν. ἵνα δὲ μὴ τρίβω τὸν χρόνον, ὁ νωτιαῖος ἐξ ἐγκεφάλου ἐκφυόμενος βλαστάνειν αὐτῷ δοκεῖ καὶ εἶναι καθάπερ τι πρέμνον ἀριθμοῦ παμπόλλου νεύρων οἷον κλάδων ἀποφυομένων αὐτοῦ. ταῦτα μὲν οὖν ἀληθῆ τ᾽ ἐστὶ καὶ τοῖς ἐναργῶς ὁρωμένοις ὁμολογούμενα, τὸ δὲ τὰ μικρὰ τῶν μεγάλων ἀρχὰς εἶναι μάχεται μὲν καὶ τοῖς κατὰ τὰ νεῦρα φαινομένοις, (ἀεὶ γὰρ ἐν τούτοις τὰ μείζω τῶν μικροτέρων ἀρχαὶ,) μάχεται δὲ, ὡς εἴρηται, καὶ τοῖς κατὰ τὰ φυτὰ, καὶ προσέτι τοῖς κατὰ τὰς ἀρτηρίας τε καὶ τὴν καρδίαν. ἀναισχυντία πάντως γάρ ἐστιν ἄλλο τι σπλάγχνον ἀρτηριῶν ἀρχὴν ὑποθέσθαι. φαίνονται γοῦν αἱ μὲν ἀρτηρίαι, πρὶν ἐκτμηθῆναι τοῦ ζώου, τὴν

rebrum omnium eſſe nervorum originem concedit. Fatetur igitur et ipſe, nervos duos ex cerebro prodeuntes oculorum muſculis diſtribui, ex uno craſſoque proceſſu in exiguos numeroſosque ramulos exeuntes. His adhuc magis craſſum ſubſequens par exoritur, ſed in plerasque exiguas propagines ſecatur, faciei et oris partibus diſpenſatum, quemadmodum et quod poſt ipſum. At ne tempus conteram, ſpinalis medulla propaginem de ſe mittere ipſi videtur, et eſſe tanquam caudex quidam numeroſae ſubolis nervorum inſtar ramorum ex ea procedentium. Haec itaque vera ſunt et iis, quae evidenter apparent, reſpondent. At quod exigua magnorum ſint initia, pugnat ſane etiam cum iis, quae in nervis conſpiciuntur. Semper enim in his majora minorum ſunt principia. At refragatur, ut dictum eſt, et iis, quae ſtirpes repraeſentant, et praeterea quae arteriae et cor. Impudentia enim omnino eſt aliud viſcus quoddam arteriarum principium ſtatuere; quippe apparent arteriae, priusquam ex animali ex-

Ed. Chart. V. [187.] Ed. Baſ. I. (300. 301.)

κίνησιν ἀπολλύουσαι σαφῶς, ἐπειδὰν βρόχῳ διαληφθῶσι, μήτι γε δὴ χωρισθεῖσαι καὶ ἐκτὸς γενόμεναι, μόνη δ' ἡ καρδία πάντων τῶν ἐν τῷ ζώῳ μορίων ἐξαιρουμένη μέχρι πλείστου διαφυλάττουσα τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν, ὡς ἀρχὴ κινήσεως ἑαυτῇ τε καὶ τοῖς ἀφ' ἑαυτῆς· αἱ δ' ἀρτηρίαι ἀποχωρισθεῖσαι αὐτῆς ἢ βρόχοις ἢ τομαῖς ἅμα τῷ πάθει καὶ τὴν κίνησιν ἀπολλύουσιν. ἀλλ' εἴπερ ἀναίσχυντόν ἐστι τὰς ἀρτηρίας ἑτέρωθεν ἄρχεσθαι φάναι, τὰ μέγιστα μόρια τῶν ἀρτηριῶν ἀρχαὶ τῶν μικροτέρων γενήσονται. εὐρύταται οὖν ἁπασῶν εἰσι τοῦ ζώου ἀρτηριῶν αἱ τῆς καρδίας ἐκφυόμεναι, παχύταται δὲ καὶ τῶν νεύρων αἱ ἀρχαί, (301) καθάπερ ἐν τοῖς φυτοῖς παχύτατον μὲν τὸ πρέμνον ἁπάντων τῶν κλάδων, παχίστη δ' ἡ ῥίζωσις τῶν ῥιζῶν. ὀνομάζω δὲ ῥίζωσιν, ὅπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐδείκνυον τὸ κάτωθεν μέρος ἀρχὴν εἶναι τοῦ φυτοῦ. καί μοι δοκεῖ καὶ ὁ Ἱπποκράτης, ἐντεῦθεν ἐπὶ τὰ ζῶα μεταφέρων τοὔνομα, ῥίζωσιν εἰρηκέναι τῶν μὲν ἀρτηριῶν τὴν καρδίαν, τῶν δὲ φλεβῶν τὸ ἧπαρ. ὡς γὰρ ἀπὸ τῆς ῥιζώσεως τῶν φυτῶν

cindantur, motum perdere manifeſto, funiculo interceptae, nondum tamen ſeparatae foraſque eductae. At ſolum cor omnibus in animali partibus exemptum diutiſſime naturalem retinet functionem, ceu initium motus tum ſibi, tum iis, quae ab ipſo proſiciſcuntur. Arteriae autem ab eo ſegregatae aut funibus aut ſectionibus una cum affectu etiam motum perdunt. At ſi impudens eſt dicere, arterias aliunde auſpicari, maximae arteriarum partes minorum fient principia. Latiſſimae igitur omnium animantis arteriarum exiſtunt, quae ex corde proficiſcuntur, craſſiſſima autem et nervorum principia, quemadmodum in ſtirpibus craſſiſſimus ſane caudex omnium ramorum, craſſiſſima vero ipſa radicatio omnium radicum. Nomino autem radicationem inferiorem partem, quam paulo ante indicabam ſtirpis eſſe initium. At mihi videtur etiam Hippocrates inde ad animantia tranferens nomen radicationem dixiſſe arteriarum ſane cor, venarum autem jecur. Quemadmodum enim a radicatione ſtirpium

αἱ ῥίζαι μὲν κάτω, τὸ δὲ στέλεχος ἄνω φύεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκ μὲν τῆς καρδίας ἥ τε εἰς τὸν πνεύμονα καὶ ἡ εἰς ὅλον τὸ ζῶον, ἐκ δὲ τοῦ ἥπατος ἥ τ' εἰς τὴν κατὰ τὴν γαστέρα καὶ εἰς τὸ σύμπαν σῶμα. ῥίζαι μὲν οὖν ἐοίκασιν αἱ εἰς τὴν γαστέρα [188] καθήκουσαι φλέβες, ὡς καὶ τοῦτ' αὐτὸς Ἱπποκράτης ἔδειξε, φάμενος· ὡς γὰρ τοῖς δένδροις ἡ γῆ, οὕτω τοῖς ζώοις ἡ γαστὴρ, τὸ δ' οἷον πρέμνον ἡ κοίλη φλέψ ἐστιν, ἐκ μὲν τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος ἐκπεφυκυῖα, φερομένη δ' ἐκ τοῦ ἥπατος εὐθεῖα πρὸς ἑκάτερα τοῦ ζώου τὰ μέρη, τό τε ἄνω καὶ τὸ κάτω. εὐρύτατον μὲν οὖν αὐτῆς ἐστι τὸ κάτω τοῦ ἥπατος, ἧττον δ' εὐρὺ τὸ διὰ τῶν φρενῶν ἀνατεταμένον, ἔλαττον δὲ ἀμφοτέρων τὸ τῇ καρδίᾳ ἐμφυόμενον. καίτοι, εἴπερ εἴη ἡ καρδία τῆς κοίλης φλεβὸς, ὡς καὶ τῆς μεγάλης ἀρτηρίας, ἀρχὴ, μέγιστον ἂν ἦν, οἶμαι, τὸ συνεχὲς αὐτῆς μέρος.

Κεφ. δ'. Εἰ δέ τις οἴεται τῆς μὲν δυνάμεως ταῖς φλεψὶ χορηγὸν τὴν καρδίαν, τῆς δ' ὕλης τὸ ἧπαρ, ἐντεῦθεν γὰρ ὁρμᾶσθαι τὸ αἷμα, καὶ διὰ τοῦτ' εὐρυτέραν εἶναι τὴν κάτω κοίλην τῆς ἄνω, διότι πλείω μόρια τὰ κάτω τοῦ

radices quidem infra, truncus autem furfum vergit, ita ex corde tum quae in pulmonem, tum quae in totum animal difpergitur, ex jecinore autem et quae in ventrem, et quae in totum corpus diffunditur. Radicibus igitur fimiles funt venae, quae ad ventrem pertinent, ficut et hoc Hippocrates ipfe indicavit hifce verbis: *Ut enim arboribus terra, fic animantibus venter eft*, quoniam veluti truncus cava vena exiftit, ex gibbis jecinoris partibus producta, verum a jecore recta ad utrasque animantis partes, fuperiorem et inferiorem, excurrens. Proinde latiffima ipfius eft quae infra jecur portio, minus autem lata, quae per feptum transverfum furfum tendit, harum autem utraque minor, quae cordi inferitur; quanquam, fi effet cor venae cavae, ficut et magnae arteriae, initium, maxima effet, opinor, ei continua venae portio.

Cap. IV. At fi quis putet, cor venis facultatem fuppeditare, materiam vero jecur, (inde enim fanguis provenit,) ideoque latiorem effe inferiorem ventriculum fuperiori, quod plures partes inferiores jecoris exiftant, qui-

ἥπατός ἐστιν, οἷς ἀναγκαῖόν ἐστιν ἅπασι χορηγεῖσθαι τροφὴν, οὗτός μοι δοκεῖ δι᾽ αὐτῶν ὧν ὑποτίθεται συγχωρεῖν ἃ μὴ βούλεται. τὸ γὰρ ἐξ ἥπατος ὁρμᾶσθαι τὸ αἷμα τί ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὴν γεννῶσαν αἷμα δύναμιν ἐν τούτῳ τῷ σπλάγχνῳ περιέχεσθαι; εἴπερ οὖν ἕνεκα μὲν τοῦ τρέφεσθαι τὸ ζῶον ἡ τοῦ αἵματός ἐστι γένεσις, ἐν ἥπατι δὲ γίγνεται τὸ αἷμα, τῆς θρεπτικῆς δυνάμεως ἀρχὴ τοῦτ᾽ ἔσται τὸ σπλάγχνον, οὐχ ἡ καρδία. τὸ γὰρ προνοούμενον ὕλης ἐπιτηδείου πρὸς θρέψιν ἅπαντι τῷ σώματι, τοῦτ᾽ εὔλογον ἀρχὴν εἶναι τῆς θρεπτικῆς τε καὶ φυτικῆς δυνάμεως, ὥσπερ, οἶμαι, κἂν τοῖς φυτοῖς ἐκεῖνο τὸ μέρος, ὃ ῥίζωσιν ἐκαλοῦμεν. ἕλκει τε γὰρ ἐφ᾽ ἑαυτὸ διὰ παμπόλλων ῥιζῶν ἐκ τῆς γῆς τὴν τροφὴν, ἐπιπέμπει τε προκατεργασάμενον ἅπαντι τῷ φυτῷ διὰ τοῦ στελέχους. εἰ γὰρ καὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως, ὥσπερ καὶ τῆς σφυγμικῆς, ἀρχὴν θησόμεθα τὴν καρδίαν, ἐκ τοῦ περιττοῦ τὸ ἧπαρ ἡ μηδὲν μάτην ἐργαζομένη φύσις ἐποίησεν· ἦν γὰρ δή που κατὰ τὴν καρδίαν αἱματοῦσθαι τὴν τροφήν. ἀλλ᾽ ὡς εἰς μέγα τὸ ἔργον οἷον ὑπηρέτην τινὰ

bus neceffarium eft omnibus alimentum fuppeditare, hic mihi videtur per ea, quae ftatuit, concedere quae non vult; nam ex jecore fanguinem irrumpere quid aliud eft, quam facultatem in hoc vifcere contineri fanguinis effectricem? Si igitur animantis nutriendi gratia fanguinis eft generatio, in jecore autem fanguis gignitur, nutricis facultatis initium hoc vifcus, non cor, erit. Nempe quod materiem idoneam alendo toti corpori profpicit, hoc bona ratione initium eft facultatis et nutricis et vegetativae, quemadmodum, opinor, etiam in ftirpibus illa pars, quam radicationem appellamus. Trahit enim ad fe per numerofas radices ex terra alimentum, transmittitque elaboratum prius toti ftirpi per truncum. Si namque ejusdem facultatis, quemadmodum et pulfatoriae, initium cor ftatuerimus, ex fuperfluo jecur natura, quae nihil fruftra operatur, fabricata eft; quippe licebat in corde alimentum fanguinis naturam induere. Verum ceu in magnum opus miniftri cujusdam inftar jecur natura cordi

τὸ ἧπαρ ἡ φύσις τῇ καρδίᾳ παρεστήσατο προπαρασκευάσοντα τὴν ὕλην αὐτῇ, καθάπερ ἡ γαστὴρ ἐκείνῳ. πιθανὸς μὲν ὁ λόγος, οὐ μὴν ἀληθής γε. φαίνεται γὰρ οὐχ ὡς ὑπηρέτης ἡγουμένῳ προπαρασκευάζων ἐπιτήδειον ὕλην τὸ ἧπαρ, ἀλλ᾽ ὡς αὐτὸς ὁ ἡγούμενος ἐξουσίαν ἔχων τοῦ διανέμειν αὐτήν. ἐναργῆ δὲ παραδείγματα κατ᾽ αὐτὸ τοῦ ζώου τὸ σῶμα πάρεστι θεάσασθαι. πάντα γοῦν, ὅσα προπαρασκευάζει τὰς ὕλας ἑτέροις, ἐκείνοις αὐτὰς ἀκεραίους φυλάττει, καὶ οὔτ᾽ ἐκ πνεύμονος ἄλλη τις ὁδὸς ἑτέρωσε τέτμηται, πλὴν μιᾶς τῆς εἰς τὴν καρδίαν, οὔτ᾽ ἐκ κοιλίας τε καὶ ἐντέρων ἑτέρωσε, πλὴν εἰς ἧπαρ, οὔτ᾽ ἐκ τοῦ δικτυοειδοῦς πλέγματος ἑτέρωσε, πλὴν εἰς ἐγκέφαλον, οὔτ᾽ ἐκ τῶν τὸ σπέρμα προπαρασκευαζόντων ἀγγείων εἰς ἄλλο τι, πλὴν τῶν ὄρχεων. οὕτω δὲ καὶ οἱ τὸ χολῶδες ὑγρὸν ἀθροίζοντες πόροι πάντες εἰς ἓν ἀγγεῖον ἀποφέρονται, τὴν συνημμένην δηλονότι ἥπατι κύστιν, ἐντεῦθέν τε εἰς τὴν νῆστιν ἐκπέμπουσιν, καθάπερ οἱ νεφροὶ τὸ οὖρον, εἰς τὴν μίαν δηλονότι κύστιν. οὐκοῦν οὐδὲ τὸ ἧπαρ, εἴπερ τῇ καρδίᾳ τὸ αἷμα

adjunxit, qui alimentum prius ipſi praepararet, quemadmodum ventriculus jecori. Probabilis quidem ſermo eſt, non tamen verus. Siquidem apparet, jecur non tanquam miniſter domino materiam praeparare, ſed veluti ipſe dominus poteſtatem habens ipſum diſtribuendi. Porro evidentia exempla in ipſo animantis corpore licet conſpicari. Omnia igitur, quae materias aliis praeparant, illis easdem integras tuentur, ac neque ex pulmone alia quaedam via alibi ſecta eſt praeter unam in cor pertinentem, neque ex ventriculo et inteſtinis alio praeterquam in jecur, neque ex plexu retiformi alio quam in cerebrum, neque ex vaſis ſemen praeparantibus in aliud quoddam praeterquam teſtes. Ita vero meatus omnes biliosum humorem congregantes in unum vas deferuntur, nempe veſicam jecori proximam; inde in jejunum inteſtinum illum mittunt, quemadmodum renes urinam in unam nimirum veſicam propellunt. Neque igitur jecur, ſi, ut

προπαρασκευάσον ὑπὸ τῆς φύσεως ἐγένετο, διανέμειν αὐτὸ τῇ παρασκευῇ ἡμίεργον ἐπιστεύθη ἄν. οὔτε γὰρ ὑπηρέτου τὸ τοιοῦτον ἔργον, ἀλλ' ἡγεμόνος καὶ ἄρχοντος, οὔθ' ὕλης ἐλλιπῶς παρεσκευασμένης τὸ πάθος· ὑπηρέτου γάρ ἐστι τὸ παρασκευάζειν μόνον, ὕλης τ' ἐλλι[189]ποῦς ἐστι τὸ μὴ διανέμεσθαι. καὶ μὴν οὔθ' ὡς ὑπηρέτης τὸ ἧπαρ, ἀλλ' ὡς ἄρχων, οὔθ' ὡς ὕλην ἐλλιπῆ τὸ αἷμα διανέμειν πεπίστευται. πάντα γὰρ ὅσα κάτω τοῦ διαφράγματός ἐστι τοῦ ζώου μόρια παρ' ἥπατος ἀναμφισβητήτως ἔχει τὸ αἷμα, καίτοι πλείω τῶν ἡμίσεών ἐστι. μᾶλλον δ' ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ διάφραγμα, καὶ ὁ περικάρδιος ὑμὴν ἅμα τοῖς ἄλλοις ὑμέσι τοῖς πλησίον, ὅσοι τε διαφράττουσι τὸν θώρακα, καὶ ὅσοι περιαλείφουσι τὸν πνεύμονα, τὴν τροφὴν ἐκ τῆς κοίλης ἔχει, πρὶν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἀφικέσθαι, διδαχθῶμεν, ὑπὸ τῆς ἀνατομῆς εἰσόμεθα τὰ πλείω τῶν τοῦ ζώου μορίων ἐξ ἥπατος τρεφόμενα προφανῶς τε καὶ ἀναμφισβητήτως. ἐπιδειχθήσεται μὲν γὰρ ὀλίγον ὕστερον, ὅτι καὶ τὸ ἄνω τῆς καρδίας ἅπαν ἐξ ἥπατος ἔχει τὴν τροφήν. ἀλλά τό γ'

cordi fanguinem praepararet, a natura creatum eft, diftribuere ipfum femielaboratum credetur; neque enim miniftri tale opus, fed ducis et praefecti, neque materiae non fatis elaboratae affectus, quippe miniftri eft folum praeparare, materiae imperfectae eft non diftribui. Atqui neque ut minifter jecur, fed ut dominus, neque ut materiam imperfectam, fed fanguinem diftribuere creditum eft. Omnes enim quae infra feptum transverfum animantis funt partes a jecore citra controverfiam fanguinem obtinent, etfi plures dimidia ipfarum parte exiftant. Clarius autem, fi et ipfum feptum transverfum et membranam cor integentem una cum aliis membranis vicinis, tum quae thoracem interfepiunt, tum quae pulmonem ambiunt, alimentum haurire ex cava vena, priusquam ad cor perveniat, a diffectione edocti fuerimus, fciemus, plures animalis partes ex jecore nutriri, et palam, et fine controverfia. Oftendetur enim paulo poft, et fuperiorem cordis portionem totam ex jecore alimentum recipere. Sed

ἀναμφισβήτητον ἤδη λαμβανέσθω τὸ τὰ κάτω τῆς καρδίας ἐξ ἐκείνου τρέφεσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ τοῦ θώρακος ὅλα τὰ κάτω μέρη. μαρτυρεῖ δὲ τῷ λόγῳ καὶ τὰ ἄλλα σύμπαντα τὰ κατὰ τὰς ἀνατομὰς φαινόμενα, καὶ πρῶτόν γε καὶ μέγιστον ἡ κάθαρσις τῶν περιττωμάτων τοῦ αἵματος. ὡς γὰρ συμπεπληρωμένῃ τῇ τοῦ χυμοῦ γενέσει καὶ τὸ προσῆκον εἶδος ἐχούσῃ παρεσκεύασεν ἡ φύσις ὄργανα καθαρτικὰ τῶν περιττωμάτων, νεφροὺς καὶ σπλῆνα καὶ τὴν χοληδόχον κύστιν. οὐδ᾽ ἔστιν ἄλλο τέταρτον οὐδ᾽ ἐπινοῆσαι περίττωμα τροφῆς ἢ ὕλης ἡστινοσοῦν ὑπὸ θερμοῦ μεταβαλλομένης, ἀλλὰ τὰ πλεῖστα τρία τὸν ἀριθμόν ἐστι. τουτὶ γὰρ δέδεικταί μοι δι᾽ ἑτέρων ἤδη πραγματειῶν, αὖθίς τε δειχθήσεται κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν ἐπὶ προήκοντι τῷ λόγῳ πραγματείαν. νυνὶ δ᾽ εἴρηται μὲν, ὡς μηδὲν τῶν ἀληθῶν παραλείποιτο, τῆς δ᾽ ἐξ αὐτοῦ πίστεως οὐδὲν δεῖ τοῖς παροῦσιν. ὁμολογεῖται γὰρ ἥ τε τῶν νεφρῶν ἐνέργεια καὶ ἡ τῆς χοληδόχου κύστεως ἐκκαθαίρειν τὸ αἷμα. κατὰ δὲ τὴν καρδίαν οὔτ᾽ ἄλλο τι καθαρτικὸν ὄργανον ἡ φύσις ἐποίησεν,

indubitatum jam fit, inferiorem cordis regionem ex illo nutriri, imo et ipfius thoracis inferiores omnes partes. Atteftatur huic fermoni etiam inter alia univerfa, quae in anatomis apparent, primum et maximum, nempe excrementorum fanguinis expurgatio. Tanquam enim abfolutae humoris generationi et congruam fpeciem obtinenti recrementorum inftrumenta purgantia natura fabricata eft, renes, lienem, veficam bilis receptricem, neque licet quartum aliud alimenti excrementum ne cogitare quidem, vel materiae qualiscunque a calore mutatae, verum plurimum tria numero funt, id quod in aliis jam operibus oftenfum eft, rurfusque oftendetur in praefenti commentario fermonis proceffu. Nunc autem dictum eft, ut nihil veri relinquatur; verum praefentia fidem ex illo non requirunt; quippe conftat, quod renum et fellis veficae functio eft fanguinem expurgare. In corde neque aliud quoddam purgans inftrumentum natura fecit, neque

οὔτ' ἄλλον ἐργάζεται χυμόν. ὅμοιον γάρ τό τ' ἐν τῇ δεξιᾷ κοιλίᾳ τῆς καρδίας αἷμα καὶ τὸ κατὰ πάσας τὰς φλέβας ὅλῳ τῷ ζώῳ, καθάπερ γε καὶ τὸ κατὰ τὰς ἀρτηρίας ἁπάσας ὅμοιόν ἐστι τῷ κατὰ τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν. τοῦτο μὲν οὖν ὡς τὰ πολλὰ λεπτότερόν τ' ἐστὶ καὶ ξανθότερον, ἔσθ' ὅτε δὲ καὶ τἀναντία, παχύτερόν τε καὶ μελάντερον, ἀεὶ μέντοι θερμότερον αὐτό ἐστι. τὸ δὲ κατὰ τὴν δεξιὰν κοιλίαν αἷμα τὴν αὐτὴν ἰδέαν ἔχει τῷ τ' ἄλλῳ παντὶ καὶ τῷ κατὰ τὸ ἧπαρ, ὡς ἂν οὐδὲν ἐξαίρετον ἐπικτώμενον ἐν τῇ δεξιᾷ κοιλίᾳ. μεγίστη δὲ πίστις, ὡς οὐ προπαρασκευάζει τῇ καρδίᾳ τὸ ἧπαρ οὐδένα χυμὸν εἰς τροφὴν τῶν τοῦ ζώου μορίων, ἀλλ' αὐτὸ συμπληροῖ τὴν σύμπασαν ἰδέαν αὐτοῦ, τὸ μίαν εἶναι φλέβα τὴν ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν ἐκφυομένην, ἑτέραν δὲ μηκέτι ἀντεκφύεσθαι κατ' ἄλλο μέρος αὐτῶν, εἰς ὅλον ἅπαξ φέρουσαν τὸ σῶμα τὸν κατεργασθέντα χυμὸν, καίτοι γ' ἄλλης μὲν εἰσαγούσης ἀρτηρίας, ἄλλης δ' ἐξαγούσης τὸ πνεῦμα. φαίνεται γὰρ ἡ φύσις οὐ τοῖς αὐτοῖς ἀγγείοις χρωμένη πρός τε τὰς

alium machinata est humorem; similis namque sanguis est et qui in dextro cordis sinu, et qui in omnibus venis per totum animal continetur, quemadmodum et qui in arteriis universis habetur, ei respondet, qui in sinistro sinu existit. Hic itaque plerumque tenuior est et flavior, nonnunquam e contrario crassior et nigrior, semper vero calidior ipse est. At qui in dextro sinu continetur sanguis, eandem speciem habet, quam omnis alius, et is qui in jecore habetur, tanquam nihil singulare ac eximium in dextro sinu acquirat. Maxima autem fides, jecur nullum humorem in animalis partium nutritionem cordi praeparare, sed ipsum universam ejus speciem absolvere, quod una sit vena, quae ex jecore aut corde procedat, altera vero non item contra enascatur ex alia ipsorum parte, quae elaboratum humorem in totum corpus deducat, etsi alia quidem arteria introducat, alia educat spiritum. Videtur enim natura non eisdem uti vasis et

Ed. Chart. V. [189. 190.] Ed. Baf. I. (301. 302.)

ἡμιεργά(302)στους ὕλας καὶ πρὸς τὰς τελέως κατειργασμένας, οὐδὲ ταῖς αὐταῖς ὁδοῖς. οὐδὲ γὰρ δυνατόν ἐστιν ἅμα τε τὸ ἡμίπεπτον ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν ἀναπέμπεσθαι τροφήν, ἅμα δὲ τὴν ἤδη κατειργασμένην διὰ τῆς αὐτῆς ὁδοῦ καταφέρεσθαι, ἀλλ᾽ ἦν ἂν πάντως ἑτέρα μὲν φλὲψ ἡ εἰσάγουσα τὴν ἡμίπεπτον, ἑτέρα δὲ ἡ τὴν ἀκριβῶς κατειργασμένην ἐξάγουσα. νυνὶ δ᾽ εἰσάγει μέν τις, ἐξάγει δ᾽ οὐδεμία πλὴν τῆς εἰς πνεύμονα, περὶ ἧς αὖ ἐπὶ πλέον ἐν τοῖς περὶ χρείας μορίων ἐπισκεψόμεθα, τὴν αἰτίαν ἐρευνῶντες, ἧς ἕνεκεν ἐκ τῆς καρδίας, οὐκ ἐκ τῆς κοίλης, ἐξέφυσεν ἡ φύσις εἰς τὸν πνεύμονα τὴν θρέψουσαν τὸ σπλάγχνον φλέβα.

Κεφ. ε΄. [190] Δεῖται δὲ μάλιστα, εἴπερ τις ἄλλος λόγος, καὶ ὁ νῦν ἡμῖν προκείμενος αὐτοῦ τοῦ φαινομένου κατὰ τὰς ἀνατομάς. οὐ μόνον γὰρ οὐδεμία φαίνεται φλὲψ ἐκ καρδίας εἰς τὰ κάτω μόρια φερομένη, πλὴν τῆς ἐξ ἥπατος ἀναφερούσης τὸ αἷμα, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ εἰς τὸ ἄνω καρδίας ἀφικνεῖται φλὲψ οὐδεμία. φαίνεται γὰρ ἡ κοίλη φλὲψ ἀπὸ τοῦ ἥπατος εὐθὺ τῶν σφαγῶν ἀναφερομένη; καὶ ταύτης

ad femielaboratas materias et omnino confectas, imo ne eisdem quidem viis. Neque enim fieri poteft, ut fimul femicoctum alimentum ex jecore in cor difpenfetur, fimul jam elaboratum per eandem viam deferatur, verum effet omnino alia quidem vena, quae femicoctum inveheret, alia, quae exacte elaboratum educeret; nunc autem invehit quidem aliqua, nulla autem deducit praeter eam, quae in pulmonem pergit, de qua uberius in libris de ufu partium confiderabimus, caufam indagantes, cur ex corde, non ex cava vena natura in pulmonem inferuit aliam venam, quae vifcus enutriat.

Cap. V. Requirit autem maxime, fi quis alius fermo, certe hic nobis propofitus id, quod in diffectionibus apparet. Non folum enim nulla vena apparet, quae ex corde in inferiores partes deferatur, praeterquam quae ex jecore fanguinem furfum educit, imo neque in fuperiorem cordis regionem vena ulla pervenit, quoniam cava vena a jecore recta ad jugulum emergit, atque hujus

ἀποβλάστημά τι τὸ εἰς τὴν καρδίαν ἐμφυόμενον, οὐκ ἐξ ἐκείνης αὐτή. γνώρισμα δ᾽ ἐναργέστατόν ἐστι τὸ κατὰ μὲν ἀρτηρίαν τὴν μεγάλην τὸ θεωρούμενον, ἄν τινα βουλοίμην οὕτως ἐπὶ τὴν κοίλην ἔρχεσθαι φλέβα. μία γὰρ ἀρτηρία μεγίστη τῆς ἀριστερᾶς κοιλίας τῆς καρδίας ἐκφύσασα, σαφῆ σχίσιν εἰς ἀμφοτέρας ποιεῖται τὰς ἀρτηρίας, ἥν τε ἄνω πρὸς τὴν κεφαλὴν, ἥν τ᾽ ἐπὶ τὴν ῥάχιν ὁρῶμεν καταφερομένην. οὕτως δ᾽ οὖν ἐχρῆν καὶ τὴν ἐκ τῆς δεξιᾶς κοιλίας ἐκφυομένην φλέβα σαφῆ τὴν νομὴν ἴσχειν εἰς ἄμφω τὰ μέρη. φαίνεται δ᾽ οὐχ οὕτως, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῆς ἀναφερομένης ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν ἀποσχίζεται. πῶς οὖν ἔτι δυνατόν ἐστι τὴν δεξιὰν κοιλίαν τῆς καρδίας ὑπολαβεῖν εἶναι φλεβῶν ἀρχὴν, ὥσπερ τὴν ἀριστερὰν ἀρτηριῶν; ἐπὶ γὰρ ἀνομοίοις γνωρίσμασιν ἀνόμοιον εἶναι χρὴ καὶ τὴν ἔνδειξιν. εἰ δέ τῳ δοκεῖ μικρὸν εἶναι τὸ τῆς ἐκφύσεως τῶν ἀγγείων γνώρισμα, καίτοι γ᾽ οὐκ ὄντος μικροῦ, ἀλλ᾽ ἐκεῖνό γ᾽ οἶδ᾽ ὅτι οὐ σμικρὸν εἶναί φησι, τὸ πολλὰ τῶν ζώων οὐκ ἔχειν τὴν δεξιὰν κοιλίαν τῆς καρδίας. καίτοι γ᾽ οὐκ ἐνδέχεται τὴν κοίλην φλέβα

ramus quidam eft ille, qui cordi inferitur, et ex illo ipfa non oritur. At nota evidentiffima eft, quae in grandi arteria confpicitur. Hanc quum viderit aliquis, velim fic ad cavam venam pergeret; una namque arteria maxima ex finiftro cordis finu procedens manifefto in utrasque divaricatur arterias, tum eam, quam furfum ad caput, tum eam, quam ad fpinam deferri videmus. Ita igitur conveniebat et venam, quae ex dextro finu enafcitur, manifefto in utrasque partes propagari. Verum non ita apparet, fed ab ea, quae furfum tendit ex jecore in cor, diftribuitur. Quomodo igitur adhuc dextrum cordis ventriculum venarum effe principium, quemadmodum finifteriorem arteriarum, opinari quis poterit? nam in diffimilibus notis diffimilem effe indicationem oportet. At fi alicui videatur exigua effe proceffus vaforum nota, quamvis exigua non fit, certe illam, fat fcio, non exiguam effe dicet, quod multa animalium dextro cordis finu careant; proindeque exiftimari non poteft, cavam venam ex hoc pro-

τῆς κοιλίας ταύτης ἐκφύεσθαι νομίζειν, ὅταν ἐν παμπόλλοις γένεσι ζώων ἧπαρ μὲν ὑπάρχῃ καὶ κοίλη φλὲψ, ἡ κοιλία δ᾽ ἡ δεξιὰ μηδ᾽ ὅλως ᾖ. τίνα τοίνυν ἐστὶ καὶ πόσα τὰ γένη τῶν ζώων, ἐν οἷς φημι τὴν δεξιὰν οὐκ εἶναι τῆς καρδίας κοιλίαν; ἀριθμῷ μὲν οὐκ ἔχω διελθεῖν αὐτὰ, κοινὸν δ᾽ ἐφ᾽ ἅπασι κεφάλαιον εὗρον ἀνατεμών. πολλὰ ἀσύμβατα μὲν εἰς ἕτερα, πρόσεστι δὲ ἐν αὐτοῖς ἐξαίρετον, ὅπερ οὐχ ἅπασι τυγχάνει τοῖς ἐνύδροις, τὸ μήτ᾽ ἀναπνεῖν ἐξ ἀέρος, μήτ᾽ ἔχειν πνεύμονα. τουτὶ γὰρ ἄχρι τοῦ δεῦρο κατὰ πάντα γένη τῶν ζώων παρεφυλάξατο, συναπόλλυσθαί τε καὶ συγγεννᾶσθαι τῷ πνεύμονι τὴν δεξιὰν κοιλίαν τῆς καρδίας. ἐζήτησα δὲ χρόνῳ παμπόλλῳ καὶ τὴν αἰτίαν αὐτῶν, καὶ γέγραπται τὰ φανένθ᾽ ἡμῖν εὔλογα κατὰ τὴν περὶ χρείας μορίων πραγματείαν. ἐμπίδας μὲν οὖν καὶ μυίας, καὶ σκώληκας, καὶ μελίττας, καὶ μύρμηκας οὔτ᾽ ἀνέτεμον οὔτ᾽ ἀνατεμεῖν ἐπιχειρήσαιμι ἄν. ὅπου γὰρ κἀν τοῖς μεγάλοις ζώοις εὑρίσκω πολλὰ σφαλλομένους τοὺς ἀνατεμόντας, εὔλογον δήπου κατὰ τὰ σμικρότερα μᾶλλον σφαλῆναι.

cedere ventriculo, quum in permultis animalium generibus jecur quidem exiſtat et cava vena, ſinus autem dexter nequaquam. Quae igitur ſint et quot animantium genera, in quibus dextrum non eſſe cordis ſinum affirmem, quum numero ea perſequi nequeam, commune in ipſis caput inveni, diſſectis multis varii generis animalibus. Ineſt autem ipſis eximium, quod non omnibus contingit aquatilibus, puta non reſpirare ex aere, neque habere pulmonem. Hoc enim hucusque in omnibus animantium generibus obſervavi, dextrum cordis ſinum ſimul cum pulmone et perire et generari. Porro disquiſivi longo tempore etiam ipſorum cauſam, ac ſcripſi, quae mihi viſa ſunt conſentanea, in opere de uſu partium. Culices igitur, et muſcas, et lumbricos, et apes, et formicas neque diſſecui neque diſſecare aggrederer. Quum enim in grandibus animalibus multos diſſectorum errores inveniam, conſentaneum eſt ſcilicet in minoribus magis eos aberraſſe.

τῶν γοῦν ἀνατμηθέντων ὑπ' ἐμοῦ μέχρι γε τοῦ δεῦρο σχεδὸν οὐκ ἔστιν ὅτῳ μὴ καὶ καρδία καὶ ἧπαρ ὑπάρχει, καὶ κοίλη φλὲψ, καὶ ἀρτηρία ἡ μεγάλη. καὶ φαίνεται, καθάπερ ἡ ἀρτηρία τῆς καρδίας, οὕτως ἡ φλὲψ τοῦ ἥπατος ἐκφυομένη διὰ παντὸς, κἂν μηδ' ὅλως ἔχῃ δεξιὰν ἡ καρδία κοιλίαν. καὶ διὰ τοῦτο φαίνεται σχιζομένη μετὰ τὸ διελθεῖν τὰς φρένας ὑποκάτω τῆς καρδίας, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ὅταν ἐγγὺς ἥκῃ τῶν σφαγῶν. ἐν ἑτέροις δὲ ζώοις οὐκ ὀλίγοις ἐστὶ μὲν δεξιὰ κοιλία, φαίνεται δ' οὐδὲν ἧττον ἡ κοίλη φλὲψ εἰς μεγάλα δύο σχιζομένη, πρὶν ἐπὶ τὴν καρδίαν ἐξικέσθαι. καὶ τοῦτο πᾶσι [191] μὲν ὑπάρχει σχεδὸν τοῖς πτηνοῖς, ἅπασί τε τοῖς ἕρπουσι, καὶ τῶν βαδιζόντων οὐκ ὀλίγοις. ὥστε τὰ πλεῖστα τῶν ζώων τὴν κοίλην φλέβα προφανῶς ἐξ ἥπατος ἔχει ἀρχομένην. ἐναργῶς γὰρ ὁρᾶται διπλάσιον εὐρὺ τὸ ἐξ ἐκείνου τοῦ σπλάγχνου φυόμενον ἀγγεῖον ἑκατέρων τῶν τμημάτων, ὡς ἅμα δίχα τῆς κοίλης ἐνταῦθα σχισθείσης. εἰ δὲ εὐρύτερόν ποτε θάτερον ἐπί τινος ζώου φαίνοιτο θατέρου τμήματος, ἀλλὰ συναμφότερά γε τῇ κοίλῃ φλεβὶ προφανῶς

Sane nullum fuit eorum, quae ego in hunc usque diem diffecui, in quo non effet cor, jecur, cava vena et magna arteria; ac apparet, quemadmodum arteria ex corde, fic vena ex jecinore perpetuo oriri, etfi neutiquam dextrum cor ventriculum habeat, eoque videtur in ramos fciffa, ubi feptum transverfum fubter cor permeaverit, ficuti in aliis, quum propter jugulum venerit. In aliis animantibus non paucis eft quidem dexter ventriculus, verum nihilominus cava vena in magnos duos ramos diffindi apparet, priusquam ad cor pervenerit; atque hoc prope omnibus volatilibus ineft, omnibusque ferpentibus, atque pedeftrium non paucis. Quare plurima animantia cavam venam manifefto ex jecore habent exorientem, quippe evidenter apparet utriusque propaginis duplo latum vas, quod ex illo vifcere procedit, tanquam fimul bifariam cava vena inibi divaricata. Quod fi latior quandoque altera propago altera in animali quodam appareat, ambae tamen fimul cavae venae palam funt aequa-

ἐστιν ἴσα, μονονοὺ μετὰ φωνῆς ἑρμηνεύοντα, τὴν μὲν οἷόν τι πρέμνον ὑπάρχειν, αὐτὰ δ᾽ ἀπ᾽ ἐκείνης γεγενῆσθαι σχισθείσης οἷόν περ κλάδους τινὰς ἢ καὶ κλῶνας. οὐ μόνον δ᾽ ἡ κοίλη φλὲψ ἐκ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος ἐκπέφυκεν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν σιμῶν ἑτέρα φλὲψ, ἣν οἱ μὲν ὀνομάζουσι πύλας ἥπατος, οἱ δὲ τὴν ἐπὶ πύλαις· οὐ γὰρ δὴ ὅλην γε τὴν φλέβα πύλας ὑπάρχειν, ἀλλ᾽ ὅσον πρῶτον αὐτῆς ἐξίσχει τοῦ ἥπατος, ὅπερ καὶ πάντων εὐρύτατόν ἐστιν. ἀπ᾽ αὐτοῦ γὰρ εἰς ἄμφω τὰ μέρη κατασχίζεται τὸ ἀγγεῖον, εἴς τε τὰ σιμὰ τοῦ ἥπατος ἅπαντα καὶ εἰς τὰ κατὰ τὴν γαστέρα, τὸ καλούμενον ἐπίπλοον. τῶν γὰρ ἐν τούτοις ἅπασι φλεβῶν παμπόλλων οὐσῶν οὐδεμία συνεχής ἐστι τῇ καρδίᾳ. καί τις ἀκούσας τοῦτο τῶν ἀλήθειαν τιμώντων ἀπεθαύμαζέ τε καὶ ἠπίστει τῷ λόγῳ, καὶ δειχθῆναί οἱ τὸ λεγόμενον ἠξίου, καὶ ὡς εἶδε, μεγάλως κατεγίνωσκε τῶν ἀποφηναμένων, ἀρχὴν εἶναι φλεβῶν τὴν καρδίαν. ὥσπερ γὰρ, εἰ μίαν ἡντιναοῦν ἐν ὅλῳ τῷ ζώῳ φλέβα κεχωρισμένην εἰς τοσοῦτον εὑρίσκομεν, ὡς μήτ᾽ αὐτῷ συνάπτειν τῷ ἥπατι μήτε τινὶ τῶν ἀπ᾽ αὐτοῦ

les, tantum non voce declarantes, hanc venam veluti caudicem quendam esse, ipsas vero ab ea discissas nasci tanquam ramos quosdam, aut etiam surculos. At non solum cava vena ex gibbis jecoris partibus processit, verum etiam ex cavis altera vena, quam alii portas jecoris appellant, alii portis vicinam. Non enim totam venam portas esse, sed quantum prima ipsius portio ex jecore emergit, quae etiam omnium latissima est; nam ab ipsa vas in ambas partes dispensatur, tum in cavas jecoris partes omnes, tum in ventris partes et omentum nuncupatum. Venarum, quae plurimae in his omnibus existunt, nulla cordi est continua; quod quum aliquis veritatis studiosus audivisset, admirabatur, et sermoni fidem non adhibebat, volebatque id, quod dicitur, sibi demonstrari, ac postquam vidisset, damnabat vehementer eos, qui cor venarum esse principium pronunciarunt. Quemadmodum, si unam quamlibet in toto animante venam segregatam adeo invenerimus, ut neque ipsi conjungatur jecori, neque alicui venarum ab eo pro-

φλεβῶν, οὐκ ἂν ἀπεφηνάμεθα, τῆς φλεβὸς ἐκείνης ἀρχὴν εἶναι τὸ ἧπαρ, οὕτως, ἐπειδὴ νῦν οὐ μίαν οὐδὲ δύο μόνας, ἀλλ᾽ ἀνάριθμόν τι πλῆθος εὑρίσκομεν, οὐδεμίαν ἐχούσας τῇ καρδίᾳ συνέχειαν, οὐκ ἄν, οἶμαι, φαίημεν, ἐκείνων τῶν φλεβῶν ἀρχὴν εἶναι τὴν καρδίαν. εὐλόγως οὖν εἴρηται ῥίζωσις τῶν φλεβῶν εἶναι τὸ ἧπαρ, τῶν ἀρτηριῶν ἡ καρδία, τοῦ δένδρου ὃ καὶ χώρα τοῦ καταβληθέντος σπέρματος. ἐν ἅπασι γὰρ τούτοις ἡ ῥίζωσις ἀρχὴ τοῦ παντός ἐστιν, οὐ τῆς ἐξ ἀρχῆς γενέσεως μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς νῦν διοικήσεως. ὅτι δὲ τὸ φαινόμενον αὐτὸ διὰ τῆς ἀνατομῆς βιάζεται καὶ τοὺς τἀναντία δοξάζοντας ἄκοντας ὁμολογεῖν τἀληθές, ἐκ τοῦδε ἂν μάλιστα μάθοις. οὐδεὶς τῶν ἀνατομικῶν ἀνδρῶν ἐπὶ τὸ γράφειν ἀφικόμενος ἀνατομὴν φλεβῶν ἑτέραν ἀρχὴν διδασκαλίας ἐπιτήδειον ἠδυνήθη ποιήσασθαι παρελὼν τὸ ἧπαρ. ἀλλ᾽ εἴτ᾽ ἀπορεῖν ὑπὲρ ἀρχῆς ἔφησεν, ὡς Ἡρόφιλος, εἴτ᾽ εὐπορεῖν, ὡς ἄλλοι πολλοὶ καὶ ὁ ἡμέτερος Πέλοψ, ὅμως τήν γε διδασκαλίαν ὀλίγου δεῖν ἅπαντες ἐφ᾽ ἥπατος ἐποιήσαντο. καὶ τό γε θαυμασιώτατόν

cedentium, non pronunciaremus, venae illius primordium eſſe jecur, ita, quoniam nunc non unam, neque duas ſolum, ſed innumerabilem quandam multitudinem inveniamus nullam cum corde habere continuitatem, non, opinor, dixerimus, illarum venarum cor eſſe principium. Merito igitur dicta eſt radicatio venarum eſſe jecur, arteriarum cor, arboris ea pars, quae regioni, in qua ſemen projectum fuerit, reſpondet. In omnibus enim his radicatio totius eſt principium non primariae generationis tantum, ſed etiam praeſentis diſpenſationis. Quod autem id ipſum, quod in anatome apparet, cogit etiam contraria opinantes invitos verum fateri, hinc potiſſimum diſces. Nullus anatomicorum, quum diſſectionem venarum ſcribere aggrederetur, aliud initium diſciplinae idoneum potuit facere, jecore praetermiſſo, verum ſive dubitare de principio ſe dixit, ut Herophilus, ſive cognitionem ipſius habere, ut alii multi et noſter Pelops, tamen diſciplinam fere omnes de jecore inſtituerunt. Ac maxime mirabile et incre-

τε καὶ ἀπιστότατον ὁ Πέλοψ ἔπαθεν. ἐν μιᾷ πραγματείᾳ τῶν τε φλεβῶν ἀρχὴν κατεσκεύασε τὸν ἐγκέφαλον, ἀνατομήν τε γράφων αὐτῶν ἀφ᾽ ἥπατος ἤρξατο, κατὰ μὲν τὸ δεύτερον σύγγραμμα τῶν Ἱπποκρατείων εἰσαγωγῶν εὖ μάλα γενναίως ἀγωνισάμενος ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι τὸν ἐγκέφαλον οὐ νεύρων μόνον, ἀλλὰ καὶ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν ἀρχὴν, ἐν δὲ τῷ τρίτῳ τῆς ἀνατομῆς τῶν φλεβῶν ἀφ᾽ ἥπατος ἀρξάμενος, (303) ὥσπερ καὶ οἱ ἄλλοι σχεδὸν ἅπαντες ἀνατομικοὶ εἶναι γράφουσι, πρὸς γὰρ τὴν διδασκαλίαν ἐπίτηδες τουτὶ τὸ σπλάγχνον ἀρχὴν γενέσθαι τῷ λόγῳ. θαυμάζω δ᾽ αὐτῶν, εἰ χωρὶς αἰτίας φυσικῆς ἐπιτήδειον εἶναι νομίζουσι πρὸς τὴν διδασκαλίαν αὐτό. ἐγὼ μὲν γὰρ οἶδα καὶ τοῦθ᾽ ἕν τι τῶν ὡμολογημένων ἅπασιν, ὡς οὐδὲν τῶν γεγονότων τε καὶ γινομένων ἀναίτιόν ἐστιν. [192] εἰ μὲν οὖν ἀπορεῖν ὁμολογοῦσιν ὑπὲρ ἁπάντων τῶν ἀδήλων ὁμοίως τοῖς ἐμπειρικοῖς, οὐδ᾽ ἂν ἐμοὶ πρὸς αὐτοὺς εἴη τις λόγος, οὔτε γὰρ ἀρχὴν αὐτῶν ζητήσουσιν, οὔθ᾽ ὅμως ἀνατεμοῦσιν. εἰ δὲ λόγον ἔχειν φασὶν, ἐξ οὗ τὰ διαφεύγοντα τὴν αἴσθησιν

dibile quid Pelopi accidit, qui in uno opere venarum principium cerebrum astruxit, dissectionemque ipsarum scribens a jecore incepit, in secundo quidem commentario Hippocraticarum introductionum admodum strenue certans, ut cerebrum non modo nervorum, sed etiam venarum et arteriarum principium ostendat, in tertio autem dissectionis venarum a jecore auspicatus, quemadmodum et alii prope omnes anatomici convenienter scribunt, nam ad disciplinam hoc viscus initium fieri putant sermoni. Miror autem ipsos, si citra causam naturalem idoneum ipsum ad disciplinam esse arbitrantur. Ego etenim novi et hoc unum inter ea, quae omnibus in confesso sunt, nempe nihil eorum, quae facta sunt et quae fiunt, causae esse expers. Quod si igitur dubitare se fatentur de omnibus occultis similiter empiricis, neque mihi adversus eos disputatio quaedam erit, ut qui nec initium ipsorum inquirant, neque similiter dissecent. At si rationem se habere affirment, ex qua ea, quae sensum

Ed. Chart. V. [192.] Ed. Baf. I. (303.)

εὑρίσκουσιν, τί οὐκ αὐτοῦ τούτου πρώτου οὗ λέγουσιν ἐπεσκέψαντο τὴν αἰτίαν, ἐπιτήδειόν ἐστιν εἰς διδασκαλίαν φλεβῶν ἀνατομῆς ἀρχὴ τῷ λόγῳ γενέσθαι τὸ ἧπαρ ἀναιτίως, ὦ σοφώτατοι; ἢ ὅτι πάντως τῇ φύσει πλεονεκτεῖ, καὶ πρὸς τὴν τῆς διδασκαλίας ἀρχὴν ἐπιτηδειότερόν ἐστι, τίς ἡ πλεονεξία ζητῆσαι δίκαιον, οὐκ ἀργῶς οὐδὲ ῥαθύμως ὑπερβῆναι. τὴν δ᾽ ἀρχὴν τῆς εὑρέσεως αὐτὸ τοῦτο οἶμαι παρέξειν, ὃ πρὸς ἁπάντων ὡμολόγηται τῶν ἀνατομικῶν ἐπιτήδειον εἶναι φασκόντων αὐτὸ πρὸς τὴν τῆς διδασκαλίας ἀρχήν. εἰ γὰρ καὶ μηδενὸς ἄλλου τούτου αὐτοῦ τὸν λόγον ἡμῖν ἀποδοῦναι δυνήσονται τοῦ φάσκειν, ἐπιτήδειον εἰς ἀρχὴν διδασκαλίας ἐστὶν, οὔθ᾽ ὅτι τὴν χρόαν ἐρυθρόν ἐστιν, οὔθ᾽ ὅτι διείληπται λοβοῖς, οὔθ᾽ ὅτι καθ᾽ ἑνὸς αὐτῶν ἐπιτέταται τὸ τῆς χολῆς ἀγγεῖον, οὔτε δι᾽ ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδὲν, ἀλλ᾽ ὅτι πᾶσαι συνεχεῖς αἱ φλέβες ὑπάρχουσιν αὐτῷ. καὶ μὴν οὔτ᾽ ἄλλου τινός ἐστι τοῦτ᾽ αὐτὸ γνώρισμα πλὴν τῆς ἀρχῆς. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ δι᾽ ἄλλο τι νεύρων ἀνατομῆς ἀδύνατόν ἐστιν ἑτέραν ἀρχὴν ποιήσασθαι δι-

ſubterfugiunt, inveniant: cur non hujus ipſius primum quod dicunt, cauſam inſpexerunt; idoneumne eſt ad diſciplinam, a jecore venarum diſſectionem in ſermone incepiſſe ſine cauſa, o viri ſapientiſſimi? An quoniam omnino natura aliis excellit ad diſciplinae initium accommodatius eſt? Quae autem ſit illius eminentia, inquirere aequum eſt, non otioſe neque ſegniter praeterire. Porro initium inventionis id ipſum puto exhibiturum, quod ab omnibus confeſſum eſt anatomicis, qui aſſirmant, ipſum ad diſciplinae initium eſſe accommodum. Etſi enim nullius alterius, hujus ſaltem rationem nobis poterunt reddere, cur dicant, idoneum ad diſciplinae initium exiſtere, neque quod colore rubrum eſt, neque quod fibris comprehenſum, neque quod in una ipſarum fellis vas exporrectum eſt, neque propter hujusmodi aliud ullum, ſed quia omnes ei continuae venae exiſtunt. Atqui neque alterius cujusquam haec ipſa nota eſt praeterquam initii; neque enim propter aliud quippiam nervorum diſſectionis alte-

δασκαλίας ἐγκέφαλον ὑπερβάντα, ἢ ὅτι ἀρχὴ τούτων ἐστί. τούτου γὰρ μὴ διδομένου οὐκ ἂν δύναιτό τις ἄλλην ἐξευρεῖν αἰτίαν, οὐδὲ διότι τῶν ἀρτηριῶν τὴν καρδίαν. ἡ γὰρ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀρχὴ κατασταθεῖσα καὶ τὴν διδασκαλίαν ἀφ' ἑαυτῆς ἀναγκάζει ποιήσασθαι. οὐδὲ γὰρ, εἴ τις ἐθελήσειεν ὕδατος ἐξηγήσασθαι διανομὴν ἐπεισάκτου πόλει, τὴν ἀρχὴν τῆς διηγήσεως οὐκ ἂν ἄλλοθεν εὕροι ποιήσασθαι παρελθὼν τὴν πρώτην εἴσοδον, ἀλλ' ἀνάγκη πᾶσα τούτῳ προειπόντι τὸ χωρίον ἐκεῖνο τῆς πόλεως, οὗ εἴσω πρότερον ἔξωθεν ἀφικνεῖται τὸ ὕδωρ, ἀπ' ἐκείνου ποιήσασθαι τὴν ἑξῆς ἅπασαν διήγησιν. ὥστ' οὐ χρὴ ζητεῖν ἄλλην μὲν ἀρχὴν τῆς τοῦ πράγματος φύσεως, ἄλλην δὲ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ. κατὰ γὰρ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν ἡ διδασκαλία γιγνομένη τὴν αὐτὴν ἔχει τῷ διδασκομένῳ τὴν ἀρχὴν, οὐδ' ἔστιν ὀρθῶς διηγήσασθαι βουλομένῳ ἢ γένεσιν τῶν γεγονότων ἢ διοίκησιν τῶν διοικουμένων ἑτέραν ἀρχὴν ἐπιτηδειοτέραν εὑρεῖν τῆς ἀληθοῦς. ἡ μὲν γὰρ τῆς οἰκίας γένεσις ἀναγκάσει πρῶτον μνημονεῦσαι τῶν θεμελίων, ἡ δὲ τῆς νεὼς

rum disciplinae initium facere licet cerebro praetermisso, quam quia initium horum existat. Hoc enim non concesso, nemo aliam poterit invenire causam; neque propter quid arteriarum dissectionis cor; nam initium a natura constitutum etiam disciplinam a se ipso cogit fieri; neque enim, si quis aquae distributionem, quae in civitatem introducitur, volet exponere, initium narrationis aliunde poterit facere, primo ingressu praetermisso, sed necessitas omnis cogit hunc, regionem illam urbis praefatum, intra quam prius a foris aqua pervenit, ab illa subsequentem totam narrationem exordiri. Quare inquirendum non est aliud rei naturae principium, aliud ipsius disciplinae; nam secundum rei naturam disciplina instituta idem habet cum eo quod docetur initium, neque licet recte volenti exponere vel generationem factorum, vel distributionem eorum, quae dispensantur, aliud principium commodius quam verum adinvenire. Siquidem domus generatio primum cogit meminisse fundamentorum,

τῆς τρόπεως. οὕτω δὲ καὶ εἰ βουληθείης διηγήσασθαι πόλεως, ἢ ἔθνους, ἢ στρατοπέδου διοίκησιν, ἂν ἀναγκασθείης τῆς πρώτης ἀρχῆς ἐν ἑκάστῳ μνημονεῦσαι. θαυμάζειν οὖν ἄξιον, ὅσοι διδάξαι μὲν ὀρθῶς ἑτέρωθεν ἀρξάμενον ἀδύνατον εἶναί φασιν, ἀγνοεῖν δὲ τὴν ὄντως ἀρχὴν τῶν φλεβῶν. ἀλλήλοις γὰρ ἄμφω συνῆπται ταῦτα, καὶ οὐχ οἷόν ἐστι χωρὶς ἀλλήλων γενέσθαι διασπασθέντα, τὴν ὀρθὴν ἀρχὴν λέγω τῆς διδασκαλίας τῆς ὄντως ἀρχῆς τοῦ πράγματος. ἀλλ᾽ εἴτ᾽ ὀρθῶς διδάσκει τις, ἀπὸ τῆς κατὰ φύσιν ἀρχῆς ἄρχεται, εἴτε δὲ τὴν ὄντως ἀρχὴν οἶδέ τις, τὴν τῆς διδασκαλίας οὐκ ἀγνοεῖ.

Κεφ. στ'. [193] Ἤρκει μὲν οὖν καὶ ταῦτα πρὸς ἀπόδειξιν τῆς ἀρχῆς τῶν φλεβῶν, οὐδὲν μὴν ἧττόν ἐστι καὶ τὰ μέλλοντα λεχθήσεσθαι βέβαια γνωρίσματα τοῦ μηδαμῶς εἶναι τὴν καρδίαν μήτε τοῦ τρέφοντος αἵματος ὅλον τὸ σῶμα γεννητικὴν ἀρχὴν, μήτε τῶν ὀργάνων αὐτοῦ. δείξω δὲ ἑκάτερον ἰδίᾳ, καὶ πρότερον, ὡς οὐκ ἔστι τῷ ζώῳ τοῦ θρέψοντος αἵματος ἀρχή. διὰ τί δὲ τοῦ θρέψοντος πρόσκειται κατὰ τὸν λόγον αὖθις; διότι ἐδείκνυον, ὡς ἑτέρου τινὸς

navis carinae; ita etiam ſi urbis, aut gentis, aut exercitus gubernationem cogites percenſere, neceſſe erit primi initii in unoquoque meminiſſe. Mirari itaque ratio eſt eos, qui docere ſe quidem recte aliunde ſumpto initio poſſe aſſeverant, ignorare autem verum venarum principium et verum rei initium. Sed ſive recte quis docet, a naturae principio exordietur, ſive verum principium novit aliquis diſciplinae, non ignorat.

Cap. VI. Sufficiunt itaque et haec ad venarum principii demonſtrationem. Jam nihilominus et illa, quae dicentur a me, firma ſunt indicia ejus, quod cor neutiquam ſit neque initium ſanguinis totum corpus nutrientis opifex, neque inſtrumentorum ipſius. Oſtendam autem utrumque ſeorſim, ac prius, quod non ſit animanti ſanguinis nutrientis initium. At cur iterum nutrientis adjectum eſt in oratione? quia oſtendebam, me non negare, in cor-

Ed. Chart. V. [193.] Ed. Baf. I. (303.)

αἵματος, ἑτέραν χρείαν τοῖς ζώοις παρεχομένου, τῆς γενέσεως οὐκ ἀφαιροῦμεν τὴν καρδίαν, ἀλλὰ τό γε νῦν εἶναι προκείμενον, ὡς, ὑφ᾽ οὗ τρέφεται τὰ σύμπαντα μέλη τοῦ ζώου, τοῦτ᾽ ἐξ ἥπατος, οὐκ ἐκ τῆς καρδίας ὁρμᾶται, δείξειν ἐπαγγέλλομαι τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων ἀρχὴν τῷ λόγῳ ποιησάμενος, ὃ μάλιστα μάχεται τοῖς Ἐρασιστρατείοις, οἳ νῦν ἡμῖν ἐροῦσιν, ὡς παράδοξά τε καὶ καινὰ κατασκευάζουσιν. εἴρηται δὲ τὸ φαινόμενον ὑπὲρ Ἐρασιστράτου κατὰ τὴν τῶν πυρετῶν πραγματείαν, ὡς ὑμένες ἐπιπεφύκασι τοῖς στόμασι τῶν ἀγγείων, οἷς εἰς ὑπηρεσίαν ὑλῶν εἰσαγωγῆς τε καὶ αὖθις ἐξαγωγῆς ἡ καρδία προσχρῆται. τούτους τοὺς ὑμένας ἐτόλμησάν τινες οὐκ εἶναι λέγειν, ἀλλ᾽ ὑπ᾽ Ἐρασιστράτου διεσκευάσθαι δόγματος ἕνεκεν κατασκευῆς. πλὴν εἰς τοσοῦτον ἥκουσι γνώσεως ἅπασι τοῖς ἰατροῖς, ὥστ᾽ ἀρχαῖος ὄντως εἶναι δόξειεν ἂν ὁ μὴ γινώσκων αὐτούς. εἰσὶ δ᾽ ἐπὶ μὲν τῷ στόματι τῆς κοίλης φλεβὸς τρεῖς ἀκίδων γλωχῖσιν ὁμοιότατοι τὴν σύνταξιν, ὅθεν, οἶμαι, καὶ τριγλώχινας ἔνιοι τῶν Ἐρασιστρατείων ἐκάλεσαν αὐτούς· ἐπὶ δὲ τῆς ἀρτηρίας

de generari alium quendam ſanguinem, alium animantibus uſum exhibentem; ſed quod nunc eſt propoſitum, eum, a quo omnia animantis membra nutriuntur, ex jecore, non ex corde proficiſci, monſtraturum polliceor, ab iis, quae ex anatome apparent, ſermonem exorſus, quod maxime pugnat cum Eraſiſtrateis, qui nunc nos dicunt paradoxa et nova aſtruere. Porro dictum eſt ab Eraſiſtrato id quod apparet in opere de febribus, nempe quod membranae oſculis vaſorum adhaereſcant, quibus ad miniſterium materiae introducendae et rurſus educendae cor utitur. Has membranas non eſſe quidam dicere auſi ſunt, ſed ab Eraſiſtrato effictas dogmatis conſtituendi gratia. Verumtamen eatenus omnes medici cognoſcunt, ut rudis omnino eſſe videatur, qui non eas noverit. Sunt autem in oſtiolo cavae venae tres ſpiculorum ſulcis ſtructura ſimillimae: unde, puto, etiam triſulcas nonnulli Eraſiſtrateorum ipſas nuncuparunt. At in

τῆς φλεβώδους (οὕτω δὲ ὀνομάζω τὴν ἐκ τῆς ἀριστερᾶς κοιλίας τῆς καρδίας εἰς τὸν πνεύμονα κατασχιζομένην) ὁμοιότατοι μὲν τὸ εἶδος, ἀριθμῷ δ' οὐκ ἴσοι· μόνῳ γὰρ τούτῳ τῷ στόματι δυοῖν ὑμένων ἐπίφυσίς ἐστι, τῶν δ' ἄλλων στομάτων ἑκατέρῳ τρεῖς ὑμένες εἰσὶν ἅπαντες σιγμοειδεῖς. ἐξάγει δ', ὥς Ἐρασίστρατός φησιν ἐξηγούμενος τὸ φαινόμενον, ἑκάτερον μὲν τῶν στομάτων αἷμα μὲν εἰς τὸν πνεύμονα ἕτερον αὐτῶν, πνεῦμα δ' εἰς ὅλον τὸ ζῶον ἕτερον. τὸν τῶν ὑμένων, ὥς ἐκείνῳ δοκεῖ, πρὸς ἐναντίας ὑπηρεσίας τῇ καρδίᾳ χρόνον, ἀμοιβαῖς ἐγκαίροις ὑπαλλαττομένας, τοὺς μὲν ἐπὶ τοῖς εἰσάγουσιν τὰς ὕλας ἀγγείοις ἐπιπεφυκότας ἔξωθεν ἔσω φερομένους, ἀνατρέπεσθαι μὲν ὑπὸ τῆς εἰσόδου τῶν ὑλῶν, ἀναπίπτοντας δ' εἰς τὰς κοιλότητας τῆς καρδίας ἀνοιγνύντας τὰ στόματα παρέχειν ἀκώλυτον τὴν φορὰν τοῖς εἰς τὴν αὐτὴν ἑλκομένοις. οὐ γὰρ δὴ αὐτομάτως γε τὰς ὕλας εἰσθεῖν φησιν, ὥς εἰς ἄψυχόν τινα δεξαμενήν, ἀλλ' αὐτὴν τὴν καρδίαν διαστελλομένην, ὥσπερ τὰς τῶν χαλκέων φύσας, ἐπισπᾶσθαι πληροῦσαν τῇ διαστολῇ. ἐπὶ δὲ τοῖς

arteria venofa (fic nomino eam, quae ex finiftro cordis finu in pulmonem difcinditur) fimillimae quidem forma, numero autem impares. Huic enim foli orificio duae membranae adhaerent; aliorum orificiorum utrique tres membranae funt univerfae figmoides. Educit autem, ut Erafiftratus inquit exponens id quod apparet, utrumque oftium, fanguinem in pulmones alterum ipforum, fpiritum vero in totum animal alterum. Quo fit, ut hae membranae (ut illi videtur) contraria cordi minifteria praeftent viciffitudine opportuna alternantes: quae enim vafis materias introducentibus adnatae funt, foris intro tendentes, hoc eft interius ab externis pergentes, attolluntur quidem a materiarum introitu, atque refupinatae in cordis finus, aperientes oras, exhibent facilem ingreffum iis, quae in ipfum trahuntur. Non enim fua fponte materias ingredi inquit, tanquam in folium quoddam inanimatum, fed ipfum cor dilatatum, tanquam fabrorum folles, attrahere et in dilatatione repleri, at eas, quae

ἐξάγουσιν ἀγγείοις τὰς ὕλας ἐλέγομεν ἐπικεῖσθαι, καὶ τοὐναντίον ἡγεῖσθαι πάθος πάσχειν. ἔσωθεν γὰρ ἔξω ῥέποντας, ἀνατρεπομένους μὲν ὑπὸ τῶν ἐξιόντων ἀνοιγνύναι τὰ στόματα, καθ' ὃν ἂν ἡ καρδία λόγον ἐχορήγει τὰς ὕλας· ἐν δὲ τῷ λοιπῷ παντὶ κλείειν ἀκριβῶς τὰ στόματα, μηδ' ἐνίας τῶν ἐκπεμφθέντων ἐπανέρχεσθαι συγχωροῦντας. οὕτως δὲ καὶ τοῖς ἐπὶ τοῖς εἰσάγουσι, ὅταν ἡ καρδία συστέλληται, κλείειν τὰ στόματα, μηδὲν τῶν ἑλχθέντων ὑπ' αὐτῆς αὖθις ἔξω παλινδρομεῖν ἐπιτρέποντας. [194] εἴπερ οὖν ἔχει ταῦθ' οὕτως, ἄνδρες Ἐρασιστράτειοι, τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀγγείων ἐάσωμεν ἤδη τῷ λόγῳ, τὸ δ' ἀμφισβητούμενον ἐπισκεψώμεθα, τὴν κοίλην φλέβα τὴν ἐξ ἥπατος εἰς καρδίαν εἰσάγουσαν τὸ αἷμα, ποτέρους ἔχει τοὺς ἐπιπεφυκότας ὑμένας. ἆρ' ἔσωθεν ἔξω ῥέποντας, ἢ τοὐναντίον ἔξωθεν ἔσω φερομένους; ἀλλ' ἴσως οὐδὲ τοῦτο μέγα πρὸς τὸ προπαρεσκευάσθαι (304) μὲν ἐν ἥπατι τὸ αἷμα, φέρεσθαι δ' ἐντεῦθεν εἰς τὴν καρδίαν, ἀπολειψόμενον ἐνταῦθα τὸ λεῖπον τῆς οἰκείας ἰδέας εἰς ἀκριβῆ τελειότητα. καὶ γὰρ καὶ λόγον ἔχει, μη-

vasis materias educentibus incumbere dicebamus, contrario modo affici. Nam ab internis foras tendentes, reclinatas quidem ab exeuntibus ora aperire, quo tempore cor materias distribuit, in reliquo autem toto claudere omnino oras, neque cor quidpiam quod egressum sit redire concedentes. Ita vero et illas, quae sunt in introducentibus, ubi cor contrahatur, ora claudere nihil attractorum ab eo rursus recurrere permittentes. Si igitur haec ita se habent, o viri Erasistratei, alia vasa jam sermone dimittamus, id autem, de quo ambigitur, inspiciamus, cavam scilicet venam, quae ex jecore in cor sanguinem invehit, quas habeat obductas membranas, an ab internis foras tendentes, an contra a foris intro vergentes. Sed forte neque hoc magni est momenti contra id, quod dicitis, sanguinem in jecore prius esse praeparatum, inde autem in cor deferri recepturum inibi residuum peculiaris speciei, ut exacte absolvatur. Quin etiam rationem habet,

δὲν τῶν τελέων τε καὶ μεγάλων ἔργων ἀθρόως δύνασθαι γενέσθαι, μηδὲ ὑφ' ἑνὸς ὀργάνου φυσικοῦ τὸν οἰκεῖον κόσμον ἅπαντα κτήσασθαι. δείξατε οὖν ἡμῖν ἕτερον ἀγγεῖον ἐξάγον ἐκ τῆς καρδίας τουτὶ τὸ κοσμηθὲν αἷμα καὶ διανεμόμενον εἰς ἅπαντα τὰ σώματα, καθάπερ ἡ ἀρτηρία τὸ πνεῦμα. καὶ μὴν τὰ σύμπαντα τέτταρά ἐστι στόματα, δύο καθ' ἑκατέραν κοιλίαν, ἓν μὲν ἐκ τοῦ πνεύμονος εἰσάγον τὸ πνεῦμα, τὸ δ' ἕτερον ἐξάγον μὲν ἄμφω ταῦτα κατὰ τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν, ὑπόλοιπα δὲ δύο κατὰ τὴν δεξιὰν, εἰς μὲν τὸν πνεύμονα τὸ ἕτερον αἷμα φερόμενόν τε καὶ διανεμόμενον, εἰς δὲ τὴν δεξιὰν κοιλίαν ἐκ τοῦ ἥπατος εἰσάγον τὸ ἕτερον· ὑπὲρ οὗ σύμπας ὁ λόγος ἐστίν. πέμπτον δ' ἄλλο στόμα οὐκ ἔχει κατὰ τὴν καρδίαν, ᾧ τὸ ἐξ ἥπατος ἀφικόμενον εἰς αὐτὴν αἷμα πρὸς ὅλον ἀποπέμψει τὸ σῶμα. μὴ τοίνυν ἐπιπέμπεσθαι λέγετε τῷ παντὶ σώματι παρὰ τῆς καρδίας αἷμα καὶ πνεῦμα, μηδ' εἶναι τοῦτο τὸ σπλάγχνον, ὡς ἀρτηριῶν, οὕτω καὶ φλεβῶν ἀρχήν. οὔτε γὰρ ἀγγεῖον ἕτερον ἔχετε δεικνύειν ἐκφυόμενον τῆς καρδίας, οὔτ' ἄλ-

nullum perfectum magnumque opus fubito poffe fieri, neque ab uno inftrumento naturali peculiarem ornatum omnia confequi. Oftendite igitur nobis aliud vas, quod ex corde hunc exornatum fanguinem educat et diftribuat per omnia corpora, quemadmodum arteria fpiritum. Atqui univerfa quatuor funt ora; duo in utroque ventriculo; unum ex pulmone fpiritum introducens, alterum educens. Ambo haec in finiftro ventriculo confiftunt, reliqua duo in dextro. In pulmonem fane alterum fanguinem vehit diftribuitque; in dextrum autem ventriculum a jecore alterum introducit, de quo totus fermo eft. Quintum vero aliud os non eft in corde, quo fanguinem ex iecore ad ipfum pervenientem in totum corpus tranfmittat. Ne igitur dicatis, fanguinem et fpiritum ex corde toti corpori diftribui, neque hoc effe vifcus, ut arteriarum, fic etiam venarum originem, neque enim vas alterum oftendere poteftis ex corde procedens, neque

λου τινὸς πλὴν τῶν ὑμένων, οὓς οὐκ ἂν ἡ μηδὲν εἰκῆ ποιοῦσα φύσις ἐν τῷ κυριωτάτῳ σπλάγχνῳ κατέθετο, μὴ μέγιστόν τι μέλλοντας εἰς ὑπηρεσίαν παρέχειν αὐτῷ. καί μοι θαυμάζειν ἐπέρχεται μάλιστα πάντων Ἐρασιστράτου καθ᾽ ἓν βιβλίον τὸ πρῶτον περὶ πυρετῶν ἅμα μὲν ἀρχὴν ἀποφηναμένου καὶ ἀρτηριῶν καὶ φλεβῶν εἶναι τὴν καρδίαν, ἅμα δὲ τοὺς ἔξωθεν ἔσω νεύοντας ὑμένας ἐπὶ τοῖς εἰσάγουσι τὰς ὕλας ἀγγείοις ἐπιπεφυκέναι φάσκοντος. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο δυνατὸν εἰπεῖν, ὡς τοῦ μὲν αἵματος ἀρχὴ τὸ ἧπάρ ἐστι, τῆς διοικούσης δὲ τὰς φλέβας δυνάμεως ἡ καρδία. ὅπου γὰρ οὐδὲ ταῖς ἀρτηρίαις ἐκ καρδίας ἐμπέμπεσθαι διὰ τῶν χιτώνων ὁμολογεῖ τὴν δύναμιν, ἦπού γε ταῖς φλεψὶν ὁμολογήσει; εἴπερ οὖν ἀρχὴν ἐκεῖνό φαμεν εἶναι τὸ μόριον, ὃ τοῖς ἀφ᾽ ἑαυτοῦ πεφυκόσιν ἤτοι τὴν δύναμιν, ἢ πάντως γε τὴν ὕλην χορηγήσει, τὴν καρδίαν οὐχ οἷόν τε φάναι τῶν φλεβῶν ἀρχήν. δύναμιν μὲν γὰρ αὐταῖς οὐ χορηγεῖ κατὰ τὸν Ἐρασίστρατον, ὅτι μηδὲ ταῖς ἀρτηρίαις, ἡ δ᾽ ὕλη τοῦ αἵματος ἐξ ἥπατος ὁρμᾶται σαφῶς. οὐ μὴν, ὅτι πᾶσαι περαίνουσιν εἰς τὴν καρδίαν αἱ φλέβες, ἀρχὴν αὐτῶν οἷόν

alio quodam, praeterquam ex membranis, quas nihil unquam fruftra faciens natura in principaliffimo vifcere haud conftituiffet, nifi magnum ministerium ipfi fuiffent praeftiturae. Ac mihi mirari fubit omnium maxime Erafiftratum, qui libro primo de febribus fimul pronunciet, cor effe et arteriarum et venarum principium, fimul autem dictitet, membranas a foris intro fpectantes vafis materias introducentibus fupercreviffe; neque enim hoc licet dicere, quod fanguinis quidem initium jecur fit, virtutis autem venas regentis cor. Nam ubi neque arteriis ex corde facultatem per tunicas emitti fatetur, an venis fatebitur? Quod fi initium illam effe partem dicimus, quae a fe procreatis aut virtutem aut omnino materiam fuppeditabit, cor non liceat venarum dicere principium, quoniam facultatem ipfis auctore Erafiftrato non fubminiftrat, quia neque ipfis arteriis. At materia fanguinis ex jecore manifefto proficifcitur. Nec etiam, quoniam omnes in cor venae pertinent, initium earum

τε τὴν καρδίαν αὐτὴν εἰπεῖν· οὐ περαίνουσι γὰρ, ὡς δέδεικται πρόσθεν. ἆρ' οὖν, ὅτι κατὰ τὴν πρώτην διάπλασιν ἐκ καρδίας ἡ γένεσις αὐτῶν ἐστιν, διὰ τοῦτ' ἀρχὴν ἕξουσι τὴν καρδίαν αἱ φλέβες; ἀλλ' οὔτε περὶ τῆς τοιαύτης ἀρχῆς ἡ ζήτησις ἦν, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ γράμματι κατ' ἀρχὰς εὐθέως διώρισται, καὶ πρὸς τῷ μὴ ζητεῖσθαι τὴν τῆς γενέσεως αὐτῶν ἀρχὴν οὐδ' ἀπόδειξίν τινα ἐπεχείρησεν Ἐρασίστρατος εἰπεῖν, ὡς ἐκ καρδίας ἡ φύσις ἐν τῷ διαπλάττεσθαι τὸ ἔμβρυον ἐξέφυσε τὸ φλεβῶδες γένος. οὐ μὴν οὐδ' ἐπὶ νεύρων ἐζήτησε τὴν τοιαύτην ἀρχὴν, ὥσπερ οὐδ' ἐπ' ἀρτηριῶν, ἀλλὰ μόνης τῆς ἐπὶ τοῦ διαπεπλασμένου τελέως ζώου διοικήσεως ἀρχὰς ἀπεφήνατο τῆς μὲν τῶν ἀρτηριῶν ἐνεργείας τὴν καρδίαν, τῆς δὲ τῶν νεύρων τὴν κεφαλήν. [195] οὐκοῦν οὐδὲ φλεβῶν ἑτέρως ἂν ἔλεγεν ἀρχὴν εἶναι τὴν καρδίαν. εἰκότως μὲν οὖν ἀσαφὴς ἡ γνώμη τἀνδρός ἐστιν ἡ περὶ τῶν φλεβῶν, οὐδὲν εἰπόντος ὑπὲρ αἵματος γενέσεως, ἀλλ' ὅλην ταύτην παραλιπόντος ἄσκεπτον τὴν ἐνέργειαν, ἀναγκαιοτέραν οὖσαν μακρῷ τοῖς ζώοις τῆς κατὰ τὴν γαστέρα. ζῆν μὲν

cor ipſum licet dicere; non enim pertinent, ut prius demonſtratum eſt. Num igitur, quia in prima conſormatione ex corde generatio ipſarum eſt, ideo principium venae cor habebunt? Sed neque de tali principio erat quaeſtio, ut in primo commentario per initia ſtatim definitum eſt, ac Eraſiſtratus praeter id, quod generationis ipſarum initium non quaerebamus, ne demonſtrationem quidem ullam dicere aggreſſus eſt ad probandum, quod ex corde natura ſoetum formando venoſum genus produxerit; ſed nec in nervis tale quaeſivit principium, quemadmodum neque in arteriis, verum ſolius in animante abſolute conſormato gubernationis principium enunciavit, arteriarum ſane functionis cor, nervorum caput. Itaque neque venarum aliter diceret initium cor exiſtere. Ob quam rem obſcura eſt viri ſententia de venis, ut qui nihil de ſanguinis generatione prodiderit, ſed totam hanc functionem reliquerit inconſideratam, quum ſit multo magis neceſſaria animantibus, quam ea, quae in ventriculo

γάρ οἷόν τ' ἐστὶν ἡμῖν, εἰ καὶ μηδὲ ὅλως ἡ γαστὴρ τρίβη τὰ σιτία, δυναμένοις γε προσφέρεσθαι χυλοὺς, ὡς ἐν πολλοῖς ἔθνεσι γάλα· τεθνάναι δ' ἀναγκαῖον, εἰ ἡ τοῦ αἵματος ἀπόλοιτο γένεσις, ἣν οὔτε εἰ τὸ ἧπαρ, οὔθ' αἱ φλέβες, οὔθ' ἡ καρδία πεπίστευται, σαφῶς ἐτόλμησεν ἀποφήνασθαι· τοσοῦτον ἀποδεῖ προσθεῖναί τινα ἀπόδειξιν τῷ λόγῳ. οὐ μόνον δὲ ταύτην τὴν ἐνέργειαν ἀλλοιοῦσαν τὰ σιτία κατὰ ποιότητα διελθεῖν ὠλιγώρησεν, ἀλλὰ καὶ τὴν θρέψιν ὁμοίως γιγνομένην ἐπιχειρήσας ἐξηγεῖσθαι μᾶλλον πάντων ἢ ἀλλοιώσεως ἐμνημόνευσεν. εἰ δὲ ταύτης ἐμνημόνευσεν, εὐθὺς ἂν, οἶμαι, καὶ τοῦτο συνεπενόησεν, ὅτι πᾶσι τοῖς ὑπό τινος ἀλλοιουμένοις εἰς τὴν τῶν ἀλλοιούντων ἰδέαν ἡ μεταβολὴ γίγνεται. καθάπερ γὰρ τὸ πῦρ ὁμοιῶσαν ἑαυτῷ τὸ ξύλον ἐξ ἑαυτοῦ ἅμα γένεσίν τε καὶ τροφὴν ἴσχει, κατὰ τὸν αὐτὸν ὁρᾶται τρόπον καὶ τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῶα τὴν τροφὴν ἑαυτοῖς ὁμοιοῦντα. δηλοῦται δὲ τοῦτο καὶ ἐκ τῶν ἡμιπέπτων περιττωμάτων, ὁμοίων ἀεὶ γιγνομένων τοῖς τρεφο-

eſt. Vivere ſiquidem licet nobis, etiamſi neutiquam venter cibos conterat, quum offerre ſuccos poſſimus, ut in multis gentibus lac; mori autem neceſſarium eſt, ſi ſanguinis pereat generatio, quae neque an jecori, neque an venis, neque an cordi concredita ſit, manifeſto auſus eſt pronunciare, tantum abeſt, ut demonſtrationem aliquam ſermoni adjecerit. Verum non modo hanc actionem, quae cibos ſecundum qualitatem alterat, percenſere neglexit, ſed etiam nutritionem ſimiliter fieri exponere aggreſſus omnium magis quam alterationis meminit. Quod ſi vero hujus meminiſſet, ſtatim, puto, etiam hoc conſideraſſet, quod omnia, quae ab aliquo alterantur, in alterantium ſpeciem mutentur. Quemadmodum enim ignis, qui lignum ſibi ipſi aſſimilat, ex eodem ſimul generationem et alimentum obtinet, ſimili videntur modo etiam ſtirpes et animalia alimentum ſibi aſſimilare: id quod innoteſcit ex ſemicoctis recrementis, quae ſimilia ſemper corporibus, quae nutriuntur, quorum ſunt excrementa, red-

μένοις σώμασιν, ὧν ἐστι περιττώματα. φυσικώτερος μὲν οὖν ὁ λόγος ἐστὶ καὶ δεόμενος ἀκοῶν προγεγυμνασμένων ἐν τοῖς περὶ τῶν φυσικῶν δυνάμεων λογισμοῖς, οὓς ἰδίᾳ διήλθομεν ἑτέρωθι, λεχθήσεται δὲ καὶ νῦν ὀλίγον ὕστερον. ἐν δὲ τῷ παρόντι συντελέσαι βούλομαι τὸν ὑπὲρ τῆς Ἐρασιστράτου γνώμης ἅπαντα λόγον, ᾧ ἀποδέδεικται, ὡς κατὰ τὴν πρώτην ἐν τῇ μήτρᾳ τῶν ἐμβρύων διάπλασιν οὐκ ἐκ τῆς καρδίας αἱ φλέβες ἴσχουσι τὴν γένεσιν. ἅπασαι γὰρ αἱ κατὰ τὸ χορίον φλέβες, αἱ συνάπτουσαι τῇ μήτρᾳ τὸ κυούμενον, ἀποβλαστήματ᾽ εἰσὶ μιᾶς μεγίστης φλεβὸς ἐξ ἥπατος ὡρμημένης. αὕτη δ᾽ ὥσπερ τι στέλεχος ἐπὶ πτόρθων παμπόλλων τῶν ἐξ αὐτῆς ἐκπεφυκότων ἀγγείων εἰς τὸ χορίον, ἄχρι πλείστου μὲν ἄσχιστος καὶ μία μένουσα, διεξέρχεται μέγα διάστημα τὸ κατ᾽ αὐτὸ τὸ σπλάγχνον, ἀνίσχουσα δ᾽ ἤδη πρὸς τοὐκτὸς ἕτερον μέγιστον διάστημα διεξέρχεται δίχα σχισθεῖσα διττοῖς, καὶ τοῦτο ὁριζόμενον ἑνὶ μὲν, ᾧ νῦν δὴ πέπαυμαι λέγων, ὅταν ἀνίσχῃ πρῶτον ἔξω τοῦ δέρματος, ἑτέρῳ δ᾽, ὅταν ὑπερκύψῃ τὸν ἀμνειόν. ἡ γὰρ διὰ

τὸν νόμον τὰ ὀνόματα διηρῆσθαί φημι, καὶ οὐδενὶ αὐτέων τωὐτὸ ὄνομα, ἔπειτα κατὰ φύσιν τὰς ἰδέας κεχωρίσθαι, καὶ οὔτε τὸ φλέγμα οὐδὲν ἐοικέναι τῷ αἵματι, οὔτε τὸ αἷμα τῇ χολῇ, οὔτε τὴν χολὴν τῷ φλέγματι. πῶς γὰρ ἂν ἐοικότα εἴη ταῦτ᾽ ἀλλήλοισιν, ὧν οὔτε τὰ χρώματα ὅμοια φαίνεται προσορώμενα, οὔτε τῇ χειρὶ ψαυούσῃ ὅμοια δοκέει εἶναι; οὔτε γὰρ θερμὰ ὁμοίως ἐστὶν, οὔτε ψυχρὰ, οὔτε ξηρὰ, οὔτε ὑγρά. ἀνάγκη τοίνυν, ὅτι τοσοῦτον διήλλακται ἀλλήλων τὴν ἰδέαν τε καὶ τὴν δύναμιν, μὴ ἓν αὐτὰ εἶναι, εἴπερ μὴ πῦρ τε καὶ ὕδωρ ταὐτόν ἐστι. γνοίης δ᾽ ἂν τοῖσδε, ὅτι οὐχ ἓν ταῦτα πάντα ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἕκαστον αὐτέων ἔχει δύναμίν τε καὶ φύσιν τὴν ἑωυτοῦ. εἰ γάρ τινι δίδως ἀνθρώπῳ φάρμακον, ὅ τι φλέγμα ἄγει, ἐμεῖταί σοι φλέγμα, καὶ ἢν διδῷς φάρμακον, ὅ τι χολὴν ἄγει, ἐμεῖταί σοι χολήν. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ χολὴν μέλαιναν καθαίρει, ἢν διδῷς φάρμακον, ὅ τι χολὴν μέλαιναν ἄγει. καὶ ἢν τρώσῃς αὖ σὺ τοῦ σώματος μέρος τι, ὥστε ἕλκος γενέσθαι, ῥυήσεται αὐτῷ αἷμα. καὶ ταῦτα ποιήσει πάντα

legem nomina distingui pronuncio, et nulli ipsorum idem nomen. Deinde secundum naturam species separari, et neque pituitam ullum similem esse sanguini, neque sanguinem bili, neque bilem pituitae. Quomodo enim similia haec essent invicem, quae nec colore ad visum, nec substantia ad tactum similia esse videntur? neque enim calida similiter sunt, neque frigida, neque sicca, neque humida. Quare necesse est, quoniam tantum inter se differunt, specie et facultate non unum ipsa esse; siquidem non ignis et aqua idem sunt. Cognosces autem, quod non unum omnia haec sint, sed singula vim habeant et naturam propriam, hac ratione. Si enim alicui homini dederis medicamentum, quod pituitam educit, evomet tibi pituitam; et si exhibeas medicamentum, quod bilem purgat, evomet tibi bilem. Pari modo et atram bilem purgat, si dederis medicamentum, quod atram bilem elicit. Ac si vulneraveris rursus corporis partem aliquam, ut vulnus fiat, profluet inde sanguis. Atque

πᾶσαν ἡμέραν, καὶ νύκτα, καὶ χειμῶνος, καὶ ἦρεος, μέχρις ἂν δυνατὸς ᾖ τὸ πνεῦμα ἕλκειν εἰς ἑωυτὸν, καὶ πάλιν μεθιέναι, καὶ δυνατὸς ἔσται, ἔστ᾽ ἄν τινος τούτων στερηθῇ τῶν συγγεγονότων. συγγέγονε δὲ ταῦτα τὰ εἰρημένα. πῶς γὰρ οὐ συγγέγονε; πρῶτον μὲν φανερῶς ἐστιν ἄνθρωπος ἔχων ἐν ἑωυτῷ πάντα ταῦτα ἀεὶ, ἕως ἂν ζῇ, ἔπειτα δὲ γέγονεν ἐξ ἀνθρώπου πάντα ταῦτα ἔχοντος, ἔπειτα τέθραπται ἐν ἀνθρώπῳ πάντα ταῦτα ἔχοντι, ἃ ἐγώ τέ φημι καὶ ἀποδείκνυμι. διὰ τούτων ὁ Ἱπποκράτης ἀπέδειξε τοὺς τέτταρας χυμοὺς κατὰ φύσιν ἐν ἡμῖν εἶναι, καὶ οὐχ, ὥσπερ ἔνιοι νομίζουσι, τὸ αἷμα μόνον, ἐκ περιουσίας γε πάλιν ἐλέγχων διὰ τῶν ἑξῆς τοὺς ἓν ὁτιοῦν τούτων εἰπόντας εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὡς καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ἤλεγξε τοὺς ἓν εἰπόντας εἶναι τὸ στοιχεῖον τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ σωμάτων, ὑπὲρ ὧν τῆς ἀποδείξεως, ὡς ἔφην, γέγραπταί μοι κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ βιβλίον, ὃ περὶ τῶν καθ᾽ Ἱπποκράτην στοιχείων ἐπιγέγραπται. καὶ τοῦτον οὖν τὸν λόγον ὁ Πλάτων

haec omnia fient quovis die ac nocte, hyeme et vere, usque dum possit spiritum ad se attrahere et rursus emittere, donec aliquo horum connatorum destituatur. Connata autem sunt haec praedicta. Quomodo enim non connata sint? Primum siquidem homo haec omnia semper, quoad vita fruitur, in se continet. Deinde facta sunt ex homine omnia haec possidente. Post nutrita sunt in homine omnia haec obtinente, quae ego et dico et demonstro. His Hippocrates quatuor humores secundum naturam in nobis esse demonstravit, et non, sicut nonnulli putant, solum sanguinem. Item ex abundanti rursus corripit in subsequentibus eos, qui unum aliquod horum hominem esse tuentur, ut etiam superius comprehensis coarguit eos, qui unum elementum generationi et corruptioni subjacentium esse dictitabant; de quorum demonstratione, ut dixi, tractatum a me in illo libro est, qui de elementis secundum Hippocratem inscriptus est. Atque hunc totum sermonem Plato omisit, Hippo-

ἅπαντα παρέλιπεν, ὁ δ' Ἱπποκράτης, ὡς ἔφην, διῆλθε διὰ τῶν ἐφεξῆς τῇ προγεγραμμένῃ ῥήσει. μόνην δ' ἀρκέσει μοι τὴν ἀρχὴν αὐτῆς παραγράψαι, κατὰ λέξιν οὕτως ἔχουσαν. οἱ δὲ λέγοντες, ὡς ἕν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, δοκέουσί μοι ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρῆσθαι. ὁρῶντες τοὺς πίνοντας ἀνθρώπους τὰ φάρμακα ἀπολλυμένους ἐν τῇσι καθάρσεσι, τοὺς μὲν χολὴν ἐμέοντας, τοὺς δέ τινας φλέγμα, τοῦθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐνόμισαν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὅτι καθαιρόμενον εἶδον ἀποθανόντα. καὶ οἱ τὸ αἷμα φάντες εἶναι τὸν ἄνθρωπον τῇ αὐτῇ γνώμῃ χρῶνται. ὁρῶντες ἀποσφαζομένους τοὺς ἀνθρώ-[238]πους, καὶ τὸ αἷμα καταῤῥέον ἐκ τοῦ σώματος, τοῦτο νομίζουσιν εἶναι τὴν ψυχὴν τῶν ἀνθρώπων, καὶ μαρτυρίοισι τούτοισι χρῶνται ἐν τοῖσι λόγοισι. ταῦτα προειπὼν ὁ Ἱπποκράτης ἐφεξῆς ἐλέγχει τὴν δόξαν τῶν οὕτως ὑπολαμβανόντων, ἅπερ εἴ τις μέλλει πάντα ἀναγιγνώσκειν, ἐκ τοῦ περὶ φύσιος ἀνθρώπου βιβλίου πάρεστιν αὐτῷ. τὸ γὰρ σύγγραμμα παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐστί.

crates autem, ut praedixi, in iis, quae ſuperius comprehenſam orationem ſequuntur, percenſuit. Sufficiet autem mihi ſolum ipſius initium aſcribere, quod hunc in modum habet. *Qui hominem unum eſſe ducunt, videntur mihi ita ſentire, quod ex iis, qui aſſumptis medicamentis in purgationibus perierint, alios bilem vomere, alios pituitam, conſpicati, putaverint, unumquodque id eſſe hominem, quod eum, qui purgaretur, morientem rejicere viderent. Item qui ſanguinem eſſe hominem pronunciarunt, ejusdem ſunt ſententiae; nam conſpicientes, in hominibus, qui jugulantur, ſanguinem ex corpore effluere, hunc animam eſſe cenſent, ac teſtimoniis his utuntur inter diſputandum.* Haec praefatus Hippocrates deinde opinionem ita exiſtimantium reprehendit; quae ſi quis omnia volet legere, in libro de natura hominis ei licebit. Nam commentarius in omnium hominum manibus verſatur.

Κεφ. ς'. Ἐγὼ δὲ μήκους φειδόμενος ἐπὶ τὰ συνεχῆ τοῦ λόγου τρέψομαι. μετὰ γὰρ τὸ κατασκευάσαι τοὺς τέτταρας χυμοὺς ἡμῖν εἶναι κατὰ φύσιν, ὑπερβάλλοντας δὲ ποσότητι καὶ ἀλλοιωμένους κατὰ ποιότητα νόσων αἰτίους γίγνεσθαι, μετὰ ταῦτα δείκνυσιν ἐν μὲν τῷ χειμῶνι πλεονάζον τὸ φλέγμα, τοῦ δ' ἦρος τὸ αἷμα, καὶ τοῦ θέρους τὴν ξανθὴν χολὴν, καὶ τοῦ φθινοπώρου τὴν μέλαιναν. ἄμεινον δ' ἐστὶν αὐτὴν τὴν ῥῆσιν ὅλην αὐτοῦ παραγράψαι κατὰ λέξιν οὕτως ἔχουσαν. Αὔξεται δ' ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ φλέγμα τοῦ χειμῶνος, τοῦτο γὰρ τῷ χειμῶνι κατὰ φύσιν μάλιστα τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων ψυχρότατόν ἐστι. τεκμήρια δὲ τούτων, ὅτι τὸ φλέγμα ψυχρότατον, εἰ θέλεις ψαῦσαι φλέγματος, καὶ χολῆς, καὶ αἵματος, τὸ φλέγμα εὑρήσεις ψυχρότατον ἐὸν, καίτοι γλισχρότατόν ἐστι, καὶ βίῃ μάλιστα ἄγεται μετά γε χολὴν μέλαιναν. ὅσα δὲ βίῃ ἔρχεται, θερμότερα γίνεται ἀναγκαζόμενα ὑπὸ τῆς βίης. ἀλλ' ὅμως (325) *καὶ πρὸς ταῦτα πάντα ψυχρότατον ἐὸν τὸ φλέγμα φαίνεται ὑπὸ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ. ὅτι δ' ὁ χειμὼν πληροῖ φλέγματος τὸ σῶμα, γνοίης ἂν τοῖσδε·*

Cap. VI. Ego vero prolixitati parcens ad ea, quae disputationi propria sunt, me convertam. Nam quum astruxisset, quatuor humores nobis esse secundum naturam, excedentes autem quantitate et alteratos qualitate morborum fieri auctores, postea ostendit, hyeme pituitam redundare, vere sanguinem, aestate flavam bilem, autumno nigram. Satius autem est totam ipsius seriem subjungere, quae ita ad verbum habet. *Augescit in homine pituita per hyemem; haec enim hyeme secundum naturam praesertim eorum, quae in corpore sunt, frigidissima est. Indicia horum sunt, nempe pituitae frigidissimae, quod, si pituitam, bilem et sanguinem voles attingere, pituitam reperies frigidissimam, etsi viscosissima sit, et vi potissimum post atram bilem agatur. Quae autem vi eunt, calidiora redduntur a vi coacta. Attamen etiam ad haec omnia frigidissima ex sua natura esse pituita apparet. Porro quod hyems pituita corpus replet, hinc*

οἱ ἄνθρωποι πτύουσι καὶ ἀπομύσσονται φλεγματωδέστατον τοῦ χειμῶνος, καὶ τὰ οἰδήματα λευκὰ γίγνονται μάλιστα κατὰ ταύτην τὴν ὥραν, καὶ τἄλλα νοσήματα φλεγματώδεα. τοῦ δ᾽ ἦρος ἔτι μὲν ἰσχυρὸν τὸ φλέγμα ἐστὶν ἐν τῷ σώματι, καὶ τὸ αἷμα αὔξεται. τά τε γὰρ ψύχεα ἐξανίει καὶ τὰ ὕδατα ἐπιγίγνεται, τὸ δ᾽ αἷμα αὔξεται ὑπό τε τῶν ὄμβρων καὶ ὑπὸ τῶν θερμημεριῶν. κατὰ φύσιν γὰρ αὐτέῳ ταῦτ᾽ ἐστι μάλιστα τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὑγρόν τε γάρ ἐστι καὶ θερμόν. γνοίης δ᾽ ἂν τοῖσδε· οἱ ἄνθρωποι τοῦ ἦρος καὶ τοῦ θέρεος μάλιστα ὑπὸ τῶν δυσεντεριῶν ἁλίσκονται, καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν τὰ αἵματα ῥέει αὐτοῖσι, καὶ θερμότατοί εἰσι καὶ ἐρυθροί. τοῦ δὲ θέρεος τό τε αἷμα ἰσχύει ἔτι, καὶ ἡ χολὴ αἴρεται ἐν τῷ σώματι, καὶ παρατείνει εἰς τὸ φθινόπωρον. ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον γίγνεται· ἐναντίον γὰρ αὐτοῦ τῇ φύσει τὸ φθινόπωρόν ἐστιν· ἡ δὲ χολὴ τὸ θέρος κατέχει τὸ σῶμα καὶ τὸ φθινόπωρον. γνοίης δ᾽ ἂν τοῖσδε· οἱ ἄνθρωποι αὐτόματοι ταύτην τὴν ὥρην χολὴν ἐμέουσι, καὶ ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι χολωδέστατα καθαί-

cognoveris: homines ſpuunt rejiciuntque per nares pituitoſiſſima hyeme. Item alba oedemata potiſſimum in hoc anni tempore proveniunt, aliique morbi pituitoſi. Vere autem adhuc valida quidem pituita in corpore exiſtit, et ſanguis augetur; nam frigora remittunt, et aquae ſuperveniunt; ſanguis autem augeſcit a pluviis et diebus calidis; nam ſecundum naturam ipſi haec anni pars eſt potiſſimum, quippe humida eſt et calida, id quod ſic cognoſces. Vere homines et aeſtate potiſſimum a dyſenteriis corripiuntur, ex naribus ſanguis profluit; calidiſſimi ipſi ſunt et rubicundi; aeſtate ſanguis invaleſcit adhuc, et bilis in corpore attollitur, produciturque in autumnum. At in eo ſanguis quidem paucus generatur; contrarius enim ipſius naturae autumnus eſt; bilis autem aeſtate et autumno corpus occupat; id quod hinc diſcere licet. Homines ſua ſponte hoc anni tempore bilem vomunt, et in medicamentorum purgationibus biliosiſſima purgantur.

ρονται. δῆλον δὲ καὶ τοῖσι πυρετοῖσι καὶ τοῖσι χρώμασι τῶν ἀνθρώπων. τὸ δὲ φλέγμα τοῦ θέρεος ἀσθενέστατόν ἐστιν αὐτὸ ἑωυτοῦ. ἐναντίη γάρ αὐτοῦ τῇ φύσει ἡ ὥρη ἐστὶ, ξηρή τε οὖσα καὶ θερμή. τὸ δ' αἷμα τοῦ φθινοπώρου ἐλάχιστόν ἐστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ξηρόν τε γάρ ἐστι τὸ φθινόπωρον καὶ ψύχειν ἄρχεται ἤδη τὸν ἄνθρωπον. ἡ δὲ μέλαινα χολὴ τοῦ φθινοπώρου πλείστη τε καὶ ἰσχυροτάτη ἐστίν. ὅταν δ' ὁ χειμὼν καταλαμβάνῃ, ἥ τε χολὴ ψυχομένη ὀλίγη γίγνεται καὶ τὸ φλέγμα αὔξεται πάλιν ὑπό τε τῶν ὑετῶν τοῦ πλήθεος καὶ ὑπὸ τῶν νυκτῶν τοῦ μήκεος. ἔχει μὲν οὖν ταῦτα πάντα ἀεὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου. ὑπὸ δὲ τῆς ὥρης περιϊσταμένης ποτὲ μὲν πλείω γίγνεται αὐτὰ ἑωυτῶν, ποτὲ δ' ἐλάσσω ἕκαστα κατὰ μέρος τε καὶ κατὰ φύσιν. [239] ὡς γὰρ ὁ ἐνιαυτὸς μετέχει μὲν πᾶσι πάντων, καὶ τῶν θερμῶν, καὶ τῶν ψυχρῶν, καὶ τῶν ξηρῶν, καὶ τῶν ὑγρῶν· οὐ γάρ ἂν μείνειε τουτέων οὐδὲν οὐδένα χρόνον ἄνευ πάντων τῶν ἐνεόντων ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, ἀλλ', εἰ ἕν τί γε ἐκλείποι, πάντα ἂν ἀφανισθείη, ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτῆς ἀνάγκης

Conſtat autem et febribus et hominum coloribus. Pituita vero aeſtate imbecillima eſt ipſa ſui ratione. Contrarium enim ipſius naturae anni tempus eſt ſiccum et calidum. Sanguis porro per autumnum pauciſſimus eſt in homine, quoniam ſiccus eſt autumnus, et reſrigerare jam hominem incipit. At atra bilis in autumno plurima valentiſſimaque eſt. Quum vero hyems invadit, bilis reſrigerata pauca gignitur, et pituita rurſus augeſcit tum a pluviarum copia, tum a noctium prolixitate. Haec igitur omnia ſemper corpus humanum occupant. At ab anni tempore conſiſtente interdum plura ipſa quam prius gignuntur, interdum pauciora ſingula particulatim et ſecundum naturam. Sic enim annus particeps eſt omnium, et calidorum, et frigidorum, et ſiccorum, et humidorum, quia nullum ex his ullo tempore manſerit ſine omnibus, quae hoc in mundo ſunt. At ſi unum aliquod deſiciat, omnia vaneſcent. Etenim ab

πάντα συνέστηκέ τε καὶ τρέφεται ὑπ᾽ ἀλλήλων· οὕτω δὲ καὶ εἴτι ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκλείποι τουτέων τῶν συγγεγονότων, οὐκ ἂν δύναιτο ζῆν ὁ ἄνθρωπος. ἰσχύει δ᾽ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τοτὲ μὲν ὁ χειμὼν μάλιστα, τοτὲ δὲ τὸ ἔαρ, τοτὲ δὲ τὸ θέρος, τοτὲ δὲ τὸ φθινόπωρον. οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοτὲ μὲν τὸ φλέγμα ἰσχύει, τοτὲ δὲ τὸ αἷμα, τοτὲ δ᾽ ἡ χολὴ, πρῶτον μὲν ἡ ξανθὴ, ἔπειτα δὲ ἡ μέλαινα καλεομένη. μαρτύριον δὲ σαφέστατον· εἰ θέλοις τῷ αὐτῷ ἀνθρώπῳ δοῦναι τὸ αὐτὸ φάρμακον τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐμεῖται τοῦ μὲν χειμῶνος φλεγματωδέστερα, τοῦ δ᾽ ἦρος ὑγρότερα, τοῦ δὲ θέρεος χολωδέστατα, τοῦ δὲ φθινοπώρου μελάντατα. ταῦτα περὶ τῆς κατὰ τὰς ὥρας διαφορᾶς εἰπὼν ὁ Ἱπποκράτης, ἐδίδαξεν ἐν αὐτοῖς δυνάμει περὶ τῶν ἡλικιῶν καὶ χωρῶν. ἀεὶ γὰρ ἐν ἅπασιν οἷς ἂν ὑφηγῆται καθ᾽ ὁντιναοῦν λόγον ἐπιβλέπειν κελεύει καὶ ὥρην, καὶ χώραν, καὶ ἡλικίην, καὶ ὅ τι δὲ ἐφ᾽ ἑνὸς τούτων ἀκούεις, μεταφέρειν ἀξιῶν σε τοῦτο καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ δύο καθ᾽ ὁμοιότητα. τὸν αὐτὸν γὰρ λόγον ἐν ἡλικίαις ὁ παῖς

eadem neceſſitate omnia conſtituta ſunt, et nutriuntur a ſeſe invicem. Si autem etiam aliquid ex homine deſiciat horum connatorum, homo non poterit vivere. Porro in anno tunc quidem hyems invaleſcit maxime, tunc autem ver, tunc aeſtas, tunc autumnus. Ita etiam in homine tunc ſane pituita invaleſcit, tunc autem ſanguis, tunc bilis, primum quidem flava, deinde nigra dicta. Teſtimonium hujus manifeſtiſſimum eſt: ſi voles eidem homini idem medicamentum quater in anno exhibere, evomet quidem hyeme pituitoſiora, vere humidiora, aeſtate bilioſiſſima, autumno nigerrima. Haec de tempeſtatum differentia locutus Hippocrates docuit in ipſis facultate etiam de aetatibus et regionibus; ſemper enim in omnibus, quibus ſermonem quemcunque recenſet, jubet inſpicere anni tempus, regionem, aetatem; et quod in uno horum intelligis, id vult te etiam ad reliqua duo juxta ſimilitudinem transferre; eandem ſiquidem ratio-

ἔχει τῇ τοῦ ἦρος ἐν ὥραις, ὡσαύτως δ᾽ ὁ μὲν νεανίσκος τῇ τοῦ θέρους, ὁ δὲ παρακμάζων τῇ τοῦ φθινοπώρου, καὶ τελευταῖος ὁ γέρων τῇ τοῦ χειμῶνος. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν χωρῶν ἡ μὲν εὔκρατος τῇ τοῦ ἦρος, ἡ δὲ θερμὴ τῇ τοῦ θέρους, ἡ δ᾽ ἀνωμάλως ἔχουσα κατὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα, πλεονεκτοῦσα δ᾽ ὅμως ψυχρότητι καὶ ξηρότητι, τῇ τοῦ φθινοπώρου, ἡ δ᾽ ὑγρὰ καὶ ψυχρὰ τῇ τοῦ χειμῶνος. ταῦτά τε οὖν διδάξας, καὶ πρὸς τούτοις ὅτι τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰάματα, τῆς κατὰ τὴν τέχνην μεθόδου τὰ στοιχεῖα παρέδωκεν, οἷς ἐφεξῆς τὰ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς διελθὼν περὶ τῶν πλεοναζόντων καθ᾽ ἑκάστην ὥραν τε καὶ ἡλικίαν νοσημάτων, τὰς οἷον συλλαβὰς ἐπὶ τοῖς στοιχείοις ὑφηγήσατο. παραγράψω δέ σοι καὶ τὰς ῥήσεις αὐτοῦ κατὰ λέξιν ἐχούσας ὧδε. Νοσήματα δὲ πάντα μὲν ἐν πάσῃσιν ὥρῃσιν γίγνεται, μᾶλλον δ᾽ ἔνια κατ᾽ ἐνίας αὐτῶν καὶ γίγνεται, καὶ παροξύνεται· τοῦ μὲν ἦρος τὰ μελαγχολικὰ, καὶ τὰ μανικὰ, καὶ τὰ ἐπιληπτικὰ, καὶ αἵματος ῥύσιες, καὶ κυνάγχαι, καὶ κόρυζαι, καὶ βράγχοι,

nem in aetatibus habet puer, quam in quatuor temporibus ver habet; eandem juvenis, quam aeftas; eandem fenex, quam autumnus; eandem decrepitus, quam hyems. Similiter etiam ex regionibus temperata veri refpondet; calida aeftati; inaequalis calore et frigiditate, fed redundans tamen frigiditate et ficcitate autumno; humida et frigida hyemi. Haec itaque quum docuiffet, et praeterea, quod contraria contrariorum funt remedia, artis methodi elementa tradidit; poftea, ubi ea, quae in aphorismis funt, pertractaffet de exuperantibus in unoquoque anni tempore et aetate morbis, veluti fyllabas his elementis adjunxit. Afcribam tibi etiam orationem ipfius, quae ad verbum fic habet. *Morbi omnes quidem omnibus temporibus anni accidunt, fed nonnulli magis certis quibusdam et oriuntur et exacerbantur. Vere quidem melancholiae, maniae, epilepfiae, fanguinis profluvia, anginae, gravedines, raucedines, tuffes, lepra, impeti-*

Ed. Chart. V. [239.] Ed. Baf. I. (325.)

καὶ βῆχες, καὶ λέπρα, καὶ λειχῆνες, καὶ ἀλφοὶ, καὶ ἐξανθήσιες ἑλκώδεες πλεῖσται, καὶ φύματα, καὶ ἀρθριτικά· τοῦ δὲ θέρεος ἔνιά τε τουτέων, καὶ πυρετοὶ συνεχέες καὶ καῦσοι, καὶ τριταῖοι πυρετοὶ, καὶ τεταρταῖοι, ἔμετοί τε καὶ διάῤῥοιαι, καὶ ὀφθαλμίαι, καὶ ὤτων πόνοι, καὶ στομάτων ἑλκώσιες, καὶ σηπεδόνες αἰδοίων, καὶ ἱδρῶα· τοῦ δὲ φθινοπώρου καὶ τῶν θερινῶν τὰ πολλὰ, καὶ πυρετοὶ τεταρταῖοι, καὶ πλάνητες, καὶ σπλῆνες, ὕδρωπες, φθίσιες, καὶ στραγγουρίαι, καὶ λειεντερίαι, καὶ δυσεντερίαι, καὶ συνάγχαι, καὶ ἄσθματα, καὶ εἰλεοὶ, καὶ ἐπιληψίαι, καὶ τὰ μανικὰ, καὶ τὰ μελαγχολικά· τοῦ δὲ χειμῶνος πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, κόρυζαι, λήθαργαι, βράγχοι, βῆχες, πόνοι στηθέων, πλευρέων, ὀσφύος, κεφαλαλγίαι, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι. ταῦτα περὶ τῶν ὡρῶν εἰπὼν ὁ Ἱπποκράτης, ἐφεξῆς περὶ τῶν ἡλικιῶν ὧδε γράφει. ἐν δὲ τῇσιν ἡλικίῃσι συμβαίνει τοῖσι μὲν μικροῖσι καὶ νεογνοῖσι παιδίοισιν ἄφθαι, ἔμετοι, βῆχες, ἀγρυπνίαι, φόβοι, ὀμφαλοῦ φλεγμοναὶ, ὤτων ὑγρότητες, πρὸς δὲ τὸ ὀδοντοφυεῖν προσάγουσιν οὔλων ὀδαξησμοὶ, πυρετοὶ, σπασμοὶ, διάῤ-

gines, vitiligines, pustulae ulcerosae plurimae, phymata, articulorum dolores. Aestate nonnulli ex his, febres continuae et ardentes, tertianae et quartanae, vomitiones, alvi profluvia, lippitudines, aurium dolores, oris ulcera, genitalium putredines et sudationes. Autumno magna pars aestivorum, atque etiam febres quartanae et erraticae, lienes, aquae subter cutem, tabes, stillicidia urinae, levitates intestinorum et tormina, anginae, asthmata, ilei cruciatus, insania et melancholia. Hyeme pleuritides, peripneumoniae, gravedines, lethargi, raucedines, tusses, dolores pectorum, laterum, lumborum, dolores capitis, vertigines, apoplexiae. Haec de anni temporibus Hippocrates persecutus, deinceps de aetatibus ita scribit. *Per aetates haec accidunt parvis et recens natis puerulis, ulcera oris, vomitus, tusses, vigiliae, pavores, inflammationes umbilici, aurium humiditates. Paulo aetate progredientibus, quum dentire inci-*

ῥοιαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀνάγωσι τοὺς κυνόδοντας, καὶ τοῖσι παχυτάτοισι τῶν παιδίων καὶ τοῖσι κοιλίας σκληρὰς ἔχουσι· πρεσβυτέροισι δὲ γιγνομένοισι παρίσθμια, σπονδύλου τοῦ κατὰ ἰνίον εἴσω ὤσιες, [240] ἄσθματα, λιθιάσιες, ἕλμινθες στρογγύλαι, ἀσκαρίδες, ἀκροχορδόνες, σατυριάσεις, χοιράδες, στραγγουρίαι, καὶ τἄλλα φύματα· τοῖσι δ' ἔτι πρεσβυτέροισι καὶ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσι τουτέων τε πολλὰ καὶ πυρετοὶ χρόνιοι μᾶλλον, καὶ ἐκ ῥινῶν αἵματος ῥύσιες. τὰ δὲ πλεῖστα τοῖσι παιδίοισι πάθεα κρίνεται, τὰ μὲν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσι, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ μησὶ, τὰ δὲ ἐν ἑπτὰ ἔτεσι, τὰ δὲ πρὸς τὴν ἥβην προσάγουσιν. ὅσα δ' ἂν διαμείνῃ τοῖσι παιδίοισι, καὶ μὴ ἀπολυθῇ περὶ τὸ ἡβάσκειν, ἢ τοῖσι θήλεσι περὶ τὰς τῶν καταμηνίων ῥήξιας, χρονίζειν εἴωθε. τοῖσι δὲ νεηνίσκοισιν αἵματος πτύσιες, φθίσιες, πυρετοὶ ὀξέες, ἐπιληψίαι, καὶ τἄλλα νοσήματα, μάλιστα δὲ τὰ εἰρημένα. τοῖσι δ' ὑπὲρ τὴν ἡλικίην ταύτην πλευρίτιδες, περιπνευμονίαι, λήθαργοι, φρενίτιδες, καῦσοι, διάῤῥοιαι,

piunt, gingivarum prurigines, febres, convulsiones, alvi fluores, maxime quum caninos edunt, et iis potissimum pueris, qui corpulentissimi sunt, et alvos habent astrictas. Adultioribus jam tonsillae, vertebrae in occipitio sitae luxatio in partem interiorem, asthmata, calculi, lumbrici teretes, ascarides, verrucae, satyriasis, strumae, urinae stillicidia, aliaque tubercula. Provectioribus adhuc et jam puberibus magna horum pars accidit, atque etiam febres diuturnae potius, et sanguinis e naribus profusiones. Plurimi vero affectus puerorum judicantur aut intra quadragesimum diem, aut intra septimum mensem, aut intra septimum annum, aut quum ad pubertatem itur. Qui autem perdurarint, nec solvi potuerint pubescenti, aut foeminae, quum menstrua erumpunt, eis consenescere assolent. Adolescentibus sanguinis excreationes, tabes, febres acutae, comitiales et reliqui morbi, sed praecipue quos enumeravi. Qui hanc aetatem excesserunt, pleuritides, peripneumoniae, lethargi, phrenitides, ardores, alvi

χολέραι, δυσεντερίαι, αἱμοῤῥοΐδες. τοῖσι δὲ πρεσβυτέροισι δύσπνοιαι, κατάῤῥοι βηχώδεες, στραγγουρίαι, δυσουρίαι, ἄρθρων πόνοι, νεφρίτιδες, ἴλιγγοι, ἀποπληξίαι, καχεξίαι, ξυσμοὶ τοῦ σώματος, ἀγρυπνίαι, κοιλίης καὶ ὀφθαλμῶν καὶ ῥινῶν ὑγρότητες, ἀμβλυωπίαι, (326) *γλαυκώσιες, βαρυηκοΐαι.* ταύτην τὴν τάξιν τῆς διδασκαλίας ἐχρῆν πεποιῆσθαι τὸν Πλάτωνα μᾶλλον, εἴ πέρ γε φιλοσόφῳ προσήκει τὸ τάξει καὶ μεθόδῳ χρῆσθαι καὶ διδασκαλίᾳ, καὶ μᾶλλον ἢ τοῖς ἰατροῖς. ἀλλ᾽ ἴσως οὐκ ἠδύνατο περὶ τῶν τοιούτων ἀκριβῶς διελθεῖν ἐμπειρίας δεομένων, αὐτὸς οὐκ ὢν τρίβων τῶν ἔργων τῆς ἰατρικῆς. καὶ κατὰ τοῦτο ἐπαινεῖν αὐτὸν προσήκει, περὶ ὧν ἀκριβῶς οὐκ ἠπίστατο μηδ᾽ ἐπιχειρήσαντα λέγειν. ἀλλ᾽ ἐκεῖνά γε δυνατὸν ἦν αὐτῷ παρ᾽ αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως μεμαθηκέναι τὰ λελεγμένα κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς ἐν τῇδε τῇ ῥήσει. *κατὰ δὲ τὰς ὥρας τοῦ μὲν ἦρος καὶ ἄκρου τοῦ θέρεος οἱ παῖδες καὶ οἱ τούτων ἐχόμενοι τῇσιν ἡλικίῃσιν ἄριστά τε διάγουσι καὶ ὑγιαίνουσι μάλιστα· τοῦ δὲ θέρεος καὶ τοῦ φθινοπώ-*

fluores, cholerae, difficultates inteſtinorum, haemorrhoïdes. Majoribus natu difficultates ſpirandi, deſtillationes cum tuſſi, ſtillicidia urinae, difficultates urinae, articulorum dolores, nephritides, vertigines, apoplexiae, cachexiae, aſpredines totius corporis, vigiliae, alvi, oculorum et narium humiditates, lippitudines oculorum, glaucomata, aurium gravitates. Hunc ordinem diſciplinae Platonem feciſſe oportebat potius, ſiquidem philoſopho convenit et methodo et diſciplina etiam magis quam medicis uti; ſed forte non potuit de ejusmodi, quae experientiam requirunt, exacte tractare, ut qui non verſatus ſit in medicinae operibus: atque hoc nomine laudare ipſum oportet, quod ne aggreſſus quidem ſit dicere de iis, quae exacte non pernoverat: verum illa poterat ab ipſa rerum natura didiciſſe, quae in Aphorismis in hunc modum dicta ſunt. *Per tempora anni pueri, et qui aetate his proximi ſunt, vere atque prima aeſtate optime degunt; ſenes aeſtate et autumno aliquamdiu, reli-*

ρου μέχρι μέν τινος οἱ γέροντες, τὸ δὲ λοιπὸν καὶ τοῦ χειμῶνος οἱ μέσοι τῇσιν ἡλικίῃσιν. ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶν εἰρημένων ἡλικιῶν ἐφ᾽ ἑαυτοῦ καὶ τῶν ὁμοδιαίτων ἐξετάσαι τις δύναται προήκων ἤδη κατὰ τὴν ἡλικίαν, ὡς εἰκὸς ἦν Πλάτωνα προήκειν, ὅτε ἔγραφε τὸν Τίμαιον. ἀμελῶς οὖν ἔσχε περί τε τὴν τῶν αὐτῶν τούτων ἐξέτασιν, ἔτι τε μᾶλλον ὧν ἔγραψεν ὁ Ἱπποκράτης περὶ τῶν πλεοναζόντων νοσημάτων ἐν ἑκάστῃ τῶν ἡλικιῶν τε καὶ ὡρῶν, ὡς, εἴγε προσεσχήκει τὸν νοῦν αὐτοῖς, οὐκ ἂν ἐγεγράφει ταῦτα. *τὸ μὲν οὖν ἐκ πυρὸς ὑπερβολῆς μάλιστα νοσῆσαν σῶμα συνεχῆ καύματα καὶ πυρετοὺς ἀπεργάζεται, τὸ δὲ ἐξ ἀέρος ἀμφημερινοὺς, τριταίους δὲ ἐξ ὕδατος διὰ τὸ νωθέστερον ἀέρος καὶ πυρὸς αὐτὸ εἶναι, τὸ δὲ γῆς τέταρτον, ὂν νωθέστατον τούτων, ἐν τετραπλασίαις περιόδοις χρόνου καθαιρόμενον, τεταρταίους πυρετοὺς ποιῆσαν ἀπαλλάττεται μόλις.* ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ πρῶτον μὲν ἡμάρτηκε κατὰ τὰ κοινὰ στοιχεῖα ἁπάντων σωμάτων, οὐ κατὰ τῶν ἐναίμων ζώων ποιησάμενος τὴν αἰτιολογίαν τῶν περιοδικῶν πυρετῶν· ἄμεινον γὰρ ἦν, ἃ

quo autumni tempore et hyeme, qui media ſunt aetate, melius valent. Proinde haec de commemoratis aetatibus in ſe ipſo et coaetaneis et convictoribus aliquis poteſt exquirere aetate jam provectior, ut conſentaneum erat Platonem provectiorem eſſe, quum Timaeum conſcriberet. Itaque de his ipſis disquiſitionem neglexit, magisque adhuc eorum, quae Hippocrates conſcripſit de mrobis, quibus ſingulae et aetates et anni tempora abundant. *Itaque corpus ignis exceſſu potiſſimum laborans continuos aeſtus et febres efficit; quod aëris exceſſu, quotidianas: aquae, tertianas, eo quod aqua ſegnior ſit, quam ignis et aër; terrae autem elementum quartum, quum ſit horum tardiſſimum, quadruplici temporis circuitu purgatum, quartanas febres molitum, vix diſcedit.* In hac oratione primum quidem erravit, quod in communia omnium corporum, non in ſanguineorum animantium elementa, febrium circuitu redeuntium cauſam retulit. Satius enim erat, quae etiam oſtendere poſſumus in cor-

καὶ δεῖξαι δυνάμεθα κατὰ τὸ σῶμα πλεονάζοντα, ταῦτ' ἰᾶσθαι· δεύτερον δ', ὅτι τῶν ἀμφημερινῶν καὶ τριταίων πυρετῶν οὐδ' ἐγγὺς ἧκε τῆς ἀληθοῦς αἰτίας. φαίνεται γὰρ ἐναργῶς ἐπὶ μὲν τῶν ἀμφημερινῶν ὁ φλεγματώδης πλεονάζων χυμός, ὑγρὸς καὶ ψυχρὸς ὤν, ἐπὶ δὲ τῶν τριταίων ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς. πάλιν αὖ καὶ οὗτος ἄκρως θερμὸς καὶ ξηρός. ὥστ' ἐπὶ τούτου μὲν ἐχρῆν εἰρῆσθαι πλεονάζειν τὸ τοῦ πυρὸς στοιχεῖον, ἐπ' ἀμφημερινοῦ δὲ τὸ τοῦ ὕδατος, ὥσπερ ἐν τοῖς τεταρταίοις χυμὸν μὲν τὴν μέλαιναν χολὴν, στοιχεῖον δὲ τὴν γῆν. ὅστις δ' ἑκάστου τῶν εἰρημένων ἀκριβῶς ἐκμαθεῖν βούλεται τὴν φύσιν, ἔν τε τοῖς περὶ κρίσεων ὑπομνήμασι κἂν τοῖς περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν πυρετῶν ἐξειργασμένον τὸν λόγον ἔχει. [241] ἐγὼ δ' οὐκ εἴωθα πολλάκις ὑπὲρ τῶν αὐτῶν τὰ αὐτὰ γράφειν, ἀλλ' ἅπαξ ἢ καὶ δὶς ἐνίοτε τὴν ἀπόδειξιν εἰπὼν ἐν τοῖς ἄλλοις βιβλίοις τῷ συμπεράσματι τῆς ἀποδείξεως χρῶμαι· καθάπερ καὶ περὶ τοῦ τρεῖς εἶναι τὰς ἀρχὰς τῶν διοικουσῶν ἡμᾶς δυνάμεων ἅπαξ ἀποδείξας ἐν τοῖς πρώτοις βιβλίοις τῆσδε τῆς

pore redundare, his mederi; deinde, quoniam ad veram quotidianarum tertianarumque febrium caufam ne prope quidem acceffit. Apparet enim evidenter in quotidianis pituitofus fuperare humor, qui humidus eft et frigidus; in tertianis flavae bilis, et hic rurfus calidus et ficcus. Quare in hac dicendum erat ignis elementum fuperare, in quotidiana aquae, quemadmodum in quartanis humorem quidem atram bilem, elementum vero terram. Porro qui fingulorum, quae dicta funt, naturam exacte volet condifcere, in commentariis tum de crifibus tum de febrium differentiis elaboratam difputationem habet. Ego autem non confuevi frequenter de eisdem eadem fcribere, verum femel vel etiam bis nonnunquam demonftrationem interpretatus, in aliis libris conclufione demonftrationis utor; quemadmodum etiam de eo, quod tria fint principia facultatum corpus noftrum regentium, quum femel in primis hujus operis libris demonftraffem, in

πραγματείας, ἐν ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις ἐξ ἑτοίμου λαμβάνω, μόνον ἀναμιμνήσκων ἐνίοις, ὡς ἀποδέδεικται. καὶ νῦν γοῦν ἀρκεῖ τό γε τοσοῦτον ἀναμνῆσαι περὶ τῶν ἐν ἐκείνοις δεδειγμένων, ὡς τοὺς ὀξυτάτους τε καὶ καυσωδεστάτους πυρετοὺς ἡ ξανθὴ χολὴ γεννᾷ, καὶ ὡς τοῦ γένους τῶν καυσωδῶν πυρετῶν ἐστι καὶ ὁ τριταῖος. εἴρηται δ' ἐν ἐκείνοις ἡ αἰτία, δι' ἣν οὐκ ἔστι συνεχὴς, ὥσπερ ὁ καῦσος, ἀλλὰ διαλείπων γίγνεται. τοῦτο οὖν ὁ Πλάτων οὐκ ἀκριβῶς ἔγνω τῆς Ἱπποκράτους τέχνης, καίτοι πειρώμενος ἕπεσθαι τἀνδρὶ, καὶ προσέτι γε περὶ τοῦ λευκοῦ φλέγματος. τὸ μὲν γὰρ πομφολύγων ἐναπολαμβανομένων, ἀοράτων μὲν διὰ σμικρότητα, καθάπερ αὐτὸς ἔφη, συναπασῶν δὲ τὸν ὄγκον παρεχομένων, ὁρατὸν γεννᾶσθαι τὸν τοιοῦτον χυμὸν εὔλογόν τε ἅμα καὶ πιθανόν· τὸ δ' ἐκ συντήξεως ἁπαλῆς σαρκὸς γενέσθαι ποτὲ φλέγμα τῶν ἀτοπωτάτων ἐστὶ, πλὴν εἴ τις Πρόδικος ὑπαλλάττων τοὔνομα τὸν πικρόχολον χυμὸν ὀνομάζει φλέγμα διὰ τὸ νομίζειν, ἀπὸ τοῦ πεφλέχθαι τὴν προσηγορίαν αὐτῷ γεγονέναι. ἀλλ' ὅ γε Πλάτων αὐτὸς οἶδε

aliis omnibus ex parato fumo, folum in memoriam reducens nonnullis, quod id monftratum eft. Atque in praefentia abunde eft tantum repetere de iis, quae illic oftenfa funt, nempe febres acutiffimas ardentiffimasque ex flava bile generari, et ex genere ardentium febrium tertianam quoque exiftere. Porro explicata in illis caufa eft, cur non fit continua, quemadmodum ardens, fed intermittens fiat. Haec igitur Plato non accurate novit ex Hippocratis arte, etfi conaretur virum fequi, ac de pituita praeterea alba. Quod enim ampullae affumptae, quae figillatim propter parvitatem videri non poffunt, ut inquit, junctae autem fimul, et in molem excitatae, vifibilem generant hujusmodi humorem, rationi confentaneum fimul eft et probabile; quod autem ex colliquata molli carne pituita nonnunquam fiat, abfurdiffimum, nifi quis Prodicus nomen immutans amaram bilem pituitam nuncupet, eo quod fentiat, appellationem ei inditam effe a verbo *πεφλέχθαι*, quod eft incenfum effe. Verum Plato ipfe

θερμότατον ὄντα τὸν τῆς τοιαύτης χολῆς χυμὸν ἐν οἷς φησιν· ὅσα δὲ φλεγμαίνειν λέγεται τοῦ σώματος ἀπὸ τοῦ καίεσθαί τε καὶ φλέγεσθαι διὰ χολὴν γέγονε πάντα. καὶ τούτων ἐφεξῆς· λαμβάνουσα μὲν ἀναπνοὴν ἔξω παντοίαν, ἀναπέμπει ζέουσα φύματα, καθειργνυμένη δὲ ἐντὸς, πυρίκαυτα νοσήματα πολλὰ ἐμποιεῖ· δῆλος οὖν ἐστι τῇ συνήθει προσηγορίᾳ κατὰ τοῦ πικροχόλου χυμοῦ χρώμενος, ὥσπερ τοὐπίπαν ἐστὶν ξανθὸς τὴν χρόαν· καὶ ὠχρὸς δ᾽ ἐνίοτε γίγνεται πολλὴν ὀῤῥώδη προσλαβὼν ὑγρότητα. καὶ μέντοι κἀξ αὐτοῦ τοῦ προσθεῖναι τῷ φλέγεσθαι διὰ τὴν χολὴν δῆλός ἐστιν οὐκ ἐν τῇ προσηγορίᾳ σφαλλόμενος, ὥσπερ ὁ Πρόδικος, ἀλλ᾽ ἐν τῇ γνώσει τῆς φύσεως τοῦ χυμοῦ. λέγει δὲ περὶ αὐτοῦ τόνδε τὸν τρόπον. τὸ δ᾽ αὖ μετ᾽ ἀέρος τηκόμενον ἐκ νέας καὶ ἁπαλῆς σαρκός· τούτου δ᾽ ἀνεμωθέντος καὶ ξυμπεριληφθέντος ὑπὸ ὑγρότητος, καὶ πομφολύγων ξυστασῶν ἐκ τοῦ πάθους τούτου, καθ᾽ ἑκάστην μὲν ἀοράτων διὰ σμικρότητα, ξυναπασῶν δὲ τὸν ὄγκον παρεχομένων ὁρατὸν χρῶμα ἐχου-

hujusmodi bilem humorem calidiſſimum eſſe pernovit, in quibus ait: *Quae autem corporis partes incendi dicuntur, a bilis aeſtu et flamma omnes infeſtantur.* Et poſt haec deinceps: *Quae quum reſpirat extrinſecus, omnigenas tuberculorum ſpecies fervens emittit; intus autem cohibita, igneos morbos plurimos procreat.* Conſtat itaque, Platonem conſueta amarae bilis appellatione uti, quae in totum flava colore eſt, pallida autem nonnunquam efficitur, ubi copioſam humiditatem ſeroſam aſſumpſerit. Quin etiam ex eo ipſo, quod appoſuerit, inflammari ob bilem, certum eſt, non in appellatione erraſſe ipſum, ſicuti Prodicum, ſed in naturae humoris cognitione. Dicit autem de eo in hunc modum. *Rurſus mollis recentisque carnis portio quaedam cum aëre colliqueſcit; haec autem ubi ventum conceperit, et circumprehenſa ab humiditate, et ampullae ex hoc affectu conſtitutae ſigillatim propter parvitatem inviſibiles, univerſae autem in molem coëuntes, viſibilem colorem habeant, ob*

σῶν, διὰ τὴν τοῦ ἀφροῦ γένεσιν ἰδεῖν λευκόν. ταύτην πᾶσαν τηκεδόνα ἁπαλῆς σαρκὸς μετὰ πνεύματος συμπλακεῖσαν λευκὸν εἶναι φλέγμα φαμέν. καὶ μετ᾽ οὐ πολλὰ δὲ πάλιν οὕτως ὑπὲρ αὐτοῦ γράφει· τὸ δὲ λευκὸν φλέγμα διὰ τὸ τῶν πομφολύγων πνεῦμα χαλεπὸν ἀποληφθὲν, ἔξω δὲ τοῦ σώματος ἀναπνοὰς ἴσχον ἠπιώτερον μὲν, καταποικίλλει δὲ τὸ σῶμα, λεύκας ἀλφούς τε καὶ τὰ τούτων ξυγγενῆ νοσήματα ἀποτίκτει. ἐν ταύτῃ μὲν τῇ ῥήσει καλῶς ἀπεφήνατο περὶ τῶν γινομένων ἀπὸ τοῦ φλέγματος παθῶν· ἡνίκα δ᾽ ἔλεγεν ἔμπροσθεν, τὴν πᾶσαν τηκεδόνα ἁπαλῆς σαρκὸς μετὰ πνεύματος συμπλακεῖσαν λευκὸν εἶναι φλέγμα φαμὲν, οὐκ ὀρθῶς. δέδεικται γὰρ ἥ γε τοῦ φλέγματος γένεσις ἐκ τροφῆς φύσει ψυχροτέρας ἐνδεῶς ὑπὸ τῆς ἐμφύτου θερμασίας κατεργασθείσης ἀποτελουμένη. τηκομένη δὲ σὰρξ ὅμοιόν τι ποιεῖ τὸ σύντηγμα τῇ χρόᾳ τῆς ὠχρᾶς χολῆς, ἐπὶ τὸ λευκότερον ῥέπον, ὥς εἶναι τὸ καλούμενον ὕπωχρον πυῤῥόν. [242] ἔστι δὲ καὶ παχύτερον τὸ σύντηγμα τοῦτο τῆς ὠχρᾶς χολῆς, καὶ δυσωδέστερον, καί τινα γλισχρότητα πολλάκις ἔχον ἐν ἑαυτῷ καὶ

ſpumae generationem aſpectu album, hanc omnem carnis mollis colliquationem cum ſpiritu implicatam albam eſſe pituitam dicimus. Ac non multo poſt rurſus ſic de eadem ſcribit. *Alba vero pituita propter ampullarum ſpiritum difficilis intus incluſa, ad exteriorem cutem reſpirans, mitior quidem, ſed corpus albis vitiliginibus inficit, et harum vicinos morbos procreat.* In hac ſane oratione probe de affectibus pronunciavit, qui a pituita oriuntur; quum autem ſcriberet prius, omnem tenerae carnis colliquationem cum ſpiritu junctam albam eſſe pituitam dicimus, non recte. Quippe oſtenſum eſt, quomodo pituita ex alimento natura frigidiore, minus, quam par eſt, ab inſito calore elaborato, generetur. Caro vero colliquata ſimilem facit colore colliquationem pallidae bilis in albedinem magis vergens, ut is color ſit, qui ſubpallidus fulvus appellatur; eſt autem craſſior haec colliquatio, quam ſit pallida bilis, et pejus olet, nonnullamque viſcoſitatem ſubinde et pinguedinem in ſe continet.

λιπαρότητα. ταῦτα μὲν ἱκανὰ περὶ χυμῶν ἔγνωσται πρός γε τὸ παρὸν, εἰ μέλλοιμεν, ὥς τινες τῶν φίλων ἀξιοῦσιν, ἐξηγεῖσθαι τὰ κατὰ τὸν Τίμαιον ἰατρικῶς εἰρημένα.

Κεφ. ζ'. Καὶ τὰ λοιπὰ δὲ τῶν κατὰ τὸ βιβλίον λόγων διὰ κεφαλαίων ῥηθήσεται συνόψεως ἕνεκεν, ἐν οἷς τε ὁμολογοῦσιν οἱ ἄνδρες ἀλλήλοις, ἐν οἷς τε διαφέρονται, διὰ μακροτέρων τε κατὰ τὴν ἐσομένην ἡμῖν ἐξήγησιν αὖθις εἰρήσεται. λέγοντος οὖν Ἱπποκράτους ἀεὶ τὸ σύμφυτον θερμὸν αἰτιώτατον εἶναι πάντων τῶν φυσικῶν ἔργων, ὁ Πλάτων οὐ θερμὸν, ἀλλὰ πῦρ ὀνομάζει. ἴδωμεν δ', ὅπως ὑπ' αὐτοῦ διοικεῖσθαι (327) λέγει τὰ τῶν ζώων σώματα. πᾶν ζῶον πάντως περὶ τὸ αἷμα καὶ τὰς φλέβας αὐτοῦ θερμότητα ἔχει, οἷον ἐν ἑαυτῷ πηγήν τινα ἐνοῦσαν πυρός. πλὴν μὲν οὖν πάντα καλῶς εἶπεν. οὐ γὰρ ἐκ παρατρίψεως τοῦ κατὰ τὰς ἀρτηρίας πνεύματος ἡ θερμασία γεννᾶται κατὰ τὰ τῶν ζώων σώματα, καθάπερ ἐκτὸς ἐπὶ λίθων τε καὶ ξύλων, ἀλλ' ἔμπαλιν ὑπὸ τῆς συμφύτου θερμασίας αἱ κινήσεις αὐτῶν γίνονται. ὅταν οὖν ψυχῇ τὸ σῶμα διὰ κρύος,

Haec fane abunde ad praefens inftitutum de humoribus cognita funt, fi interpretaturi fumus, ut nonnulli amicorum cenfent, ea, quae in Timaeo modice dicta funt.

Cap. VII. Ac reliquae fane libri rationes fummatim compendii gratia explicabuntur, in quibus inter fe viri confentiunt, et in quibus diffentiunt, uberiusque in futura expofitione iterum dicetur. Quum itaque Hippocrates dicat femper infitum calorem omnium naturae operum effe quammaxime caufam, Plato non calorem, fed ignem nominat. Videamus autem, quomodo animantium corpora ab eo gubernari pronunciet. Omne animal in fanguine et venis calorem fuum prorfus obtinet, ceu in fe ipfo fontem quendam ignis; itaque omnia probe dixit. Non enim ex attritu arteriarum fpiritus calor in animantium corporibus generatur, ficuti foris in lapidibus et lignis, fed contra ab innato calore motus ipforum fiunt. Quum igitur corpus perfrigeratum eft algore, aut medicamento,

ἢ φάρμακον, ἢ οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἀλλοιουμένου τῶν κατ᾽ αὐτὸ, παύονται μὲν αὐτίκα αἱ τῶν ἀρτηριῶν κινήσεις, αἵ τε κατὰ τὰ νεῦρα καὶ μῦς. οὐ μὴν πυρός γε πηγὴν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐμφύτου θερμοῦ βέλτιον ἦν εἰρῆσθαι κατὰ τὰ σώματα ἡμῶν, ὡς Ἱπποκράτης ὀνομάζει διὰ παντός. εἴπερ γὰρ ὑπὸ πυρὸς ἡ πέψις γίνεται τῶν σιτίων, ἥ τ᾽ ἀνάδοσις, ἥ θ᾽ αἱμάτωσις, ἥ τε θρέψις, ἄμεινον ἂν ἐπὶ τῶν πυρεττόντων ὀξέως ἐφαίνετο ταῦτα ἐπιτελούμενα. τὸ δ᾽ ἔμφυτον θερμὸν εὔκρατον εἶναι κατὰ μὲν οὐσίαν ἐν αἵματι καὶ φλέγματι τὴν ὕπαρξιν ἔχον μάλιστα, κατὰ δὲ ποιότητα μικτὸν ὂν εὐκράτως ἐκ θερμότητός τε καὶ ψυχρότητος. ἀσφαλέστερον οὖν ὁ Ἱπποκράτης ἔφη· τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν· πλείστης οὖν δεῖται τροφῆς, εἰ δὲ μὴ, τὸ σῶμα ἀναλίσκεται. γέρουσι δ᾽ ὀλίγον τὸ θερμόν· διὰ τοῦτο ἄρα ὀλίγων ὑπεκκαυμάτων δέονται, ὑπὸ πολλῶν μὲν γὰρ ἀποσβέννυνται. διὰ τοῦτο καὶ οἱ πυρετοὶ τοῖσι γέρουσιν οὐχ ὁμοίως ὀξέες, ψυχρὸν γὰρ τὸ σῶμα. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον κἀν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου

aut nullo aliorum, quae in ipfo funt, alterato, ceffant quidem protinus arteriarum motus, item in nervis et mufculis. Non igitur ignis fontem, fed potius infiti caloris praeftiterat dixiffe in corporibus noftris, quemadmodum Hippocrates femper nominat. Si enim ab igne ciborum fit concoctio, diftributio, fanguificatio et nutritio, melius utique in febricitantibus acute haec perfici viderentur. Sed infitus calor temperatus eft, fubftantia quidem in fanguine et pituita confiftens potiffimum, qualitate autem mixtus temperate ex caliditate et frigiditate. Tutius igitur Hippocrates dixit: *Qui crefcunt, plurimum innati caloris obtinent; itaque plurimo cibo indigent; alioqui corpus abfumitur. Senibus vero parum caloris ineft, et ob eam rem paucis egent fomitibus, quippe quia multis oppreffi extinguantur. Hinc etiam febres non aeque acutae fenibus accidunt, corpus enim eorum frigidum eft.* Hac igitur ratione etiam in libro de natura hominis

τῇ πρώτῃ τῶν ἡλικιῶν τὸν ἄνθρωπον ἔφη θερμότατον ὑπάρχειν αὐτοῦ, καθάπερ ψυχρότατον ἐν τῇ τοῦ γήρως ἐσχάτῃ. οὐχ ἁπλῶς θερμότατον, ὥσπερ ἐν τοῖς καύσοις πυρετοῖς, ἀλλὰ τῷ ἐμφύτῳ θερμῷ θερμότατον εἴπομεν εἶναι τὸ γεγεννημένον ἄρτι παιδίον τῇ οὐσίᾳ. διὰ τοῦτο οὖν ἐν ἀφορισμοῖς πρῶτον μὲν ἔφη· τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. ἀλλὰ τοῦτον μὲν ἤδη προὔγραψα τὸν ἀφορισμόν. ἄλλα δ' ὁμολογοῦντα αὐτῷ γράφει κατὰ λέξιν οὕτως· αἱ κοιλίαι χειμῶνος καὶ ἦρος θερμόταται φύσει, καὶ ὕπνοι μακρότατοι. ἐν ταύτῃσιν οὖν τῇσιν ὥρῃσι καὶ τὰ προσάρματα πλείω δοτέον· καὶ γὰρ τὸ ἔμφυτον θερμὸν πολὺ, τροφῆς οὖν πλείονος δεῖται. σημεῖον δὲ αἱ ἡλικίαι καὶ οἱ ἀθληταί. τὸ ἔμφυτον θερμὸν ἔφη πλεῖστον εἶναι χειμῶνος, οὗ τὸ ἐπίκτητον ἐπὶ τοῦ θέρους πλεονάζει. μηκύνειν δ' οὐ χρὴ περὶ τῆς γνώμης αὐτοῦ κατὰ τόνδε τὸν λόγον, [243] τοὺς μὲν ἀφορισμοὺς ἐξηγησαμένου δι' ὑπομνημάτων ἑπτὰ, βιβλίον δ' ἄλλο γεγραφότος πρὸς τοῦ Κοΐντου μαθητὴν Λύκον, ὃς οὐ νοήσας, ὁποῖόν τι τὸ ἐμφυ-

prima aetate hominem calidiffimum effe fe ipfo retulit, ficuti frigidiffimum in extrema fenecta, non fimpliciter calidiffimum, quemadmodum in ardentibus febribus, fed infito calore calidiffimum effe diximus fubftantia puerum nuper natum. Propterea igitur in Aphorifmis primum quidem fcripfit: Qui crefcunt, plurimum habent caloris innati. Sed jam prius citavi Aphorifmum. Alia vero, quae ipfi confentiunt, ad verbum fic tradit. *Ventres hyeme et vere natura calidiffimi funt, et fomni longiffimi. Itaque per ea tempora cibi liberalius dari debent. Caloris enim nativi copia magna ineft, ut cibus proinde plenior requiratur. Argumento aetates funt et athletae.* Infitum calorem hyeme effe copiofiffimum tradidit, cujus afcititius aeftate abundat. Verum in fententia hoc fermone explicanda immorari diutius non oportet, quum Aphorifmos commentariis feptem expofuerim, alium vero librum adverfus Quinti difcipulum Lycum confcripferim,

τὸν θερμὸν ὁ Ἱπποκράτης βούλεται, ἀντεῖπε πρὸς τοὺς εἰρημένους ἀρτίως ἀφορισμούς. νῦν οὖν ἀρκέσει τὰς τοῦ Πλάτωνος παραγράψαι ῥήσεις, ἃς ἐν τῷ περὶ τροφῆς ἀναδόσεως λόγῳ κατὰ τὸν Τίμαιον ἔγραψεν· ἄρχεται δ᾽ αὐτῶν ὧδε. τὸ ἐντεῦθεν ἤδη τὴν ὑδραγωγίαν παρεσκεύασαν τρόπῳ τινὶ τοιῷδε, ὃν κατοψόμεθα ῥᾷον προδιομολογησάμενοι τὸ τοιόνδε· ὅτι πάντα, ὅσα ἐξ ἐλαττόνων συνίσταται, στέγει τὰ μείζω, τὰ δ᾽ ἐκ μειζόνων τὰ σμικρότερα οὐ δύναται. πῦρ δὲ πάντων μερῶν μικρομερέστατον, ὅθεν δι᾽ ὕδατος καὶ γῆς ἀέρος τε καὶ ὅσα ἐκ τούτων συνίσταται διαχωρεῖν, καὶ στέγειν οὐδὲν αὐτὸ δύναται. ταὐτὸν δὴ καὶ περὶ τῆς παρ᾽ ἡμῖν κοιλίας διανοητέον, ὅτι σιτία μὲν καὶ ποτὰ, ὅσα ἂν εἰς αὐτὴν ἐμπέσῃ, στέγει, πνεῦμα δὲ καὶ πῦρ, σμικρομερέστατα ὄντα τῆς αὐτῆς συστάσεως, οὐ δύναται. τούτοις οὖν κατεχρήσατο θεὸς εἰς τὴν ἐκ τῆς κοιλίας ἐπὶ τὰς φλέβας ὑδρείαν, πλέγμα ἐξ ἀέρος καὶ πυρὸς ὂν, οἷον οἱ κύρτοι, ξυνυφηνάμενος. τὸ μὲν οὖν ἀέρι καὶ πυρὶ χρῆσθαι τὴν

qui quum non intelligeret, cujusmodi insitum calorem vellet, Aphorismis nuper citatis contradixit. In praesentia igitur sufficiet Platonis verba apponere, quae in Timaeo de alimenti distributione disputans conscripsit. Orditur ea hoc pacto. *Hinc vero aquaeductum hoc modo deduxerunt, quem facilius perspiciemus, si hoc inter nos primum conveniat, nempe quod, quaecunque ex minutioribus componuntur, ea majora continent, quae vero ex grandioribus, minutiora non possunt. Ignis autem prae caeteris omnibus minutissimis constat particulis; ideoque aquam, aërem, terram, et quae ex his componuntur omnia, penetrat, usque adeo ut nihil ipsum valeat cohibere. Idem quoque de nostro ventre cogitandum est; quippe cibos et potus ingestos retinet, spiritum vero et ignem, quum ii consistentia tenuissimi sint, cohibere non potest. His igitur usus est deus ad irrigationem ex ventre in venas perficiendam; quare reticulum ex aëre et igne instar gibbosae lagenae contexuit.* Ideo aëre et igne uti

φύσιν πρὸς πέψιν τροφῆς, αἱμάτωσίν τε καὶ ἀνάδοσιν ὀρθῶς εἴρηται. τὸ δ᾽ ἐξ αὐτῶν πλέγμα γεγονέναι, καὶ μὴ δι᾽ ὅλων κρᾶσιν, οὐκέτ᾽ ἐπαινῶ, καθάπερ οὐδὲ τὸ πῦρ ὀνομάζειν αὐτὸν, ἐνὸν, ὡς Ἱπποκράτης, ἔμφυτον θερμόν. ἀλλ᾽ ἔοικεν οὕτω καλεῖν, ἀναμιμνήσκειν ἡμᾶς βουλόμενος, ὅτι διὰ τὴν τοῦ πυρὸς μίξιν σὺν τοῖς ἄλλοις στοιχείοις ἡ πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐκ τοῦ βάθους φορὰ γίγνεται τῆς κατὰ τὸ σῶμα θερμασίας. φαίνεται γοῦν ποτε καὶ μεταλαμβάνων αὐτὸς εἰς τὴν τοῦ θερμοῦ προσηγορίαν τὸ τοῦ πυρὸς ὄνομα, καθάπερ καὶ κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν. τὸ θερμὸν δὴ κατὰ φύσιν εἰς τὴν ἑαυτοῦ χώραν ἔξω πρὸς τὸ συγγενὲς ὁμολογητέον ἰέναι. τούτοις δ᾽ ὁμολογεῖ καὶ τάδε. καὶ διὰ ταῦτα δὴ καθ᾽ ὅλον τὸ σῶμα ἅπασι τοῖς ζώοις τὰ τῆς τροφῆς νάματα οὕτως ἐπίῤῥυτα γέγονε. νεότμητα δὲ καὶ ἀπὸ συγγενῶν ὄντα, τὰ μὲν καρπῶν, τὰ δὲ χλόης, ἃ ὁ θεὸς ἐπ᾽ αὐτὸ τοῦτο ἡμῖν ἐφύτευσεν εἶναι τροφὴν, παντοδαπὰ μὲν χρώματα ἴσχει διὰ τὴν σύμμιξιν· ἡ δ᾽ ἐρυθρὰ πλείστη περὶ αὐτὰ χρόα διαθεῖ,

naturam ad cibi concoctionem, fanguificationem et diftributionem recte dictum eft. Rete autem ex ipfis factum effe, et non per tota temperamentum, minus laudo, ficuti nec quod ignem nominet ipfe, quum liceat, ut Hippocrates ait, infitum calorem; fed videtur ita appellare, ut nos admoneat, propter ignis mixtionem cum aliis elementis calorem corporis foras ex alto efferri. Videtur autem nonnunquam etiam ignis nomen ad calidi appellationem transferre, veluti et in hac oratione. *Calorem fane fecundum naturam putandum eft in regionem fuam extra ad id, quod fibi connatum eft, emanare.* His confentiunt haec quoque: *Et ob hanc rationem per totum omnium animalium corpus alimenti liquores ita fluxiles evaferunt, recenter autem incifi, et a cognatis fuis accepti, partim fructibus, partim germinibus, quae deus alimoniam corporis noftri produxit. Colores quidem propter commiftionem omnigenos obtinent, fed rubens color plurimus in his praevalet, cujus natura ex ignis portione*

τῆς τοῦ πυρὸς τομῆς τε καὶ ἐξομόρξεως ἐν ὑγρῷ δεδημιουργημένης φύσεως, ὅθεν τοῦ κατὰ τὸ σῶμα ῥέοντος τὸ χρῶμα ἔσχεν οἵαν ὄψιν διεληλύθαμεν, ὃ καὶ καλοῦμεν αἷμα. τὴν ἐρυθρὰν χρόαν γεννᾶσθαί φησιν ἐν τῷ αἵματι διὰ τὴν τοῦ πυρὸς ἐξόμορξιν, ὅπερ ἐστὶν οἷον ἐναπόθεσις τῆς αὐτοῦ ποιότητός τε καὶ δυνάμεως. ὥστ᾽ ἐκ κράσεως τοῦ τε πυρώδους στοιχείου καὶ τῆς δεξαμένης ὑγρότητος αὐτὸ γεννᾶσθαί φησι τὸ αἷμα. τῆς δ᾽ ὑγρότητος οὐκ ἀκριβοῦς ὕδατος ὄντος, ἀλλά τι καὶ γεῶδες ἐχούσης, ὡς δηλοῖ τὸ πάχος αὐτοῦ, ἐξ ἁπάντων ἐγεννήθη τὸ αἷμα, προσλαμβάνον ἐξ ἀνάγκης τι καὶ τῆς ἀερώδους οὐσίας, ὡς ἐν ἑτέροις δέδεικται. φαίνεται τοιγαροῦν κἀν τούτοις ὁ Πλάτων ἑπόμενος τῷ Ἱπποκράτει. τὸ γὰρ ἔμφυτον θερμὸν αἴτιον εἶναί φησι τῆς τε κατὰ τὴν γαστέρα πέψεως τῶν σιτίων καὶ τῆς ἐντεῦθεν εἰς ἧπάρ τε καὶ φλέβας ἀναδόσεως, καὶ προσέτι τῆς αἱματώσεως, καὶ τῆς εἰς ὅλον τὸ σῶμα φορᾶς τε καὶ πέψεως.

Κεφ. η΄. [244] Ἐν μέντοι τῇ περὶ ἀναπνοῆς δόξῃ διηνέχθη πρὸς ἑαυτὸν οὐ σμικρὰ, πρῶτον μὲν τῷ διαπνοῆς μᾶλλον

et absterſione in humido facta provenit. Propterea ejus, quod in totum corpus permanet, color talis aſpectus eſt, qualem diximus, quod etiam ſanguinem appellamus. Rubrum colorem generari dicit in ſanguine propter ignis abſterſionem, quod eſt veluti depoſitio ſuae qualitatis facultatisque. Quare ex ignei elementi et humiditatis ſuſcipientis id temperamento generari ſanguinem affirmat. Quum autem humiditas non exacta aquae ſit, ſed terreſtre etiam aliquid obtineat, ut craſſities ejus innuit, ex omnibus ſanguis procreatus eſt, aſſumens neceſſario ſubſtantiae aëreae quoque nonnihil, ut alibi oſtenſum eſt. Apparet autem et in his Plato Hippocratem ſequi, nam inſitum calorem auctorem eſſe pronunciat ciborum in ventriculo concoctionis, et inde in jecur venasque diſtributionis, praeterea ut ſanguis fiat, et in totum corpus feratur concoquaturque.

Cap. VIII. Sed in opinione de reſpiratione ipſe ab eo non mediocriter diſſentit, primum ſane quod per-

αἰτίαν εἰπεῖν, οὐκ ἀναπνοῆς, εἶτ' οὐδὲ ταύτης ἀμέμπτως, ἀναιρεῖ γὰρ ὁλκὴν, ᾗ πρὸς πολλὰ τῶν φυσικῶν ἔργων ὁ Ἱπποκράτης χρῆται. διὰ τοῦτ' ἠναγκάσθη τῶν ἐνεργειῶν ἐνίας οὐκ ἄνευ τῆς ὁλκῆς γιγνομένας εἰς περίωσιν ἀναφέρειν. ὁποῖον μὲν οὖν τι τῆς ὁλκῆς ἐστιν, ἔνεστί σοι μαθεῖν, αὐλίσκου τὸ μὲν ἕτερον στόμιον εἰς ὕδωρ καθέντι, τὸ δὲ ἕτερον περιλαβόντι τοῖς χείλεσιν. ἕλκοντι γὰρ καὶ μυζῶντι διὰ τῶν χειλέων τὸν ἐκ τοῦ αὐλίσκου ἀέρα, συνακολουθήσει τὸ ὕδωρ. οὕτως δὲ καὶ τὰ παιδία τῇ παρενθέσει τῶν χειλέων ἔκ τε τῶν τιτθῶν ἕλκει τὸ γάλα κἀκ τῶν βομβυλίων τὸ περιεχόμενον ἐν αὐτοῖς ὑγρόν. ἀλλὰ καὶ αἱ τῶν χαλκέων φῦσαι διαστελλόμεναι τὸν ἔξωθεν ἀέρα διὰ τῶν προσκειμένων αὐταῖς αὐλίσκων ἕλκουσιν ἐκπληρώσαντα τὴν διαστολήν. ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ζώοις ὁ θώραξ διαστελλόμενος ἕλκει διὰ τῆς τραχείας ἀρτηρίας ἀναγκαίως εἰς τὸ στόμα τὸν ἔξωθεν ἀέρα, μικρὸν δ' ὕστερον ἐκθλίβει συστελλόμενος ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς. τουτὶ μὲν τὸ ἔργον ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ μυῶν κινήσεως ἐδείχθη προαιρετικόν. τὸ δὲ ἕτερον, ὃ καλεῖται

ſpirationis potius cauſam dicat, quam reſpirationis, deinde neque hujus inculpate, tollit enim attractionem, qua ad multa naturae opera Hippocrates utitur, eoque coactus eſt actionum nonnullas, quae non citra attractionem fiunt, ad circuitum referre. Qualis igitur attractio ſit, licet tibi condiſcere, fiſtulae altero orificio in aquam demiſſo, altero labris comprehenſo. Trahentem namque et ſugentem labris aërem ex fiſtula aqua ſubſequetur. Ita etiam infantes labris impoſitis ex papillis lac extrahunt, et vaſculis anguſti oris, bombyliis dictis, liquorem in ipſis comprehenſum; imo etiam fabrorum folles quum attolluntur, exteriorem aërem per fiſtulas ipſis annexas trahunt, elevationem expleturum. Similiter et animantibus thorax elevatus per aſperam arteriam neceſſario externum aërem in os attrahit, paulo poſt contractus in expirationibus extundit. Hoc ſane opus in ſecundo de muſculorum motu oſtenſum eſt arbitrarium; alterum vero, quod

σφυγμὸς, ὑπό τε τῆς καρδίας καὶ τῶν ἀρτηριῶν γίγνεται, τῇ μὲν διαστολῇ διὰ τῶν εἰς τὸ δέρμα καθηκόντων (328) στομάτων ἑλκουσῶν τῶν ἀρτηριῶν εἰς τὸ σῶμα τὸν ἔξωθεν ἀέρα τριῶν ἕνεκα χρειῶν, ἐμψύξεως, ῥιπίσεως, γενέσεως πνεύματος ψυχικοῦ, τῇ συστολῇ δ' ἐκθλιβουσῶν ὅσον αἰθαλῶδες ἢ καπνῶδες ἐγεννήθη κατ' αὐτὰς τῶν χυμῶν. ἀποδέδεικται δὲ περὶ μὲν ἀναπνοῆς ἐν τῷ περὶ χρείας ἀναπνοῆς ὑπομνήματι, περὶ δὲ σφυγμῶν ἐν τῷ περὶ χρείας σφυγμῶν. ὅτι δ' ὁ θώραξ διαστελλόμενος ἕλκει τὸν ἔξωθεν ἀέρα, κατὰ τὰ περὶ θώρακος καὶ πνεύμονος κινήσεως ὑπομνήματα δέδεικται. τίνες δ' εἰσὶν οἱ διαστέλλοντες αὐτὰ μῦς ἢ τίνες οἱ συστέλλοντες, ἐν τοῖς περὶ τῶν τῆς ἀναπνοῆς αἰτίων ἐδείχθη. τὰ δ' ἕκαστον τούτων τῶν μυῶν νεῦρα κινοῦντα πάντ' ἐκ τοῦ νωτιαίου πέφυκεν, οὐ κατ' ἐμὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ πάντας τοὺς ἀνατομικοὺς, αὐτὸς δ' ὁ νωτιαῖος ἐξ ἐγκεφάλου, ὥστ' ἐκείνου διὰ μέσου τοῦ νωτιαίου τὰ νεῦρα τὰ καθ' ὁρμὴν κίνησιν ἐπιφέρει τοῖς τοῦ θώρακος μυσὶν, ὑφ' ὧν διαστελλόμενος ἕλκει τὸν ἔξωθεν ἀέρα διὰ

vocatur pulfus, a corde et arteriis fit, dilatatione quidem per arteriarum ora in cutem pertinentia, quae externum aërem in corpus trahunt triplicis ufus gratia, refrigerii, eventilationis et fpiritus animalis generationis; contractione vero arteriae extrudunt, quicquid fuliginofum fumofumve ex humoribus in ipfis procreatum eft. Verum de refpiratione in commentario de ufu refpirationis demonftratum eft, de pulfibus autem in commentario de ufu pulfuum. Quod autem thorax elevatus externum aërem trahat, in commentariis de thoracis et pulmonis motu agitatum eft. Qui rurfus ipfos attollant mufculi, aut qui contrahant, in libris de refpirationis caufis oftendi. Caeterum nervi fingulos hos mufculos moventes omnes ex fpinali medulla procefferunt, non me auctore folum, fed etiam omnibus anatomicis. Ipfa vero fpinalis medulla ex cerebro oritur; quare illius per mediam fpinalem medullam nervi arbitrarium motum thoracis mufculis communicant, a quibus elevatus externum aërem per

τοῦ λάρυγγός τε καὶ τῆς τραχείας ἀρτηρίας εἰς τὸν πνεύμονα, συστελλόμενος δ' ἐκθλίβει διὰ τῶν αὐτῶν. ἥμαρτεν οὖν ὁ Πλάτων μὴ βουληθεὶς ἀκολουθῆσαι τῷ Ἱπποκράτει λέγοντι κατὰ τὸ περὶ φύσεως ἀνθρώπου βιβλίον· καὶ ταῦτα ποιήσει σοι πάντα πάσην ἡμέρην καὶ νύκτα, καὶ χειμῶνα καὶ θέρος, μέχρις ἂν δυνατὸς ᾖ τὸ πνεῦμα ἕλκειν εἰς ἑωυτὸν καὶ πάλιν μεθιέναι. ἕλκει μὲν οὖν ἐς ἑωυτὸν ὁ ἄνθρωπος τὸν ἔξωθεν ἀέρα διὰ τοῦ στόματος εἰς τὸν πνεύμονα, διὰ δὲ τοῦ δέρματος εἰς τὰς ἀρτηρίας, ἀντεκπέμπει δὲ δι' ὧν ἔλαβεν αὖθις. ἡ μὲν οὖν ἑτέρα τῶν ἐνεργειῶν ἀναπνοὴ καλεῖται, διαπνοὴ δ' ἡ διὰ τοῦ δέρματος. ἃς ἀμφοτέρας εἰς ἓν συναγαγὼν ὁ Πλάτων, οὔτε συνημμένας ἀλλήλαις, οὔθ' ὑπὸ μιᾶς δυνάμεως γιγνομένας, ὡς ἐπιδέδεικται δι' ὧν εἶπον ἀρτίως ὑπομνημάτων, τὸν περὶ τῆς ἀναπνοῆς λόγον ἐν Τιμαίῳ συνέθηκεν ἔχοντα κατὰ λέξιν ὧδε. πάλιν δὲ τὸ τῆς ἀναπνοῆς ἴδωμεν πάθος, αἷς χρώμενον αἰτίαις τοιοῦτον γέγονεν, οἷον τανῦν ἐστιν. ὧδ' οὖν, ἐπειδὴ κενὸν οὐδέν ἐστιν, [245] εἰς ὃ τῶν φερομένων δύναιτ' ἂν εἰσελθεῖν τι,

fauces et afperam arteriam in pulmonem attrahit, contractus autem per eadem exprimit. Itaque Plato peccavit, qui Hippocratem fequi noluerit in libro de natura hominis ita fcribentem. *Atque haec fient tibi omnia omni die et nocte, hyeme et aeftate, quousque fpiritum in te ipfo poffis attrahere et rurfus emittere.* Trahit itaque in fe externum aërem homo per os in pulmonem, per cutim in arterias. Remittit autem rurfus, per quas vias accepit; quapropter altera actionum refpiratio vocatur, perfpiratio altera, quae per cutem fit. Quas utrasque quum in unum Plato congregaffet, neque commiffas invicem, neque ab una facultate factas, ut oftenfum eft commentariis, quos nuper citavi, fermonem de refpiratione in Timaeo compofuit, qui ad verbum ita habet. *Sed videamus iterum, quibus caufis refpiratio hunc in modum, quem nunc cernimus, fuerit inftituta: cujus quidem rei talis erit confideratio. Cum vacuum nusquam fit, quo quicquam eorum, quae perferuntur, ingredi queat;*

τὸ δὲ πνεῦμα φέρεται παρ᾽ ἡμῶν ἔξω, τὸ μετὰ τοῦτο ἤδη παντὶ δῆλον, ὡς οὐκ εἰς κενὸν, ἀλλὰ τὸ πλησίον ἐκ τῆς ἕδρας ὠθεῖ. τὸ δὲ ὠθούμενον ἐξελαύνει τὸ πλησίον ἀεὶ, καὶ κατὰ ταύτην τὴν ἀνάγκην πᾶν περιελαυνόμενον εἰς τὴν ἕδραν, ὅθεν ἐξῆλθε τὸ πνεῦμα, εἰσιὸν ἐκεῖσε καὶ ἀναπληροῦν αὐτὴν συνέπεται τῷ πνεύματι, καὶ τοῦτο ἅμα πᾶν οἷον τροχοῦ περιαγομένου γίγνεται, διὰ τὸ κενὸν μηδὲν εἶναι. διὸ δὴ τὸ τῶν στηθῶν καὶ τοῦ πνεύμονος ἔξω μετιὸν τὸ πνεῦμα, πάλιν ὑπὸ τοῦ περὶ τὸ σῶμα ἀέρος εἴσω διὰ μανῶν τῶν σαρκῶν δυόμενον καὶ περιελαυνόμενον γίγνεται πλῆρες. αὖθις δ᾽ ἀποτρεπόμενος ὁ ἀὴρ καὶ διὰ τοῦ σώματος ἔξω ἰὼν ἔσω τὴν ἀναπνοὴν περιωθεῖ κατὰ τὴν τοῦ σώματος καὶ τὴν τῶν μυκτήρων δίοδον. τὴν τοῦ τροχοῦ περιαγωγὴν οὐχ ἁπλῆν δεῖ νοεῖν, ἀλλ᾽ ἐξ ἐναντίων κινήσεων συγκειμένην, ὅταν μὲν ἐπὶ τὸ δέρμα τὸ ἔμφυτον ὁρμήσῃ θερμὸν, ὠθουμένου τε καὶ περιελαυνομένου τοῦ ἐκτὸς ἀέρος εἰς τὸ σῶμα διὰ τοῦ στόματος, ὅταν δ᾽ αὖ πάλιν ὁρμήσῃ διὰ τοῦ στόματος ἔξω φέρεσθαι, περιωθουμένου τοῦ περιέ-

ἔτι καὶ ῥώμην τινὰ ἀξιόλογον προσλάβοιτο. μέση γὰρ ἡ καθ᾽ ἕξιν ὑγίεια ταῖς ἐνεργείαις ἐστὶ τῆς τε κατὰ σχέσιν ὑγιείας καὶ τῆς εὐεξίας. ἡ μὲν γὰρ κατὰ σχέσιν ἀῤῥώστους ἔχει τὰς ἐνεργείας, ἡ δὲ εὐεξία ῥωμαλέας, ἡ δ᾽ αὖ καθ᾽ ἕξιν οὔπω μὲν εὐρώστους, ἀῤῥώστους δ᾽ οὐκ ἔτι. κᾀν τῷδε δῆλον, ὡς, εἰ καὶ μέση τέτακται, πλέον τῆς κατὰ σχέσιν ὑγείας (289) χρήσιμος εἰς πάσας τοῦ βίου τὰς πράξεις ἐστὶν ἡ καθ᾽ ἕξιν, οὐ μὴν ἤδη τὸ κατ᾽ ἀρετὴν ἔχουσα, μόνη γὰρ τοῦθ᾽ ὑπάρχει τῇ εὐεξίᾳ. καί μοι νόει κατὰ στίχον τινὰ τὸ μὲν βλάβην ἐνεργείας, ὅπερ ἐν τῷ νοσεῖν γίγνεται, [12] ἕτερον δὲ ἔξω μὲν τῆς βλάβης, ἄχρηστον δ᾽ ὑπ᾽ ἀσθενείας, ὅπερ ἐν τῷ κατὰ σχέσιν ὑγιαίνειν, ἄλλο δὲ τρίτον ἀσθενείας μὲν ἀπηλλαγμένον, εὐρωστίαν δὲ οὔπω κεκτημένον, ὅπερ ἐν τῷ καθ᾽ ἕξιν, ἐφ᾽ ᾧ τέταρτον οἷον ἀρετή τίς ἐστι τῶν ἐνεργειῶν ἡ εὐεξία, καὶ ἡ ἀκρότης τε καὶ ἡ τελειότης αὐτῶν ἡ ἐπ᾽ ἄκρον ἐστὶν αὐτῶν εὐεξία. ἡ τοίνυν εἰς ἕξιν ὑγιεινὴν ἄγουσα τέχνη τὸν ἄνθρωπον

bitur, ſed robur praeterea quoddam inſigne acceperit. Sanitas namque ſecundum habitum inter ſanitatem ſecundum affectionem et bonum habitum actionibus media eſt; nam ſanitas ſecundum affectionem debiles actiones producit, bonus habitus robuſtas, ſanitas autem in habitu nondum quidem robuſtas, non amplius autem debiles. Atque ita manifeſtum eſt, quum media ſit in habitu ſanitas, ipſam ad omnes vitae actiones magis, quam ſanitatem in affectione, licet ſummam virtutem non habeat, conducere; ſoli enim bono habitui ea conceſſa eſt. Atque tu ſecundum ordinem quendam iſta cogita: primum actionis noxam, quae in morbo ſit; alterum extra noxam quidem poſitum, ſed propter imbecillitatem inutile, quod in ſanitate ſecundum affectionem conſiſtit; tertium imbecillitate liberatum, non tamen adhuc robuſtum, quod ſanitas in habitu poſſidet; poſt id quartum, ceu quaedam actionum virtus, bonus habitus, et ſummum ipſarumque perfectio exquiſite bonus habitus eſt. Ars igitur ad ſalubrem habitum hominem perducens altera utique ab

ἑτέρα δηλονότι τῆς ἰασομένης αὐτὸν ὑπάρξει, συγκεχωρημένου γε ἅπαξ τοῦ τε τὸ δεῖν ἐπὶ διαφόροις τέλεσιν διαφόρους εἶναι τὰς τέχνας, τοῦ τε τὸ δύο καθ᾽ ἕκαστον, ἑτέραν μὲν τὴν δημιουργοῦσαν, ἑτέραν δὲ τὴν διαφυλάττουσαν. ᾧ καὶ δῆλον, ὡς ἡ περὶ τέλους ἔννοια περιείληφεν ἅπασαν τὴν νῦν ἡμῖν προκειμένην ζήτησιν, καὶ διὰ τοῦθ᾽, ὅσοι τῶν ὁρισμῶν ἀπὸ τοῦ τέλους τὴν σύστασιν ἔχουσιν, οὐ σμικρὰς γεννῶσιν ἀπορίας.

Κεφ. η΄. Ἴσως οὖν ἄμεινον ἐπ᾽ αὐτὴν ἀφικόμενον τὴν οὐσίαν τῆς τέχνης ἀρχὴν τῆς ζητήσεως ἐκείνην ποιήσασθαι. τίς οὖν ἐστιν ἰατρική; εἴποι τις εἶναι ἐπιστήμην ὑγιεινῶν τε καὶ νοσερῶν. ἀλλὰ κἂν τούτῳ δόξει προχείρως εἰλῆφθαι τὸ ὑγιεινὸν, ὡς μέρος δηλονότι τῆς ἰατρικῆς ὑπάρχον. ὅθεν, οἶμαι, τῶν τἀναντία τιθεμένων ἔνιοι μόνων τῶν νοσερῶν ἐπιστήμην εἶναι συγχωρήσουσι τὴν ἰατρικήν. ἀλλ᾽ οὗτοί γε πρῶτον μὲν ἀγνοοῦσιν, ὡς ἔστι μία τῶν ἐναντίων ἁπάντων ἐπιστήμη, καὶ ὅς τις γινώσκει τὰ νοσερὰ, τοῦτον ἀνάγκη πᾶσα μὴ ἀγνοεῖν τὰ ὑγιεινά. τουτὶ μὲν ὡς μεῖζον ἢ κατ᾽ ἐκείνους παρείσθω, λεγέσθω δ᾽ ἤδη τὸ δεύτερον ὧν

ea, quae ipſum curavit, fuerit, ſemel ſcilicet hoc conceſſo, diverſorum finium artes eſſe diverſas, et ſingulorum geminam, effectricem unam, alteram conſervatricem. Ex quo patefactum eſt, finis notione univerſam praeſentem quaeſtionem comprehendi: quocirca et quaecunque definitiones a fine conſtituuntur, non exiguas ambiguitates pariunt.

Cap. VIII. Itaque melius forſitan fuerit ad ipſam artis eſſentiam tranſeuntem illam inquiſitionis principium facere. Quid igitur eſt medicina? Salubrium inſalubriumque ſcientiam quis eſſe reſponderit. Verum et iſte nimis audacter ſalubre tanquam ſcilicet medicinae partem accepiſſe videbitur; unde contrariae ſententiae nonnullos morboſorum tantummodo ſcientiam medicinam eſſe dicturos exiſtimo. At iſti primum ignorant, contrariorum omnium unam eſſe ſcientiam, et quicunque morboſa noverit, hunc et ſalubria non latere neceſſe eſt. Iſtud vero ceu eorum captu majus omittatur, et ſecundum

ἀγνοοῦσιν, ᾧ τάχα ἴσως ἀκολουθήσειεν, ὅτι μὴ περιλαμβάνεται κατὰ τὸν ὅρον τῆς ἰατρικῆς ἐξ ἀνάγκης τὸ ζητούμενον· ἔνεστι γάρ τινι διαστειλαμένῳ τὴν ὁμωνυμίαν, εἶτα δείξαντι, σωμάτων μὲν τῶν ἐχόντων ὑγείαν, καὶ σημείων τῶν δηλούντων, καὶ αἰτίων τῶν ποιούντων ἐπιστήμην εἶναι τὴν ἰατρικὴν, οὐ μὴν τῶν γε φυλαττόντων αὐτὴν ἀντιλαμβάνεσθαι κατὰ τἀναντία τοῦ προβλήματος. ἐοίκασιν οὖν οἱ τὰ τοιαῦτα σοφιζόμενοι μήτε τὸ ζητούμενον ἀκριβῶς ἐπίστασθαι, μήθ᾽ ὅτι καὶ σημεῖον ὑγιεινόν τι λέγομεν, ὃ τοῖς νοσοῦσιν ἐπιφαινόμενον ὑγείας μελλούσης ἐστὶ γνώρισμα, μήτ᾽ αἴτιον, ὃ τοῖς νοσοῦσιν προσαγόμενον ὑγιείας ἐστὶ ποιητικὸν, ὥσπερ ἀμέλει τὰ βοηθήματα σύμπαντα, μήθ᾽ ὡς καὶ τὸ δεδεγμένον ὑγίειαν σῶμα καλοῦμεν ὑγιεινὸν, ὧν πάντων ἐπιστήμην ὁ ἰατρὸς ἔχει, μηδὲ κοινωνούντων τῷ προβλήματι, πλὴν ὀνόματι. καὶ γὰρ, εἰ τῆς τῶν ὑγιαινόντων φυλακῆς ὁ ἰατρὸς ἐπιστάτης ἐστὶν, ἢ γυμναστοῦ τὸ τοιοῦτον ἴδιον, ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν προὔκειτο ζητεῖν, ὥσπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐδείχθη,

eorum, quae ignorant, explicemus, quod fortaffe certe confequetur intra medicinae definitionem non neceffario quaefitum includi; fiquidem alicui aequivocationem diftinguenti, poftea medicinam corporum fanitate fruentium, notarum indicantium, caufarum facientium, fcientiam effe demonftranti, non tamen idcirco ipfam etiam confervantia tradere atque complecti oftendere licet, contra atque propofitum poftulet. Quamobrem hujusmodi fophiftica adducentes neque quod quaeritur exacte percipere videntur, neque quodnam falubre fignum appellemus, quod fcilicet aegrotantibus adveniens futuram fanitatem portendit, neque caufam, quae corpori aegro adhibita fanitatis eft procreatrix, qualia nimirum funt univerfa remedia, neque quod corpus fanitate praeditum falubre vocamus: quorum omnium nulla cum propofito praeterquam nominis focietate junctorum medicus fcientiam habet. Etenim fanorum cuftodiae medicusne, an duntaxat gymnafta praefideat, ab initio nobis propofita quaeftio fuit; quod, quemadmodum paulo ante declaravimus, judicium

τὴν κρίσιν ἐν τῇ τοῦ τέλους ἔχειν ζητήσει. πότερον γὰρ ἁπλῶς ὑγίεια τὸ τέλος ἐστὶν τῆς ἰατρικῆς, οὐδὲν διαφέρει, εἴτε ποιοῦντός τινος αὐτὴν οὐκ οὖσαν, εἴτε φυλάττοντος οὖσαν, ἢ τὸ ποιῆσαι μὲν μόνον ἰατρικῆς ἐστιν, τὸ φυλάξαι δὲ τῆς γυμναστικῆς αὐτῆς. οὕτω καὶ περὶ γυμναστικῆς, ἆρά γε εὐεξία τὸ τέλος ἐστὶν, ἢ ὑγίεια, ἢ ποίησις ὁποτέρου τούτων, ἢ φυλακή.

Κεφ. θ'. [13] *Κινδυνεύσομεν γὰρ, ὡς ὁ λόγος ἔδειξεν, ἐὰν ὑπερβῶμεν τὴν μίαν, ἑπτὰ ποιῆσαι περὶ τὸ σῶμα τὰς τέχνας, τὴν μὲν πρώτην καὶ σαφεστάτην καὶ σχεδὸν μόνην ἀναμφισβήτητον ἰωμένην τὰ νοσήματα, δύο δ' ἄλλας, τὴν μὲν ἐκ τῆς κατὰ σχέσιν ὑγιείας εἰς τὴν καθ' ἕξιν ἄγουσαν, τὴν δὲ ἐν ταύτῃ φυλάττουσαν, καὶ δύο ἄλλας ὁμοίως περὶ τὴν εὐεξίαν, δημιουργικὴν μὲν τὴν ἑτέραν, φυλακτικὴν δὲ τὴν ἑτέραν, ἔτι τε πρὸς ταύταις ἄλλας δύο περὶ τὴν ἀθλητικὴν εὐεξίαν, ἁπλῶς μὲν γὰρ τὴν ἑτέραν τὴν κατὰ φύσιν ὀνομαζομένην εὐεξίαν, οὐχ ἁπλῶς δὲ τὴν οὐ φύσει,*

in finis exploratione habere diximus. Sanitas enim an fimpliciter medicinae finis fit ipfam abfentem acquirentis, an praefentem confervantis, nihil refert, neque fi acquirere quidem medicinae fit, confervare autem gymnafticae: fic et de gymnaftica proponi in quaeftionem poterit, num bonus habitus aut fanitas ejus finis fit, aut horum alterutrius creatio five cuftodia.

Cap. IX. Periculum enim fuerit, ut proxima demonftravit oratio, ne, fi unam excedamus, feptem circa humanum corpus artes conftituamus, primam et manifeftiffimam et pene folam controverfia carentem, eam fcilicet, quae morbos expellit; duas alias, unam a fanitate fecundum affectionem ad eam, quae eft in habitu, ducentem, alteram in ea confervantem; duas item alias circa bonum habitum pariter fefe habentes, effectricem unam, alteram, quae confervat; praeter has etiam duas circa bonum habitum athleticum verfantes; fimpliciter enim alterum naturalem bonum habitum appellamus, non fimpliciter autem eum, qui non naturalis eft, athle-

Ed. Chart. VI. [13.] Ed. Baf. IV. (289.)

τὴν ἀθλητικὴν, ἀλλ᾽ ἀεὶ μετὰ προσθήκης, ὥσπερ καὶ Ἱπποκράτης, ὁτὲ μὲν ὡδί πως λέγων, διαθέσιος ἀθλητικῆς οὐ φύσει ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων, ὁτὲ δ᾽ αὖ πάλιν, ἐν τοῖς γυμναστικοῖς αἱ ἐπ᾽ ἄκρον εὐεξίαι σφαλεραὶ, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς ἀθλητικοῖς τε καὶ γυμναστικοῖς σώμασιν· ἀκούειν γάρ σε χρὴ, γυμναστικὰ λέγεσθαι νῦν, οὐ τὰ τῶν ὁπωσοῦν γυμναζομένων, οἷον ἤτοι σκαπτόντων, ἢ ἐρεσσόντων, ἢ ἀμώντων, ἤ τι τῶν ἄλλων, ὅσα κατὰ φύσιν ἀνθρώποις ἔργα, πραττόντων· ἀλλ᾽ οἷς αὐτὸ τοῦτ᾽ ἔστιν ἀγώνισμα, τὸ γυμνάζεσθαι κατ᾽ ἀθλητικὴν τῶν ἀντιπάλων ἰσχὺν ἐπασκοῦσιν. διὰ τί μὲν οὖν ἡ τοιαύτη διάθεσις οὐ φύσει, δι᾽ ἑτέρων ἐξηγούμεθα. τὸ δ᾽ οὖν ἐκ τοῦ λόγου χρηστὸν εἰς τὰ παρόντα τοῦτ᾽ ἔστιν αὐτὸ τὸ νῦν εἰρημένον, ὡς ἑπτὰ γενήσονται περὶ τὸ σῶμα τέχναι, ἑτέρα μὲν τῆς ἄκρας εὐεξίας δημιουργὸς, ἑτέρα δὲ τῆς αὐτῆς ταύτης φυλακτική.

ticum inquam, fed cum adjectione femper, quemadmodum et Hippocrates inquit, nonnunquam fic loquens: *Affectu athletico non naturali habitus falubris melior;* interdum vero fic: *In his, qui corpora exercent, habitus ad fummum boni periculofi, in athleticis videlicet ac gymnafticis corporibus.* At de athleticis gymnafticisque vocatis corporibus nunc te intelligere oportet, non de illis, qui quomodolibet exercentur, ut de fodientibus, remos pellentibus, metentibus, aut quippiam aliud ex naturalibus hominum officiis praeftantibus, fed de illis, quibus id ipfum ftudium eft, ut contra athleticas adverfariorum vires exercendo fefe muniant. Quare autem hujufcemodi affectio naturalis non fit, alio loco expofuimus. Ex hac igitur oratione, quod optime ad praefens negotium facit, id ipfum eft, quod proxime diximus, circa humanum corpus feptem artes futuras, unam praetereuntibus, vel per Jovem et novem; cur enim non convenit duas alias artes ftatuere, alteram quidem exquifite boni habitus effectricem, alteram vero ejus ipfius cuftodem, quodque altera eft exquifite bonum

ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς τῶν γυμναστικῶν εὐεξίας, ὅτι χρὴ φεύγειν τε καὶ δεδιέναι τὴν ἀκρότητα, πρὸς Ἱπποκράτους εἴρηται σαφέστατα. τῆς δ' ἁπλῶς λεγομένης εὐεξίας τῆς κατὰ φύσιν οὐχ ὅπως φυλάττεσθαι προσήκει τὸ ἄκρον, ἀλλὰ καὶ παντὶ τρόπῳ σπουδάζειν. οὕτως αἱ σύμπασαι γένοιντ' ἂν ἐννέα περὶ τὸ σῶμα τέχναι, καὶ τούτων ἑπτὰ μὲν, ὡς ἂν καὶ ἐπαινέσειέ τις, αἱ δύο δ' αἱ λοιπαὶ κακοτεχνίαι δηλονότι; καθάπερ καὶ ἡ κομμωτική. ταύτας μὲν οὖν, εἰ βούλει, παραλίπωμεν, ἐπέλθωμεν δ' αὖθις τὰς ἑπτὰ, τὴν μὲν πρώτην ἁπασῶν, ἣν ἰᾶσθαι τὰς νόσους ἐλέγομεν, ἄλλας δ' ἐφεξῆς αὐτῇ, δύο μὲν περὶ τὴν καθ' ἕξιν ὑγίειαν, δύο δὲ περὶ τὴν εὐεξίαν, καὶ δύο ἄλλας περὶ τὴν ἄκραν εὐεξίαν. ἤδη μὲν οὖν καὶ τοῦτο εὔδηλον, ὡς, εἰ καί τις θείη περὶ τὸ σῶμα τέχνην ἓν ἔχουσαν δηλονότι τὸ τέλος, ἀναγκαῖόν ἐστιν τοῦτον μέχρι τῶν ἑπτὰ προϊέναι, καὶ ὡς οὐδὲν ἄλλο τὸ τέλος τοῦτ' ἔστιν παρὰ τὴν ὑγίειαν.

Κεφ. ι'. Ἄμεινον δ' ἴσως ἀκριβέστερον ἐπεξελθεῖν τῷ λόγῳ, πρῶτον μὲν τοῦτο ἀναμνήσαντας, ὃ μηδεὶς ἀγνοεῖ,

habitum efficiens, altera confervans? Quod vero gymnaftici boni habitus fummitatem fugere vererique oporteat, ab Hippocrate clariffime teftatum eft; fed fimpliciter boni habitus appellati, qui fecundum naturam eft, fummum non folum vitare non convenit, imo totis viribus ad ipfum niti decet. Itaque omnes circa corpus noftrum artes novem fuerint; quarum feptem quis laudare poterit, reliquas duas potius vitiofas artes appellaverit, qualis et illa eft, quae comptoria dicitur. Has igitur, fi placet, dimittentes iterum feptem reliquas enumeremus, omnium primam, quam morbos pellere dicebamus, alias vero deinceps, duas circa fanitatem in habitu, duas circa bonum habitum, duas circa fumme bonum habitum. Jam fane et ex his patet, nifi quis circa corpus artem unum habentem finem ftatuat, eum ad feptem usque artes accedere neceffe effe, nihilque aliud hunc finem effe, quam fanitatem.

Cap. X. Sed melius forfitan fuerit accuratiorem fermonem facere, illud in primis, quod nemo ignorat,

τὰς μὲν κακοτεχνίας τὸ φαινόμενον ἀγαθὸν ἐκποριζομένας ἑκάστῳ τῶν ὄντων, [14] τὰς τέχνας δὲ τὸ κατ᾽ ἀλήθειαν ἐν αὐτοῖς ὑπάρχον, ἐφεξῆς δὲ τούτῳ λέγοντας, ὡς, εἴπερ ἡ κομμωτικὴ καλουμένη νόθου κάλλους ἐστὶ δημιουργός, αὕτη μὲν ἂν εἴη κακοτεχνία τε καὶ κολακεία, τέχνη δέ τις ἑτέρα συστήσεται περὶ τὸ γνήσιόν τε καὶ ὄντως ἀληθινὸν κάλλος, ὅπερ ἐστὶν εὔχροιά τε καὶ εὐσαρκία καὶ συμμετρία τῶν μορίων, ἃ τῇ κατὰ φύσιν εὐεξίᾳ συμβέβηκεν. καὶ νὴ Δία ἄλλον μὲν λόγον τῆς γυμναστικῆς διωρισάμεθα, καὶ νῦν δ᾽ ἂν ἴσως ἐπὶ κεφαλαίων οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον ὑπὲρ αὐτῶν εἰπεῖν, ἀρχὴν τῷ λόγῳ τήνδε ποιησαμένους.

Κεφ. ιά. Ἤτοι γὰρ τὸ κατὰ φύσιν ἐνεργεῖν ἑκάστῳ τῶν μορίων ὑγιαίνειν ἐστὶν, ἢ τοῦτο μὲν ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τῇ κατὰ φύσιν τοῦ σώματος κατασκευῇ, τὸ δ᾽ ὑγιαίνειν αὐτὸ τοῦτ᾽ ἔστι τὸ κατὰ φύσιν κατεσκευάσθαι. τούτων ὁπότερον ἂν ἐθελήσῃς ὑποθέμενος ὑγίειαν, (οὐδὲν γὰρ εἰς τὰ παρόντα διαφέρει,) τῶν ἑξῆς λόγων οὕτως ἄκουε προσέχων

memoria repetentem, improbas artes apparens bonum unicuique eorum, quae funt, artes autem verum ipfis inhaerens bonum comparare, ac deinceps dicentem, quod, fi vocata comptoria adulterinam pulchritudinem conciliat, haec utique ars vitiofa adulatrixque fuerit, altera vero quaedam ars circa legitimam veramque prorfus pulchritudinem verfabitur, quae in vegeto colore, carnis moderata copia membrorumque congrua proportione confiftit, quae naturalem bonum habitum confequuntur. Sed de gymnaftico bono habitu alibi feorfum verba feci; nunc autem et fortaffe de eodem per capita loqui melius fuerit id fermoni principium ftatuentem.

Cap. XI. Sive enim fecundum naturam operari unicuique membrorum idem quod bene valere eft, five id neceffario naturalem corporis apparatum confequitur, ipfumque bene valere nihil eft aliud, quam fecundum naturam inftructum effe, iftorum utrumvis fanitatem conftituens, (nihil enim noftra intereft,) fequentem oratio-

Ed. Chart. VI. [14.] Ed. Baſ. IV. (289. 290.)

τὸν νοῦν. πότερα τοῦ κατεσκευάσθαι κατὰ φύσιν ἕκαστον τῶν μορίων, ἢ τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ χρήζομεν; ἐμοὶ μὲν πάντες δοκοῦσιν οὐδ᾽ ἂν ὅλως θελῆσαι μόριον ἔχειν οὐδὲν ἀργὸν ἔργου τινὸς, οὔτ᾽ οὖν ὀφθαλμοὺς μὴ βλέποντας, οὔτε ῥῖνας ὀσμᾶσθαι μὴ δυναμένας, οὔτε σκέλη μὴ βαδίζοντα, οὔτ᾽ ἄλλο τῶν πάντων οὐδὲν ἢ μηδ᾽ ὅλως ἐνεργοῦν, ἢ κακῶς ἐνεργοῦν. οὐδενὸς γὰρ ἁπάντων, ὧν χρήζομεν, ἀτελοῦς χρήζομεν, οὔτ᾽ οἰκίας, οὔθ᾽ ὑποδήματος, οὔτε σκίμποδος, οὔθ᾽ ἱματίου, ἀλλ᾽ ἅμα τε χρήζομεν καὶ τελείου χρήζο(290)μεν. οὕτως οὖν οὐδὲ τοῦ περιπατεῖν ἀσθενῶς καὶ ἀῤῥώστως, οὐδὲ τοῦ βλέπειν ἢ ἀκούειν ἀμβλέως, οὔτ᾽ ἄλλου τῶν πάντων οὐδενὸς ἐλλιποῦς ὀρεγόμεθα. τίς γὰρ εὐχροιαν, ἢ εὐσαρκίαν, ἢ κάλλος ἁπλῶς τοῦ σώματος, ἢ ῥώμην ἐλλιπῆ σχεῖν εὔχεται; καὶ μὴν, εἴπερ οὐκ ἐλλιποῦς ἐνεργείας, ἀλλὰ τελείας χρήζομεν, οὐδὲ τῆς κατασκευῆς τοῦ σώματος, ἀφ᾽ ἧς ἐνεργοῦμεν, ἐλλιποῦς δεησόμεθα. τούτων δ᾽ ἦν θάτερον ὑγίεια· δῆλον οὖν ὡς οὐδεὶς ἀτε-

nem ita animum advertens accipito. Numquid naturali cujusque membri apparatu, an ejus opera indigemus? Mihi profecto ita perſuadeo, neminem membrum ignavum officioque proprio carens habere velle, neque igitur caecutientes oculos, neque nares odorari nequeuntes, neque crura torpentia, neque aliud quodpiam membrorum aut nihil penitus, aut depravate agens, habere cupiat: nullo enim eorum omnium, quibus egemus, imperfecto egemus, neque domo, neque calceo, neque ſcamno, neque veſte, ſed ſimul egemus, et perfecto egemus. Itaque infirme debiliterque ambulare non petimus, neque obtuſe cernere, vel audire, neque aliud quicquam deficiens mancumque expetimus. Quis enim coloris bonitatem, carnis molem, aut abſolute corporis pulchritudinem roburve imperfecta deſiderat? Quocirca, ſi actionem non depravatam, ſed perfectam requirimus, neque corporis conſtitutionem, a qua operamur, imperfecte votis expoſcemus; atque ita quum horum alterutrum ſanitas ſit, nullus procul dubio mutilam ſani-

λοῦς ὑγιείας, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα τελειοτάτης ἅπαντες χρήζομεν.

Κεφ. ιβ'. Εἰ μὲν οὖν ἄλλο τι τὴν εὐεξίαν οἴεταί τις εἶναι παρὰ τὴν τελείαν ὑγίειαν, ἄλλην μὲν τέχνην ὑγιείας, ἄλλην δ' εὐεξίας ζητείτω· εἰ δὲ ἓν καὶ ταὐτόν ἐστιν ἄμφω, μίαν ἀνάγκη καὶ τέχνην εἶναι. πῶς οὖν ἓν καὶ ταὐτόν ἐστιν εὐεξία τε καὶ ἡ παντελὴς ὑγίεια; πρῶτον, εἴπερ τὴν ταύτης αἰτίαν κατασκευὴν τὴν αὐτὴν δήπου καὶ τῆς εὐεξίας εἶναι πεπιστεύκαμεν, ἄμφω ταὐτὸν ἔσται· δεύτερον δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας. εὐεξία μὲν γὰρ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ εὖ ἔχουσα ἕξις, ἡ δὲ ἕξις διάθεσίς ἐστι μόνιμος, ὥστε, οὗπερ ἕξις, τούτου καὶ εὐεξία, πρός τι δ' ἄμφω. λέγεται δ' οὖν τις ἕξιν ἔχειν ἐν γραμματικῇ, καὶ ἄλλος ἐν ἀριθμητικῇ, καὶ ἄλλος ἐν γεωμετρίᾳ, καὶ ἄλλος ἐν ἀστρονομίᾳ, καὶ καθ' ἕκαστον τῶν ὄντων, ὅταν ἡ διάθεσις δύσλυτος ᾖ, ἕξις ὀνομάζεται. [15] διαφερέτω δὲ μηδὲν ἔν γε τῷ παρόντι, διάθεσιν ὀνομάζειν, ἢ σχέσιν. εἴπερ οὖν, οὗπερ ἕξις, τούτου

tatem, sed quam fieri potest absolutissimam firmissimamque exoptaverit.

Cap. XII. Igitur, si aliud quidpiam bonum habitum a perfecta sanitate quis autumet, aliam sanitati, aliam bono habitui artem praeficiat: sin unum atque idem utrumque est, unam et utrique artem praesidere necesse est. At quomodo unum idemque bonus habitus atque absoluta sanitas fuerit? Primum, si apparatum hujusce causam eundem et boni habitus esse crediderimus, ambo idem erunt; secundo ex ipsa essentia id percipiemus. Bonus siquidem habitus nihil est aliud, quam bene se habens habitus: habitus autem affectio stabilis est: quare, cujus est habitus, ejus est etiam bonus habitus, ambo vero ad aliquid sunt. Dicitur itaque aliquis in grammatica habitum habere, alius in arithmetica, in geometria alius, alius in astronomia, et in re qualibet, quum affectio bene adhaerens altiusque defixa fuerit, habitus nominatur. Nihil autem in praesentia referat affectionem aut habitudinem appellare. Quamobrem, si et ejus est

καὶ εὐεξία, τινὸς δὲ ἡ ἕξις δηλονότι, καὶ ἡ εὐεξία τινὸς, καὶ τοῦ αὐτοῦ γε, οὗ καὶ ἡ ἕξις. ἀλλ' ἡμῖν νῦν οὐ περὶ τῆς γεωμετρικῆς ἕξεως, ἢ μουσικῆς, ἢ γραμματικῆς, ἀλλὰ περὶ τῆς ὑγιεινῆς ὁ λόγος ἐστίν. οὐκοῦν, ὅταν εἴπωμεν εὐεξίαν, οὐ γραμματικὴν, ἢ μουσικὴν, ἢ γεωμετρικὴν, ἀλλ' ὑγιεινὴν λέγομεν. εὐθὺς δὲ αὐτὸ τοῦτο παρορῶσιν οἱ πολλοὶ καὶ νομίζουσιν, τὸ τῆς εὐεξίας ὄνομα τῷ τῆς ὑγιείας ὁμοίως λέγεσθαι. καίτοι τὸ μὲν τῆς ὑγιείας ὄνομα διαθέσεώς τινός ἐστιν, τὸ δὲ τῆς εὐεξίας οὐχ ἁπλῶς τὴν διάθεσιν, ἀλλὰ τὸ κατ' αὐτὴν ἄριστόν τε καὶ μόνιμον ἐνδείκνυται. ἀρίστη ἐστὶν ἕξις ἐκείνης τῆς διαθέσεως, ἣν ὑγίειαν ὀνομάζομεν, ἡ εὐεξίαν. οὐκοῦν (αὖθις γάρ που καὶ αὖθις ἀνάγκη ταὐτὸν εἰπεῖν, εἰ μέλλει τις ἐξαιρήσεσθαι τῶν πολλῶν ἄγνοιαν παλαιὰν,) οὔτε διαθέσεως, οὔτε κατασκευῆς, οὔτ' ἐνεργείας ἐστὶ τὸ τῆς εὐεξίας ὄνομα δηλωτικὸν, ὥσπερ οὖν οὐδὲ τὸ τῆς ἕξεως, ἀλλὰ τοῦτο μὲν αὐτοῦ μόνου τοῦ

bonus habitus, cujus eſt habitus, alicujus autem habitus eſt, alicujus ergo et bonus habitus erit, et ejusdem, cujus habitus. At nobis in praeſentia non de geometrico, muſico, aut grammatico, ſed de ſalubri habitu ſermo proponitur. Quum bonum igitur habitum dicemus, non grammaticum, muſicum, aut geometricum, ſed ſalubrem habitum dicemus. Atqui ſtatim id ipſum vulgares negligunt, et boni habitus ſanitatisque nomina idem ſignificare arbitrantur, quum tamen ſanitatis nomen affectionis cujusdam nomen ſit, boni vero habitus nomen non affectionem ſimpliciter, ſed quod in ea optimum permanensque eſt maniſeſtat: quandoquidem ejus affectionis, quam ſanitatem dicimus, praeſtantiſſimus habitus eſt bonus habitus. Non igitur (idem enim iterum atque iterum inculcare neceſſe eſt, quum quis multorum inveteratam ignorantiam ſtirpitus evellere cupiat) non, inquam, affectionem, non conſtitutionem, non actionem boni habitus nomen ſignificat, quemadmodum neque ſimpliciter habitus, ſed habitus quidem ſolam ipſam permanentiam ſtabilitatemque

δυσλύτου τε καὶ μονίμου τῆς διαθέσεως, ἡ δ' εὐεξία πλέον οὐδὲν αὐτῷ προστίθησι τοῦ εὖ. σύγκειται οὖν ἐκ τοῦ τῆς ἕξεως ὀνόματος τὸ εὖ προσλαβόντος, ὅπερ εἰώθαμεν ἐπαινοῦντες ἅπασιν ἐπιφέρειν, ὅσα καλῶς καὶ κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρετὴν διάκειται. τίνος οὖν ὀρεγόμεθα, καὶ τί τῷ σώματι διὰ παντὸς ὑπάρχειν βουλόμεθα; πότερον διάθεσιν ὑγιεινὴν αὐτὸ τοῦτο μόνον ἴσχειν, ἢ τοῦτό γε παραπλήσιον τῷ ζητεῖν, ἆρά γε οἰκίας μοχθηρᾶς καὶ μελλούσης ὅσον οὔπω καταπεσεῖν χρήζομεν, ἢ καὶ πρὸς τὴν χρείαν, ἧς ἕνεκα γέγονεν, ἄριστα διακειμένης καὶ ὡς ἔνι μάλιστα πολυχρονιωτάτης; οὐδεὶς γάρ ἐστιν οὔτ' ἐλλιπῶς οὔτ' ὀλιγοχρονίως ὑγιαίνειν βουλόμενος. ἀλλ' οὐδ' ἐστί τις ὅλως τέχνη σκοπὸν ἔχουσα τὸ χεῖρόν τε καὶ ὀλιγοχρονιώτερον, ἀλλ', ὅπερ ἂν ἐκ τῆς αὐτῆς ὕλης ἄριστόν τε μέλλῃ καὶ πολυχρονιώτατον ἔσεσθαι, τοῦτο ταῖς ποιητικαῖς ἁπάσαις τέχναις ὁ σκοπός. οὐ μὴν οὐδὲ τέλος ἄλλο τι παρὰ τὴν ἐπιτυχίαν ἐστὶ τοῦ σκοποῦ, καὶ δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων,

affectionis oftendit: bonus vero habitus nihil ei plus quam bonitatem adjicit. Igitur ex hoc nomine habitus, et ex hac adjectione, bonus, componitur, quam omnibus, quae laudamus, apponere confuevimus, quaecunque probe et fecundum propriam fuam virtutem conftituta funt. Quid igitur appetimus, aut quid noftro corpori prorfus ineffe precamur? numquid falubrem affectionem id ipfum folum? an hoc idem eft, ac fi quaeras, num infirmas aedes ac propediem ruituras expetimus? aut ultra ufum, cujus caufa ftructae funt, elegantiffime quoque compofitas, et quam longiffimo tempore duraturas? Nemo profecto reperiatur, qui non integre et non longi temporis fpatio fanitate frui percupiat. Quin etiam nulla omnino ars eft, quae fibi id, quod deterius eft ac brevioris temporis, proponat, fed quod in eadem materia eft optimum atque longiffimo temporis curriculo permanfurum. Id fane omnibus effectivis artibus propofitum eft; neque etiam finis plane aliud quippiam, quam propofiti confequutio fuerit. Atque jam ex dictis aper-

ὡς καὶ τέλος ἕν ἐστιν τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης καὶ σκοπὸς εἷς. εἴτ᾽ οὖν ἀρτιότητά τις ἐθέλει τὸν σκοπὸν τοῦτον ὀνομάζειν, εἴτ᾽ εὐεξίαν, εἴθ᾽ ὑγείαν, εἴτε τὴν κατὰ φύσιν κατασκευὴν τοῦ σώματος, εἴτε τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν, εἴτε διάθεσιν, ἢ κατασκευὴν, ἀφ᾽ ἧς ἐνεργοῦμεν τελέως ταύτας τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας, οὐδὲν εἴς γε τὰ παρόντα δέομαι διαιρεῖν.

Κεφ. ιγ΄. Ἓν γάρ μοι πρόκειται δεῖξαι, τὸ πᾶσαν τέχνην καὶ σκοποῦ καὶ τέλους ἐφίεσθαι. τέλος δ᾽ ἐν ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἕν, ὅπερ οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν, ἢ τὸ κατ᾽ ἐκείνην τὴν οὐσίαν ἀγαθόν. ἀμπέλου γοῦν οὐκ ἄλλο μὲν τελειότης, ἄλλο δὲ τὸ ἀγαθὸν, οὐ μὴν οὐδ᾽ ἄλλο τι παρὰ τοῦτο πρόκειται σκοπεῖσθαι τῇ περὶ τὰς ἀμπέλους τέχνῃ, καθάπερ οὐδὲ τῇ περὶ τὰς ἐλαίας, ἀλλὰ καὶ ἥδε τὴν τελειότητα τῆς τῆς ἐλαίας φύσεως ἔχει τὸν σκοπόν. ἓν δή τι τῶν ὄντων ἐστὶ τό τ᾽ ἀνθρώπου σῶμα, καί τίς ἐστιν καὶ τοῦδε πάντη τελειότης, ἣν καὶ παροῦσαν φυλάττειν, καὶ

tum est, artis circa corpus versantis finem esse unum propositumque unum: sive propositum hoc quispiam integritatem nominet, sive bonum habitum, sive sanitatem, sive naturalem corporis constitutionem, sive naturalem actionem, aut affectum, aut constitutionem, per quam integre atque absolute his naturales functiones obimus, nihil in praesentia distinguere opus est.

Cap. XIII. Siquidem unum mihi ostendendum proponitur, omnes videlicet artes propositum finemque appetere, finem vero uniuscujusque rei unum esse, qui nihil aliud sit, quam secundum illam substantiam bonum. In vite igitur non aliud quidem perfectio est, aliud vero bonum, neque aliud praeter id quippiam ars vitium cultum tradens sibi speculandum proponit. Itidem et ars oleas excolere docens olearum naturae perfectiones sibi propositum statuit. Verum enim vero una quaedam res est humanum corpus, et quaedam quoque hujusce omnino perfectio est, quam et praesentem custodire, absentem

ἀποῦσαν ἀνασώζεσθαι πρόκειταί τινι τέχνῃ. [16] ταύτης δ᾽ εἴπερ τι κατωτέρω ποιήσομεν ἕτερον τέλος, ὁ προειρημένος ἡμᾶς ἐκδέξεται λόγος. ἔσται γὰρ ἡ μὲν τῆς εὐεξίας, ἡ δὲ ἄκρας εὐεξίας, ἑτέρα δὲ τῆς ὑγιεινῆς ἕξεως, καὶ τετάρτη τις ἄλλη τέχνη σχέσεως ὑγιεινῆς δημιουργὸς, ἔξωθεν δὲ τούτων ἄλλη πέμπτη τῆς ἀθλητικῆς εὐεξίας. εἰ δὲ καὶ δημιουργεῖν μὲν ἄλλαις τὰ τέλη, φυλάττειν δ᾽ ἄλλαις ἐπιτρέψομεν, οὐ ταύτας μόνον, ἀλλὰ καὶ σὺν αὐταῖς ἄλλας τοσαύτας ἐπιζητήσομέν τε καὶ συστησόμεθα περὶ τὸ σῶμα τέχνας.

Κεφ. ιδ΄. Ὧι καὶ δῆλον, ὡς οὔτε πολλὰ τὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ χρὴ ποιεῖν, οὔτ᾽ ἄλλην μέν τινα αὐτοῦ δημιουργὸν, ἄλλην δὲ φύλακα. τῷ μὲν δὴ σκοπεῖσθαι δυναμένῳ διὰ κεφαλαίων τὸ σύμπαν οὐδὲν ἔτι προσδεῖ· τῷ δὲ τοῦτο μὴ δυναμένῳ δρᾷν, ἢ καὶ πάντ᾽ ἐξαλεῖψαι τῆς διανοίας, ὅσα τοῖς κακῶς ὑπειλημμένοις ἕπεται, δεομένῳ, παμπόλλων ἔθ᾽ ἡγοῦμαι δεῖν. ὅτι τε γὰρ οὐχ ἕν ἐστιν τὸ τοῦ σώματος ἀγαθὸν, ἀλλὰ καὶ ὑγίειά τε καὶ ῥώμη καὶ κάλλος, ὅτι τε δυνατὸν ἑτέραν μὲν εἶναι δημιουργὸν τοῦ-

revocare alicujus artis officium eſt. Hujus autem ſi alterum quendam inferiorem finem conſtituam, antedictus nos excipiet ſermo: erit enim haec boni habitus, illa ſumme boni habitus, alia ſalubris habitus, et quarta insuper ars ſalubris habitudinis opifex, et praeter has athletici boni habitus effectrix quinta. Quod ſi aliis quidem artibus fines inducere, aliis autem eos conſervare permiſerimus, non has modo, verum etiam alias totidem circa corpus artes inveſtigabimus conſtituemusque.

Cap. XIV. Ex quo efficitur, neque multa corporis bona eſſe ponenda, neque aliam ejusdem opificem, aliam vero cuſtodem artem eſſe ſtatuendam. Ei ſane, qui poteſt omnia per capita contemplari, non pluribus opus eſt; qui vero id facere nequeat, vel ét omnia ex animo delere, quaecunque ex male perceptis ſequuntur, opus habeat, longiore, puto, adhuc oratione indiget. Illa ſane confutanda ſunt, quod non unum ſit corporis bonum, ſed omnia haec, ſanitas, robur et pulchritudo, quodque ars

του τέχνην, ἑτέραν δὲ φυλακτικὴν, καὶ ὅσα ἄλλα τούτοις ἑπόμενα κακῶς ἐγνώκασιν ἔνιοι, διελέγξαι χρή. καὶ πρῶτόν γε, ὅτι τοῦ σώματος ἓν ἀγαθόν ἐστιν, διελθεῖν ἄμεινον πρώτως τε καὶ κυρίως λεγόμενον, ἐφ᾽ ὃ πάντα τὴν ἀναφορὰν ἔχει. τὰ δ᾽ ἄλλα τὰ λεγόμενα σώματος ἀγαθὰ, τὰ μὲν ὡς μόρια ἐκείνου λέγεται, τὰ δ᾽ ὡς αἴτια, τὰ δ᾽ οἷον καρπός τις. ὥσπερ γὰρ τὸ κάλλος ἥ τ᾽ εὔχροια καὶ ἡ εὐσαρκία καὶ ἡ συμμετρία, καθάπερ καὶ ἄλλα τινὰ, συμπληροῖ, τί κωλύει καὶ τὸ τοῦ σώματος ἐξ ὑγείας καὶ ῥώμης καὶ κάλλους συμπληροῦσθαι; τί δὲ κωλύει πάλιν αὐτοῦ μὲν τοῦ σώματος ἀγαθὸν εἶναι τὴν ὑγίειαν, οἷον δὲ καρπόν τινα τὸ κάλλος αὐτοῦ καὶ τὴν ἐνέργειαν ὑπάρχειν; τί δὲ κωλύει, τὴν μὲν ἐνέργειαν εἶναι τὸ πρῶτον ἀγαθὸν τοῦ σώματος, αἰτίαν δ᾽ αὐτοῦ τὴν ὑγίειαν; οὐ γὰρ ἐξ ἄλλων μέν τινων ὑγιαῖνον ἀκριβῶς ἔσται σῶμα, δι᾽ ἄλλων δ᾽ ἰσχυρὸν, ἢ καλὸν αὐτὸ μέλλει ποιήσειν· εὐθὺς δὲ τοῦτο καὶ ἀκριβῶς ὑγιεινόν.

una id procreare poſſit, altera conſervare, et quaecunque alia ab his orientia nonnulli perperam decreverunt: atque in primis unum eſſe corporis bonum primarie et proprie dictum, ad quod reliqua omnia referuntur, explicare melius eſt: alia vero corporis bona vocata, nonnulla ut partes illius dicuntur, alia ut cauſae, alia ut fructus quidam. Quemadmodum enim pulchritudinem vividus color, moderata carnis moles, membrorum commoderatio et alia quaedam integrant, quidni et corporis bonum ex ſanitate, robore et pulchritudine conſletur? Item quid prohibet ipſius corporis bonum eſſe ſanitatem, ſed veluti fructum quendam ejus pulchritudinem et actionem? Quid obſtat praeterea primum corporis bonum actionem eſſe, ejus vero cauſam ſanitatem? Neque enim per alia exquiſite ſaneſcet corpus, per alia robuſtum aut pulchrum evadet: ſtatim vero id etiam exacte ſalubre eſt.

Κεφ. ιε΄. Ὥστε καὶ διὰ τοῦτο μία τέχνη περὶ τὸ σῶμα. τὰ γὰρ αὐτὰ πράττοντες ἰσχυροί τε ἅμα κατὰ τὰς ἐνεργείας ἐσόμεθα, καὶ καλλίους ὀφθῆναι, καὶ ὑγιεινότεροι, καὶ εὐεκτικώτεροι, καθάπερ εἰ καὶ σφαλείημέν τι περὶ τὸ σῶμα, καὶ τῶν ἐνεργειῶν τὴν ῥώμην καταλύσομεν, καὶ τῷ κάλλει λυμανούμεθα, καὶ τὴν εὐεξίαν καθαιρήσομεν, καὶ τὴν ὑγίειαν μειώσομεν· ἅπαντα γὰρ ταῦτα συναυξάνεταί τε καὶ συμμειοῦται προσηκόντως. ἡ γάρ τοι κατὰ φύσιν ἐνέργεια δεῖται τῆς κατὰ φύσιν τοῦ σώματος κατασκευῆς, ὑφ᾿ ἧς γίνεται, λόγον αἰτίας ἐχούσης πρὸς αὐτήν. ὥστ᾿ οὐκ ἐνδέχεται πρότε(291)ρον τὸ μὲν ἕτερον αὐτῶν εἶναι, τὸ δ᾿ ἕτερον μὴ παρεῖναι. καὶ μὲν δὴ καὶ συναυξάνεται καὶ συμμειοῦται ἀμφότερα. βελτίω μὲν δὴ γινόμενα, τὸ μὲν εὐεξία, τὸ δὲ ῥώμη κέκληται. τὸν αὐτὸν γὰρ καὶ ἡ ῥώμη πρὸς τὴν ἐνέργειαν ἔχει λόγον, ὅνπερ ἡ εὐεξία πρὸς τὴν ὑγείαν. ἑκάτερον γὰρ ἑκατέρῳ γίνεται, καὶ ὥσπερ ἡ εὐεξία τινός ἐστιν, οὕτως καὶ ἡ ῥώμη. τῆς μὲν γὰρ κατὰ φύσιν, εἴτε κατασκευῆς,

Cap. XV. Quare et ex hoc unam circa corpus artem esse convincitur: eadem enim facientes simul et robusti ad agendum erimus, et visu pulchriores, et salubriores, meliorisque habitus efficiemur; quemadmodum contra, si qua in corpus noxa inciderit, et actionum firmitas labascet, et pulchritudo marcescet, et bonus habitus tolletur, sanitasque ipsa violabitur: haec enim omnia merito simul augentur, simulque decrescunt. Naturalis etenim actio naturali corporis eget apparatu, a quo rationem causae erga ipsam habente producitur. Quocirca illud fieri non potest, ut istorum alterum adsit, alterum vero absit: ambo praeterea haec simul augentur atque decrescunt: quumque in melius proficiunt, hic bonus habitus, ille robur appellatur; eadem namque ratione robur actioni, qua bonus habitus sanitati, comparatur, utrumque enim ab utroque producitur, sicutque alicujus bonus habitus est, ita et robur; naturalis nam-

Ed. Chart. VI. [16. 17.] Ed. Baf. IV. (291.)

εἴτε διαθέσεως [17] ὀνομάζειν ἐθέλοις, ἀρετή τις ἡ εὐεξία, τῆς δὲ ἐνεργείας ἡ ῥώμη. ταὐτὸν δ᾽ ἀρετή τε καὶ τελειότης ἐστὶν καὶ τὸ καθ᾽ ἕκαστον τῶν ὄντων ἀγαθὸν, ὅπερ αὐτοῦ πρώτως τε καὶ ἁπλῶς ἀγαθὸν ὀνομάζεται. καὶ μὲν δὴ καὶ χείρω γίγνεται διὰ τῶν αὐτῶν ἀμφότερα. καὶ ἡ μὲν ὑγιεινὴ διάθεσις, ὥσπερ ἔμπροσθεν εἴπομεν, εὐεξία προσαγορεύεται, εἰ δ᾽ αὖ τις ἐνεργῶς ἀσθενὴς, ῥώμης ἀῤῥωστία τε καὶ ἀσθένεια. καὶ δὴ καὶ κάλλος μὲν τοῖς προτέροις, αἶσχος δὲ τοῖς δευτέροις ἐξ ἀνάγκης ἕπεται. πάντ᾽ οὖν ταῦτα καὶ συναύξεται, καὶ συμμειοῦται, καὶ τελειοῦται, καὶ καθαιρεῖται πάνθ᾽ ἅμα, καὶ τὸ βλάπτον ὁτιοῦν ἓν ἐξ αὐτῶν εὐθὺς καὶ τἄλλα σύμπαντα βλάπτει, τό τ᾽ ὠφελοῦν ὡσαύτως ἅπαντα ὠφελεῖ. καὶ δῆλον, ὡς καὶ διὰ τοῦτο μίαν ἀνάγκη τέχνην εἶναι περὶ σύμπαντα ταῦτα. τί δὴ τούτων ἐστὶ τὸ πρῶτόν τε καὶ ἁπλῶς ἀγαθὸν τοῦ σώματος, οὐδὲν μὲν ἐγείρει, τό γε νῦν εἶναι, λέγειν, ἵνα δὲ μηδὲ τοῦτ᾽ ἐνδέῃ, προσθήσω. σώματος

que ſive apparatus, ſive actionis, utcunque vocare libet, virtus quaedam eſt bonus habitus, actionis vero naturalis virtus robur eſt, idem autem eſt virtus, perſectio et cujusque rei bonum, quod illius primum atque ſimpliciter bonum nominatur. Ambo ſane et propter eadem deteriores melioresve redduntur; bonus namque habitus ſalubris, ut ante dictum eſt, affectio nominatur. Si quis rurſus manifeſte debilis ſit, roboris infirmitas imbecillitasque dicetur: pulchritudo praeterea priora, poſteriora deformitas neceſſario comitatur. Haec plane omnia ſimul creſcunt, ſimul minuuntur, et perſiciuntur ſimul omnia, ſimulque delentur; quodque iſtorum unum laeſerit, quicquid fuerit, ſtatim et reliqua omnia laedit; contra quod juvat, pariter et omnia juverit. Atqui ex dictis jam unam circa haec omnia artem neceſſario verſari eluceſcit. Quod iſtorum autem princeps ſimpliciterque corporis bonum ſit, nihil in praeſentia attinet dicere; ſed tamen, ne id quoque ſermoni deficiat, ſubjungam. Corporis

ἀγαθὸν ἁπλῶς καὶ πρῶτον, οὗ μάλιστα δεόμεθα, τελειότης τῆς ἐνεργείας ἐστὶν, ὅπερ δὴ ῥώμην τε καὶ ἰσχὺν ὀνομάζουσιν, ἐλλειπτικῶς ἑρμηνεύοντες· ἐχρῆν γὰρ αὐτοὺς, οὐ ῥώμην ἁπλῶς, ἀλλ' ἐνεργείας ῥώμην, οὐδ' ἰσχὺν ἁπλῶς, ἀλλ' ἐνεργείας ἰσχὺν εἰπεῖν. ἑξῆς δὲ τούτων δεύτερον οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ καθ' ἑαυτὸ τοῦ σώματος ἀγαθὸν, ἀλλ' ὅτι γε τὸ πρῶτόν τε καὶ καθ' ἑαυτὸ τοιούτου δεῖται πάντως εἰς γένεσιν. οἷον ἡ τῆς ὑγιείας ἐστὶν εὐεξία, ἣν καὶ αὐτὴν πάλιν ἐλλειπτικῶς ὀνομάζοντες ἀφορμὴν σοφισμάτων παρέχουσιν· δέον γὰρ εὐεξίαν ὑγείας εἰπεῖν, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἁπλῶς εὐεξίαν ὀνομάζουσιν. ἕπεται δ' ἐξ ἀνάγκης τῇδε τὸ κάλλος, ἄλλο τι γένος· ἕπεται ἐκείνοις τρίτον ἀγαθὸν σώματος. ὥστε οὔτε ὁμογενῆ τὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ, καθάπερ οὐδὲ τὰ τῆς ψυχῆς, οὔθ' ὁμοίως λέγεται ἅπαντα, ἀλλὰ τὸ μὲν ὡς πρῶτόν τε καὶ καθ' ἑαυτὸ, τὸ δ' ὡς αἴτιον ἐκείνου, τὸ δ' ὡς ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενον. τίνος οὖν τούτων τῶν τριῶν ἡ περὶ τὸ σῶμα τέχνη πρώτη ἐστὶ δη-

bonum abfolutiffimum atque primarium, quo egemus potiffimum, actionum perfectio eft, quod fane robur vimque imperfecte enunciantes nominant, fiquidem eos oportebat non robur fimpliciter, fed actionum robur, neque vim fimpliciter, fed actionum vim nuncupare. Deinceps vero poft fecundum non fimpliciter neque per fe corporis bonum, fed quoniam primo et per fe hujusmodi bono ad fui creationem actionum robur indiget, fanitatis eft bonus habitus, quem et ipfum iterum imperfecte nominantes cavillationibus anfam praebuere; fanitatis enim bonum habitum quum dicere debeant, non ita, fed abfolute bonum habitum vocant. Hunc neceffario pulchritudo fequitur, aliud quoddam ab illis et tertium corporis bonum. Quare corporis bona aeque ac animae neque unius generis funt neque fimiliter omnia dicuntur, fed unum quidem ut primum atque per fe, alterum tanquam illius caufa, tertium vero ut neceffario confequens. Igitur cujus horum trium ars corpus gubernans

μιουργός; ἀρά γε τῆς ὑγιείας, ἢ τῆς ἐνεργείας, ἢ τοῦ κάλλους; ὅτι μὲν γὰρ ἐξ ἀνάγκης ὠφελήσει τε καὶ ποιήσει τὰ τρία, κἂν ἓν ἐξ αὐτῶν ὁτιοῦν ὠφελῇ, πρόδηλον ἤδη γέγονεν. εἴτε γὰρ τὴν ἐνέργειαν, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὴν ὑγίειάν τε καὶ τὸ κάλλος· ἡ μὲν γὰρ οὐχ οἷά τέ ἐστιν χωρὶς τῆς ποιούσης αὐτὴν αἰτίας γενέσθαι, τὸ κάλλος δ' ἐξ ἀνάγκης ἕπεται· εἴτε τὴν ὑγίειαν, εὐθὺς καὶ τὴν ἐνέργειαν, καὶ τὸ κάλλος· ἄμφω γὰρ ἦν ταύτης ἔγγονα· καὶ μὴν εἰ τὸ κάλλος ποιοῖ, πάντως που καὶ τὴν ὑγίειαν προπεποίηκεν, εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τὴν ἐνέργειαν.

Κεφ. ις'. Ἀλλὰ τί τὸ πρώτως ἐστὶν ὑπὸ τοῦ τεχνίτου γιγνόμενον, ὃ λόγος ἐπόθει θηρᾶσαι. καὶ δὴ φαίνεται σαφῶς ἤδη διὰ τῶν εἰρημένων ἡ μὲν τέχνη τὴν ὑγίειαν ἐργαζομένη, ταύτῃ δ' ἐξ ἀνάγκης ἐνέργειά τε καὶ τὸ φυσικὸν κάλλος ἀκολουθεῖ. ὅπου γὰρ πρῶτον ἐνεργῶν ὁ τεχνίτης ἵσταται, τοῦτ' ἔστιν αὐτοῦ τὸ τέλος, ἵσταται δὲ ἐν τῷ τὴν κατὰ φύσιν ἐργάσασθαι διάθεσιν, ἀφ' ἧς ἐνεργοῦμεν, ὅπερ

primarius opifex eſt? num ſanitatis, an actionis, an pulchritudinis? Supra enim jam patuit, etiamſi iſtorum uni tantum, quodcunque malis, profueris, neceſſario cunctis tribus profuturum. Nam ſi actionem juvabis, et ſanitatem, et pulchritudinem neceſſario juvabis; quandoquidem ea ſine cauſa ipſam producente conſiſtere nequit, pulchritudo vero neceſſario ſubſequitur. Item ſi ſanitati proderis, illico et actioni et pulchritudini proderis, etenim utraque ab ea profluit: qui vero pulchritudinem creat, procul dubio et ſanitatem ante creaverat: ſi eam, itidem et actionem.

Cap. XVI. Verum quod primum ab artifice fiat, ſermo noſter veſtigare cupiebat. Atqui jam ex ſupra poſitis manifeſte ars ſanitatem efficere videtur, hanc vero naturalis pulchritudo actioque ſequatur neceſſe eſt; quod enim primum artifex quum fecerit acquieſcit, id ejus plane finis eſt: at naturali affectione, per quam agimus, reſtituta conquieſcit, ea vero ſanitas erat: quam quum

ἦν ὑγίεια, ταύτην δ᾽ ἐργασάμενος οὐδὲν ἔτι πονεῖ περὶ τὴν ἐνέργειαν, ἢ τὸ κάλλος, ἕπεται γὰρ ἐξ ἀνάγκης ἐκεῖνα, κἂν ὁ τεχνίτης μὴ θέλῃ, [18] καὶ κωλῦσαί γ᾽ αὐτὰ τῷ τεχνίτῃ παντάπασιν ἀδύνατον, ἅπαξ γε τὴν ὑγίειαν ἐργασαμένῳ, αὐτὴν μέντοι τὴν ὑγίειαν ἐπ᾽ αὐτῷ κωλύειν ἐστίν. εἰ δέ γέ πη διαφθείρειεν αὐτὴν, οὐκ ἔστιν ἐπ᾽ αὐτῷ τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν ἢ τὸ κάλλος ἐκπορίσαι τῷ σώματι. τὴν οὖν περὶ τὸ σῶμα τέχνην, ἥτις ἂν ᾖ, περὶ μὲν τὴν ὑγίειαν ἁπάντων πρώτην τε καὶ καθ᾽ ἑαυτὴν πραγματεύεσθαι φατέον, ἐφεξῆς δὲ κατά τι συμβεβηκὸς τήν τ᾽ ἐνέργειαν καὶ τὸ κάλλος, οὐ μὴν ἀτελές γέ τι τούτων οὐδὲν, οὐδ᾽ ἐλλιπὲς, ἀλλὰ τέλεα, καὶ πλήρη, καὶ ἄκρα. ὅπως μὲν οὖν ἐστι πολλὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ, καὶ πῶς ἕν, ὅτι τε μὴ πάντων ὡσαύτως ἡ περὶ τὸ σῶμα τέχνη πεφρόντικεν, ἀλλὰ τοῦ μὲν καθ᾽ αὑτὸ, τοῦ δὲ κατὰ συμβεβηκὸς, αὐτάρκως δέδεικται.

Κεφ. ιζ΄. Διὰ τί δ᾽ οὐκ ἐνδέχεται κατ᾽ οὐδεμίαν ὕλην ἄλλην μὲν τέχνην τοῦ τέλους δημιουργὸν, ἑτέραν δ᾽ εἶναι

induxit, nihil ultra circa actionem pulchritudinemve laborat, accedunt enim hae vel invito artifice, ipsisque aditum intercludere, quum semel sanitatem creaverit, prorsus nequit. Ipsam plane sanitatem impedire in ipso artifice positum est: quod si ipsam corruperit, naturales actiones aut pulchritudinem corpori adipisci nullo unquam pacto valebit. Artem itaque corpus tractantem, qualiscunque sit, circa sanitatem omnium primam atque per se negotiari asserendum est, deinceps accidit, ut de actione pulchritudineque curam habeat; neque vero ullum istorum imperfectum mancumque est, sed perfecta, cumulata ac summa sunt. Quomodo igitur plura sint corporis bona, quomodo unum, quodque non omnium aeque ars corporis curam habeat, sed unius per se, ex accidenti aliorum, abunde dissertum est.

Cap. XVII. Jam vero et illa ostendere conabor, quare in nulla ars materia una finis effectrix, altera

τὴν φυλάττουσαν, ἤδη καὶ ταῦτα πειράσομαι δεικνύναι. καὶ πρῶτον μὲν, ὡς οὐδὲ τὸ παράδειγμα αὐτοῖς ὁμολογεῖ τὸ σφέτερον, ἐπιδείξω, μετὰ ταῦτα δὲ, ὡς οὐδὲ ἡ τῶν πραγμάτων αὐτῶν φύσις. εἴπερ γὰρ ἄλλης μέν ἐστι τέχνης ὑπόδημα ποιήσασθαι, τὸ δ᾽ ἠπήσασθαι τοῦτο παθὸν ἑτέρας, οὔπω τὴν τρίτην ἐνταῦθα τέχνην ἐπέδειξαν ἡμῖν, τὴν φυλακτικήν. ὡσαύτως δὲ κἀπὶ τῶν ἱματίων, εἴπερ ἑτέρας μέν ἐστι τέχνης ἠπήσασθαι, δημιουργῆσαι δ᾽ ἑτέρας, ἡ τρίτη κἀνταῦθα τίς ἐστιν ἡ φυλακτικὴ, λέγειν οὐχ ἕξουσιν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἡμετέρων σωμάτων, καὶ ὅλως τῶν ὑπὸ φύσεως διοικουμένων, ἡ μὲν, οἷον δημιουργικὴ, ἡ φύσις ἐστὶν ἀνάλογον ὑφαντικῇ τε καὶ σκυτοτομικῇ, τὸ πονῆσαν δ᾽ ἐπανορθοῦται γεωργός τε καὶ ἰατρός· ἀνάλογον οὖν καὶ οἵδε τῷ ῥάπτοντι τὰ ἱμάτια καὶ τῷ τὰ παλαιὰ τῶν ὑποδημάτων ἐπανορθουμένῳ. τὸ δὲ φυλάττειν ἱμάτιον ἢ ὑπόδημα καταθέμενον ἐπὶ τῆς οἰκίας, ὅπως μὴ κλαπείη πρός τινος, ἢ ὑπὸ μυῶν καταβρωθείη, τάχα μὲν οὐδὲ τέχνης ἐστὶν οὐδεμιᾶς, ἀλλ᾽ ἐπιμελείας μόνης. εἰ δ᾽ ἄρα

conſervatrix reperiatur: ſtatimque ab initio neque illorum exemplum, qui in hac fuere ſententia, neque rerum praeterea ipſarum naturam ipſis favere declarabo. Si alterius enim artis eſt calceum conficere, alterius labefactatum reſarcire, nondum tertiam hic artem conſervatricem nobis oſtenderunt: pariter et in veſtibus, ſi alterius quidem artis eſt eas reſarcire, alterius autem conficere, quaenam et in his tertia ſit ars conſervatrix, explicare non poterunt. In noſtris profecto corporibus, univerſimque in his, quae a natura reguntur, veluti effectrix utique natura eſt, textoriae coriariaeque proportione reſpondens. Vitioſum autem corpus inſtaurant agricola et medicus, qui et ipſi veſtes facienti et veteres calceos inſtauranti ſimiles ſunt. Veſtem autem calceumve in conclavi reponendo cuſtodire, ne aut a quopiam ſurripiatur, aut a muribus erodatur, id neque ullius forſitan artis, ſed ſolius eſt diligentiae. Quod ſi horum conſervatricem

καὶ τέχνην τινὲς εἶναι βούλονται φυλακτικὴν αὐτῶν, αἱ τοιαῦται τέχναι τοῖς ἀνθρώποις ἥ στρατηγική τέ εἰσι καὶ ἡ πολιτική, καὶ πρὸς ταύταις ἥ τε τῶν θυρωρῶν, εἰ βούλει, καὶ τῶν ἄλλων φυλακῶν. ἵνα γὰρ μήτε ἐπὶ τοῖς πολεμίοις ὦμεν, ἢ ὅλως τοῖς πονηροῖς ἀνθρώποις, μήτ᾽ ἐπὶ τοῖς θηρίοις, οἰκίας τε καὶ πόλεις οἰκοδομησάμεθα, καὶ τείχη περιεβαλόμεθα, καὶ στρατηγοὺς καὶ ἄρχοντας ἀπεδείξαμεν. ἀλλ᾽ οὐ τοιαύτην τινὰ ἐζητοῦμεν τέχνην ὑγιείας φυλακτικὴν, ἀλλ᾽ ἥτις, οἶμαι, περὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου πραγματευομένη τι, μὴ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ καθ᾽ αὑτὸ, σῶον αὐτὸ καὶ ὑγιαῖνον ἀποδείκνυσιν. ἑκάστη δὲ τῶν νῦν εἰρημένων οὐκ αὐτὴ καθ᾽ αὑτὴν ὑγιείας ἐστὶ φύλαξ, ἀλλ᾽ ἐπειδὴ συμβέβηκεν τῷ μὴ σφαγέντι μήθ᾽ ὑπὸ θηρίου καταβρωθέντι φυλάττεσθαι τὴν ὑγίειαν, ὥσπερ οὖν καὶ ὅλην τὴν ζωὴν, διὰ τοῦτο κατά τι συμβεβηκὸς, οὐ πρώτως, οὐδὲ κατὰ τὸν ἴδιον λόγον, ἑκατέρα τῶν τοιούτων τεχνῶν ὑγιείας γίγνεται φύλαξ.

Κεφ. ιη΄. [19] Ἡ πρώτη οὖν ὑγίειαν φυλάττουσα κατὰ

artem esse quidam velint, tales apud homines artes sunt imperatoria reique publicae gubernatoria, et praeter has, si placet, ostiariorum caeterorumque custodum: ut enim ne inter hostes, aut prorsus ne inter sceleratos homines ferasque bestias versaremur, aedes civitatesque construximus, et muros circumdedimus, imperatores ac principes creavimus. Sed non istarum similem sanitatis conservatricem artem conquisivimus, sed eam, quae (ut puto) in humanum corpus aliquid agens, non ex accidenti, sed per se incolume ipsum valensque praestet: at proxime dictae singulae non ipsae per se sanitatem custodiunt, sed eo, quia homini non jugulato neque a fera discerpto sanitatem servari, quemadmodum et totam vitam, contigit: idcirco ex quodam accidenti, non primo, neque ex sua ipsius ratione, harum utraque artium sanitatem conservat.

Cap. XVIII. Igitur sanitatem praecipue ex sui ra-

τὸν ἑαυτῆς λόγον ἐν τίσιν ἕξει τὴν πραγματείαν; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ, μήτ᾽ ἐν τοῖς οὐκ ἐξ ἀνάγκης ὁμιλοῦσι τῷ σώματι, μήτε ἐξ ἀνάγκης ἐν τοῖς οὐδὲν διατιθεῖσιν, ἀλλ᾽ ἐν οἷς τε διατρίβει πάντως τὸ σῶμα, κἂν ἡμεῖς μὴ βουλώμεθα, καὶ τούτων τοῖς ὠφελεῖν ἢ βλάπτειν δυναμένοις, ἐν τούτοις τε καὶ περὶ ταῦτα πραγματεύεσθαι. ξίφεσι μὲν οὖν, καὶ θηρίοις, καὶ κρημνοῖς, καὶ βρόχοις οὐκ ἐξ ἀνάγκης περιπίπτει τὸ σῶμα, ἀλλὰ τῷ περιέχοντι (292) ἀέρι κατὰ διττὸν τρόπον ἐξ ἀνάγκης ὁμιλεῖ, καὶ πάντη περικεχυμένῳ, καὶ διὰ τῆς εἰσπνοῆς ἑλκομένῳ. καὶ μὲν δὴ καὶ ὕπνος, καὶ ἐγρήγορσις, ἡσυχία τε καὶ κίνησις ἐκ τῶν τοιούτων ἐστὶν, ἀνάγκη γὰρ ἢ ὑπνοῦν, ἢ ἐγρηγορέναι, ἢ ἡσυχάζειν, ἢ κινεῖσθαι, ὥσπερ οὖν καὶ λιμώττειν, καὶ ἐσθίειν, καὶ διψῆν, ἢ πίνειν, ἤ τινα μεταξὺ τούτων ἔχειν κατάστασιν. αἱ δὲ τῆς κοίτης διαφοραὶ καὶ τῶν ἱματίων οὐκ ἀναγκαῖαι πᾶσαι. κλίνη γὰρ ἐλεφαντόπους οὐδὲν οὔτ᾽ ὠφελεῖ τὴν ὑγίειαν, οὔτε βλάπτει, κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ σκίμπους εὐτε-

tione confervans quibus continebitur? Ut mea quidem fert fententia, neque illis, quae non neceffario corporibus noftris adhaerent, neque illis, quae nullam in partem neceffario corpora noftra permutant, fed illis, quibus, velimus nolimus, corpus noftrum omnino utitur, et eorum illis, quae juvare aut officere valeant: in iis, inquam, et circa haec tuendae sanitatis artem verfari arbitramur. In gladios enim, aut feras, aut laqueos, aut praecipitia non neceffario corpora noftra incurrunt, fed in ambiente aëre duplici ratione verfantur, et quoniam corpori undique circumfufus eft, et quoniam per infpirationem ducitur. Atqui fomnus et vigilia, quies item et motio in horum numero ponitur: necesse namque eft aut dormire, aut vigilare, quiefcere aut motu exerceri, perinde efurire et cibum capere, fitire ac bibere; aut inter haec mediam obtinere conftitutionem. Cubilium autem difcrimina ac veftimentorum non omnia neceffaria funt. Eburneis namque pedibus lectulus aut grabatus ignobilis nihil fanitati prodeft, aut officit, neque

λῆς, καὶ ἱματίοις εὐτελέσιν ἢ πολυτελέσιν, ἢ τοῖς σκεύεσιν ὑαλίνοις, ἢ χρυσοῖς, ἢ ἀργυροῖς, ἢ ξυλίνοις χρῆσθαι, καὶ παῖδας ἔχειν εὐμόρφους ἢ αἰσχροὺς τοὺς ὑπηρετουμένους, ἢ μηδ' ὅλως ἔχειν, ἀλλ' ἑαυτῷ διακονεῖσθαι. ταῦτα μὲν γὰρ οὐδὲν οὔτ' ὠφελεῖν οὔτε βλάπτειν ἡμᾶς πέφυκεν, οὔτε καθ' ἑαυτὰ καὶ πρώτως, οὔτε κατὰ συμβεβηκός. ἀὴρ δὲ θερμὸς ἢ ψυχρὸς, ἐδέσματά τε καὶ πόματα, καὶ ἠρεμία, καὶ κίνησις, ἐγρήγορσίς τε καὶ ὕπνος ἐξ ἀνάγκης ὠφελεῖ καὶ βλάπτει κατὰ τὴν ἑαυτῶν δύναμιν. ἱμάτιον δὲ τρύχινον ἐν χειμῶνι, καὶ βαρὺ καὶ πνιγῶδες ἐν τῷ θέρει βλάπτει μὲν ἐξ ἀνάγκης, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκὸς τῷ τε κρύει καὶ θάλπει τιμωρεῖται.

Κεφ. ιθ'. Ταῦτ' οὖν, ὅσα καθ' αὑτὰ δύναμιν ἔχει βλάβης τινὸς ἢ τῆς ὠφελείας, ὁ τῆς ὑγείας προνοούμενος ἐπισκοπεῖται. πῶς καὶ τίνα τρόπον; ἐπειδὰν μὲν ἱκανῶς ἤδη τὸ σῶμα κενώσεως ἔχῃ, καὶ κίνδυνος ἥκῃ βλάβης αἰσθητῆς, τρέφεσθαι κελεύων· ἐπειδὰν δὲ ξηραίνηται μᾶλλον

vilium aut fumptuofarum veftium ufus: non vitrea vafa, aut aurea, aut argentea, aut lignea poffidere: non liberos habere formofos, aut deformium fervorum turbae dominari, aut fervis plane carentem ipfum fibi miniftrare. Ifta mehercule prodeffe nobis vel obeffe ipforum ratione atque primario, aut ex accidenti, neutiquam apta funt. At calidus aër aut frigidus, efca et potus, requies et motio, vigiliae fomnique fuis ipforum viribus neceffario corporibus noftris utilitatem aut noxam afferunt. Veftimentum lacerum ac leve hyeme, grave autem aeftuofumque aeftate laedit quidem ex neceffitate, ex accidenti vero frigore et calore divexat.

Cap. XIX. Haec itaque, quaecunque per fe laedendi juvandique poteftatem habent, fanitatis curam habens fpeculatur. At quomodo, quave ratione? Pofteaquam fatis abunde corpus inanitum eft, fenfilisque nocumenti difcrimen impendet, alimentum fumere jubens; poftquam

τοῦ μετρίου, καὶ κίνδυνος ᾖ κἀντεῦθεν ἤδη βλαβῆναι, πίνειν ἀξιῶν· οὕτω δὲ καὶ γυμνάζων, ἐπειδὰν ῥῶσαι μὲν βούληται τὴν διοικοῦσαν ἡμᾶς δύναμιν, ἐκκαθᾶραί τε τὰ κατὰ λεπτοὺς πόρους, ἡσυχάζειν δὲ προστάττων, ἐπειδὰν ἤτοι κάμνειν πρὸς τῶν γυμνασίων αἴσθηται, ἢ διαφορεῖσθαι τὸ σῶμα πέρα τοῦ προσήκοντος, ἀλλὰ καὶ τὴν γαστέρα λαπάττων μὲν, ἢν ἴσχηται, κατέχων δὲ, ἢν ἐκταράττηται, καὶ τὰ ἄλλα δὴ πάντα κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἕκαστα πραγματευόμενος, ἑνὶ κεφαλαίῳ τῷδε προσέχων τὸν νοῦν, ἐπειδὰν μὲν ἀκριβῶς ἔχῃ καὶ ὑγιῶς τὸ σῶμα, μηδὲν νεωτερίζειν, ἐπειδὰν δὲ κατά τι τῆς ἀκριβοῦς ἐξιστῆται συμμετρίας, εὐθὺς ἀντεισάγειν τὸ λεῖπον, πρὶν μεγάλην γενέσθαι τὴν εἰς τὸ παρὰ φύσιν ἐκτροπὴν, ὥσπερ ἂν εἰ τὰς κρόκας ἐκρεούσας ἱματίου τινὸς, οὐχ ἅμα πάσας οὐδ᾽ ἀθρόας, ἀλλὰ καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν μίαν, ὁ τοῦτο ἔργον πεποιημένος ἰῷτο παρεδρεύων, ὡς λανθάνειν τοὺς πολλοὺς τὴν ἐπανόρ[20]θωσιν ὑπὸ σμικρότητος. τοιοῦτον γάρ τινα χρὴ καὶ τὸν τοῖς ὑγιαίνουσιν ἐφεστῶτα τεχνίτην εἶναι, σμι-

ultra modum exaruit, atque hinc jam noxae periculum inſtat, potum accipere praecipiens: item et corpus exercens, quum noſtri moderatricem facultatem robuſtam praeſtare, excrementaque anguſtis meatibus intruſa eruere voluerit, quietem vero imperans, quum exercitatione corpus laſſari, aut ultra quam conveniat digeri ſenſerit; alvum praeterea ducens, quum ſuppreſſa eſt, nimis autem citatam cohibens; aliaque in hunc modum omnia agens, et in ſumma id ante oculos habens, ut in corpore exacte ſano ac valido nihil novare audeat, quum vero aliquantulum exquiſitam moderationem tranſierit, continuo, quod deficit, priusquam latius malum ſerpat, reſarciat, perinde ac ſi ſubteminis fila ex aliqua veſte non ſimul omnia, ſed ſingulis diebus ſingula excidentia, qui huic rei praeeſt, aſſidens illico reponat, adeo ut hujusmodi correctio atque emendatio multorum notitiam prae exiguitate ſubterfugiat. Talem medius fidius et bene valentibus praefectum artificem eſſe opus eſt, minimae cujus-

Ed. Chart. VI. [20.] Ed. Baf. IV. (292.)

κρᾶς διαφθορᾶς καὶ βλάβης αἰσθητικόν τε ἅμα καὶ ἐπανορθωτικόν. εἰ δέ γ' ἀπαθὲς ἔμενε πάντη τὸ σῶμα καὶ τοιοῦτον, οἷόν περ ὁ ποιήσας αὐτὸ τεχνίτης ἀπέλιπεν, οὐκ ἂν ἐδεῖτο τοῦ διαπαντὸς ἐπανορθουμένου. νυνὶ δ' ἐπειδὴ διαῤῥεῖ τε καὶ φθείρεται, δεῖταί τινος ἐπιστάτου παρεδρεύοντος, ὃς καὶ γνωριεῖ τὸ κενούμενον, ὁποῖόν τ' ἐστὶν καὶ ὁπόσον, ἰάσεταί τε παραχρῆμα, τοιοῦτόν τε καὶ τοσοῦτον ἕτερον ἀντεισάγων. ἀποῤῥεῖ τὸ κατὰ φύσιν ὑγρόν; ἐπάρδειν χρὴ τὴν ἴσην ὑγρότητα, πόμα παρέχοντα. διαφορεῖται τὸ θερμόν; ἀντεισάγειν χρὴ τοσοῦτον ἕτερον. ἐκκενοῦται τὸ στερεόν; ἤδη καιρὸς τρέφειν. ἑνὶ λόγῳ τὸ διαφορούμενον καὶ ἀπολλύμενον ἐπανορθοῦσθαι κατὰ βραχὺ πρὸ τοῦ τοῖς πολλοῖς γενέσθαι κατάφωρον.

Κεφ. κ'. Ὥσπερ οὖν εἰ δύο τινὲς πίθω ὄντε τετρημένω πολλαχόθι, μεστὼ μὲν ἄμφω τὰ πρῶτα, κενουμένω δ' ὁμοίως ὑπὸ τῶν ἐκροῶν, εἴη δὲ τῷ μὲν ἐπιστατῶν τις ἀεὶ προσεδρεύων, ἐπαντλῶν ἴσον ἑκάστοτε τῷ κενουμένῳ,

que differentiae ac noxae obſervatorem juxta atque emendatorem. Verum ſi ex toto integrum illaeſumque corpus duraret taleque, quale ipſum ab initio creator fabricatus reliquit, nequaquam correctore ſemper eguiſſet. At nunc, quum diffluat ſemper atque diſpereat, aliquo praeſente obſervatore indiget, qui et quod diſſipatur, quantum qualeque ſit, cogniturus eſt, illicoque tale ac tantum viciſſim reponens inſtaurabit. Inſitum humidum dilabitur; tantumdem humoris, potum exhibens, irrigato. Calidum digeritur; tantumdem caloris addito. Solidum conſumitur; jam alendi inſtat occaſio. Ut ſemel dicam, quod diſcutitur atque evaneſcit, ingeri paulatim atque reponi, antequam in multorum notitiam veniat, opus eſt.

Cap. XX. Igitur quemadmodum, ſi duo cogites dolia multis in locis foraminibus terebrata, ambo aeque ab initio plena, pariterque per illa ſpiramina hac atque illac perfluentia, horumque alterius quidam curam gerens ſemperque aſſidens tantum viciſſim ingerat, quantum ela-

Ed. Chart. VI. [20.] Ed. Baf. IV. (292.)

θατέρῳ δὲ, πρὶν ἱκανῶς ἐκκενωθῇ, μηδεὶς παρείη, τηνικαῦτα δ᾽ ἐξαίφνης ἐπιστάς τις ἀθρόως πληρώσειεν, εὔδηλον ὡς τὸν μὲν ἕτερον τῶν πίθων οὐδέποτε ἐκκενοῦσθαί τε καὶ πληροῦσθαι, τὸν δ᾽ ἕτερον ἄμφω ταῦτα πάσχειν οἱ πολλοὶ τῶν θεωμένων ἐροῦσιν, οὕτως ἔχει κἀπὶ τῶν ὑγιαινόντων τε καὶ νοσούντων σωμάτων. ἐπανορθοῦται μὲν ἄμφω ταῦτα μία τέχνη καὶ καθ᾽ ἕνα τρόπον, ἀντεισάγουσα τὸ λεῖπον, ἡ διαφορὰ δὲ ἐν τῷ ποσῷ τῆς ἐπανορθώσεως, οὐκ ἐν τῷ ποιῷ.

Κεφ. κα᾽. Καὶ μὴν ἡ κατὰ τὸ ποσὸν ἐν τοῖς γιγνομένοις διαφορὰ μιᾶς ἐστι τέχνης· εἰ δέ γ᾽ ἄλλης ἔσεσθαι μέλλοι, πάντως χρὴ παραλλάξαι τῷ ποιῷ. εἰ δ᾽, ὅτι τοῦ μὲν ἔφθασεν ἐκρυῆναι πολλὰ, πρὶν ἀφικέσθαι τὸν τεχνίτην, ὁ δ᾽ ἕτερος, ἀεὶ παρεδρεύοντος εὐτυχήσας αὐτῷ, μεστὸς διαφυλάττεται, τούτου χάριν ἡγῇ διττὸν εἶναι τὸν τρόπον τῆς ἐπανορθώσεως, οὐκ ὀρθῶς ἔγνωκας. οὐ γὰρ ἄλλη μὲν τέχνη μίαν ἀντεισάγει κρόκην ἐκρυεῖσαν, ἄλλη

θούμενον δὲ θάτερον, καὶ ταῦθ' ὑπάρχειν ἄμφω τῇ φύσει πρότερον, συνεργάζεσθαι δ' εἰς τὸ ἕτερον αὐτῶν τὸ ἐπανορθωτικὸν ἀνθρωποτέραν τέχνην, ἧς εἶναι διττὰ μόρια, θεραπευτικὸν μὲν ἢ ἰατρικὸν τὸ ἕτερον, φυλακτικὸν δὲ θάτερον· ὀνομάζεσθαι δὲ τὸ φυλακτικὸν τοῦτο καὶ ὑγιεινόν· εἶναι δ' αὐτοῦ τρία τμήματα, τὸ μὲν ἀναληπτικὸν, τὸ δ' εὐεκτικὸν, τὸ δ' ὁμωνύμως τῷ παντὶ προσαγορευόμενον ὑγιεινόν. [29] εἴτ' οὖν τὸ σύμπαν φυλακτικὸν, εἴτε τὸ μόριον αὐτοῦ ζητεῖ τις, ὁποτέρας ἐστὶ τέχνης, ἆρα ἰατρικῆς, ἢ γυμναστικῆς, ὅλον αὐτὸ χρὴ τὸ πρᾶγμα διελθόντα, καθάπερ ἐγὼ νῦν ἐποίησα, λέγειν οὕτως ἐφεξῆς, ὡς, μιᾶς οὔσης τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης, ἔξεστιν, εἰ βούλει, καλεῖν αὐτὴν ἰατρικήν· εἰ δ' οὐκ ἐθέλεις οὕτω, γυμναστικὴν, εἰ δ' οὐδὲ τοῦτο, τὴν ὅλην ἀνώνυμον εἰπὼν εἶναι, τὸ μὲν ἕτερον αὐτῶν τμῆμα κάλει ἰατρικὴν, τὸ δ' ἕτερον γυμναστικήν· εἰ δὲ μηδ' οὕτως ἐθέλεις, ὑγιεινήν τινα τέχνην, τὴν ἀντιδιαιρουμένην τῇ θεραπευτικῇ, καὶ ταύτης, εἰ βούλει, μέρη διαιτητικὴν εἰπὲ καὶ γυμνα-

corrigentem alteram, amboque haec naturae prius inesse, sed ipsarum alteri, corrigenti scilicet, humanam artem opitulari; quae et ipsa bipartito dividitur in curatricem partem seu medicatricem atque in alteram conservatricem, quae et salubris vocatur. Ipsius vero tres partes sunt, analeptice, evectice ac toti generi cognominis salubris. Itaque sive de tota conservatrice parte, sive de ejus parte quispiam quaerat, ad utram artem pertineat, ad medicatricemne, an ad corporis exercitatoriam, totam rem prius (ut nunc ego feci) perstringentem ita deinde ipsum explicare opus est. Quod una corporis ars quum sit, licet volenti eam medicinam appellare; sin hoc non placeat, exercitatoriam; sin id quoque displiceat, totam artem nomine carere dicens unam ejus partem medicinam, alteram exercitatoriam appellato; si neque id probas, salubrem quandam artem curativae ex diverso oppositam, ejusque partes (si velis) diaeteticam gymnasti-

στικήν. εἰ γὰρ καθ᾽ ἕκαστον ἐξηγήσῃ τῶν ὀνομάτων, οὕτως ἀκολουθήσει τὸ σύμπαν.

Κεφ. λβ΄. Ἰὼ, φασί τινες ἐπὶ τούτοις, ἀλλ᾽ οὐχ, ὡς ἂν ἐγὼ φάναι βουληθῶ, διαιρεῖσθαι χρὴ περὶ τῶν ὀνομάτων, ἀλλ᾽ ὡς ὀρθῶς ἔχει διελθεῖν. αὖθις οὖν ἡμῖν ἐστι καὶ τούτοις ἀποκριτέον ὧδί πως. εἰ μέλλεις μνημονεύειν, ὦ οὗτος, ὡς οὐκ ἔτι περὶ πραγμάτων ἡ σκέψις, ἀλλ᾽ ἐξήγησιν ὀνομάτων μοι προβέβληκεν, οὐδὲ τοῦτ᾽ ἀναδύομαι. φημὶ δή σοι περὶ τῶν ὀνομάτων, οὐ μόνον τούτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, οὐδὲν ἔχειν εἰπεῖν σοφὸν, ἀλλ᾽ εἴτ᾽ ἐκ τῆς τῶν Ἀσσυρίων ἦ φωνῆς τοὔνομα, παρὰ τῶν Ἀσσυρίων αὐτῶν μανθάνειν χρῆναι τὸ πρᾶγμα, καθ᾽ οὗ τὸ ὄνομα λέγουσιν, εἴτ᾽ ἐκ τῆς τῶν Περσῶν, ἢ Ἰνδῶν, ἢ Ἀράβων, ἢ Αἰθιόπων, ἢ ὅλως ὡντινωνοῦν, ἐκείνων πυνθάνεσθαι. τὸ γὰρ ὄνομα ῥηθὲν αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ μόνον οὐδὲν ἐνδείκνυται. τὸ μὲν οὖν ἐμὸν ἀκήκοας. εἰσὶ δὲ οἳ λέγουσιν ἐνδείκνυσθαι σφίσιν τοὔνομα; καὶ τούτου ἐγὼ

eamque dicito. Singula enim nomina ſi interpretabere, ita univerſum, quod quaerebas, adeptus fueris.

Cap. XXXII. At his auditis quidam, Heus vir bone, dicunt, non quemadmodum tu ſtatuere volueris, diſtinguenda ſunt nomina, ſed ut recte habet, partitio facienda eſt. Iterum igitur iſtis ita reſpondendum eſt: Heus tu, meminiſſe debes, noſtram non amplius de rebus eſſe contemplationem, ſed nominum explanationem nobis eſſe propoſitam, neque ad hoc etiam tergiverſamur, ac de nominibus non his ſolum, ſed et de aliis omnibus illud in universum pronuncio, nihil eruditum in medium adduci poſſe. Sed ſive Aſſyriorum linguae vocabulum ſit, ab ipſis Aſſyriis res diſcenda eſt, cui nomen illud indiderunt, ſive ſit Perſarum linguae, aut Indorum, aut Arabum, aut Aethiopum, aut omnino aliorum quorumcunque, illos percontari oportet; nomen enim ipſum per ſe ſolum prolatum nihil indicat. Meam igitur ſententiam accepiſti. Caeterum nonnulli aſſerunt, ipſis nomen aliquid ſignificare,

πάμπολλα συναθροίσας ὀνόματα Κελτῶν καὶ Θρακῶν καὶ Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ἐκέλευον ἐφ' ἑκάστου λέγειν τὸ δηλούμενον πρᾶγμα· τῶν δὲ ἐν τῇ τῶν Ἑλλήνων φωνῇ μόνῃ δύνασθαι τοῦτο ποιεῖν εἰπόντων, ἑξῆς προὔτεινα λιμένα, τῶν δ' εἰπόντων, ἵνα περ αἱ νῆες ὁρμῶσιν, ἀλλὰ Θετταλούς γε ἔφην τὴν ὑφ' ἡμῶν προσαγορευομένην ἀγορὰν οὕτως ὀνομάζειν. οἱ δὲ ἠρνοῦντο τὴν τῶν Θετταλῶν ἐπίστασθαι διάλεκτον, ὥσπερ οὐκ αὐτὸ δὴ τοῦτο ὁμολογοῦντες, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ἐλέγετο, μηδὲν τῶν ὀνομάτων, ἐφ' οὗ κεῖται πράγματος, ἄλλως δύνασθαι μαθεῖν, ἢ παρ' αὐτῶν τῶν θεμένων διδαχθέντα. πρὸς μὲν δὴ τοὺς οὕτως ἐμπλήκτους ἕτερός μοι γέγραπται λόγος ἰδίᾳ, τῷ δὲ τὰ πράγματα αὐτὰ μαθεῖν θέλοντι μάλιστά τε καὶ πρῶτα, καὶ τοῦθ' ὡς ἔργον χρηστὸν σπουδάζοντι, τῷ τε τὰ ἐπ' αὐτοῖς ὀνόματα τῆς πρὸς ἀλλήλους ἕνεκα διαλέκτου μαθεῖν ἐπιποθοῦντι τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐξηγήσομαι χρῆσιν, οὐδ' οὖν τούτων ἁπάντων ἐπὶ πᾶσιν ὀνόμασιν, (τουτὶ μὲν γὰρ ἑρμηνευτικῆς τινός ἐστιν

unde hujufce rei caufa ego permulta Celtarum, Thracum, Myforum Phrygumque nomina colligens juffi, ut a fingulis rem fignificatam manifeftarent: illis autem in fola Graecorum lingua id fe poffe facere dicentibus, hoc vocabulum *λιμένα* (latine portum dicas) propofui; illis vero locum, ubi naves in ftatione quiefcunt, fignificare affirmantibus, At Theffali, refpondi, quod a nobis forum rerum venalium dicitur, ita nominant. Sed ifti Theffalicam linguam fcire fe negabant, tanquam fane illud ipfum non confitentes, quod ab initio dicebatur, nullum nomen cui rei inditum fit, aliter poffe cognofci, nifi ab ipfis impofitoribus edoctus fueris. Caeterum adverfus ita dementes alia mihi oratio feparatim fcripta eft; res ipfas vero difcere volenti, et praecipue ac maxime huic veluti optimo operi ftudenti, rerum praeterea nomina mutuae locutionis caufa percipere cupienti ufum Graecorum interpretabor. Neque id horum nominibus omnibus faciam: id namque enarratoriae cujufdam aut grammaticae peritiae

ἢ γραμματικῆς ἐμπειρίας,) ἀλλὰ τῶν Ἀττικῶν μὲν μάλιστα; δεύτερον δ᾽ ἤδη καὶ τῶν Ἰωνικῶν ἔχειν ἐμπειρίαν ὁμολογήσω τινὰ καὶ τῶν Δωρικῶν ὀνομάτων, ὥσπερ γε καὶ τῶν Αἰολικῶν. ἀλλ᾽ ἐν ταύταις μὲν ταῖς διαλέκτοις ἀγνοεῖν μᾶλλον ἢ γιγνώσκειν τὰ πλεῖστα, τῆς Ἀτθίδος δ᾽ αὖ γινώσκειν τὰ πλείω ἢ ἀγνοεῖν ὁμολογήσαιμ᾽ ἄν. εἰ δὲ βούλει σὺ καὶ περὶ τῶν ὀνομάτων εἰπεῖν, Ὅμηρος μέν φησιν·

Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων
Ἰούς τ᾽ ἐκτάμνειν, ἐπὶ δ᾽ ἤπια φάρμακα πάσσειν,
Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά,
Ἰητρὸς δὲ ἕκαστος ἐπιστάμενος περὶ πάντων.

ὡς τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἰωμένης τὰ κάμνοντα σώματα διά τε φαρμάκων καὶ χειρουργίας.

Κεφ. λγ΄. [30] Εἰ δ᾽ ἔτι καὶ τρίτον ἄλλο μόριον ἰάσεως ὑπῆρχεν τὸ διαιτητικὸν ἐν τοῖς καθ᾽ Ὅμηρον χρόνοις, ἐγὼ μὲν οὐκ ἔχω συμβαλεῖν, ὁ δ᾽ ἐμοῦ πρεσβύτερός τε ἅμα καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων πράγματα πιθανώτερος ἐπίστασθαι, Πλάτων ὁ φιλόσοφος, οὐ πάνυ τι χρῆσθαί φησι τοὺς πα-

munus eſt: ſed Attica potiſſimum nomina, ſecundo et Ionica me cognoſcere fatebor, nonnulla etiam Dorica atque Aeolica; ſed in hiſce linguis plura me ignorare quam ſcire, in Attica vero plura me ſcire quam ignorare concedam. Quod ſi tu et de nominibus loqui velis, Homerus utique canit:

Vir medicus multis aliis tibi dignior eſto,
Dira venena trahens, et pharmaca mitia fundens,
Multa ſalubria miſcens, et letalia multa,
Doctior eſt cunctis medicus mortalibus unus.

utpote arte medica languida corpora medicamentis chirurgicaque opera curante.

Cap. XXXIII. An vero et alia tertia medicationis pars diaetetica appellata Homeri temporibus extaret, ego nulla id conjectura aſſequi poſſum. Sed me antiquior, et quem magis Graecorum res noſſe veriſimile eſt, Plato philoſophus, antiquos Asclepiadas hac medicinae parte non

λαιοὺς Ἀσκληπιάδας τούτῳ τῷ μέρει τῆς τέχνης. ἀλλ' ὅτι γε τῆς ἰατρικῆς ἐστιν μέρη ταῦτα τὰ τρία, καὶ ὡς ἡ τὰ παρὰ φύσιν ἔχοντα σώματα θεραπεύουσα τέχνη πρὸς ἁπάντων Ἑλλήνων ἰατρικὴ καλεῖται, σχεδὸν οὐδεὶς ἀντιλέγει. γυμναστικῆς δὲ τέχνης οὔπω μὲν ἦν τοὔνομα καθ' Ὅμηρον, οὐδὲ καλεῖταί τις ὅλως γυμναστὴς, ὥσπερ ἰατρὸς, ὅπου γε καὶ παρὰ Πλάτωνι τὸ μὲν τῆς γυμναστικῆς ὄνομα οὐ πολλάκις εὑρεῖν ἐστιν, παιδοτρίβην μέντοι καλεῖ μᾶλλον, ἢ γυμναστὴν τὸν τεχνίτην αὐτῆς. ἤρξατο γὰρ ὀλίγον ἔμπροσθεν τῶν Πλάτωνος χρόνων ἡ τέχνη τῶν γυμναστῶν, ὅτε περ καὶ τὸ τῶν ἀθλητῶν ἐπιτήδευμα συνέστη. πάλαι μὲν γὰρ εἷς ἀνὴρ ἐργαστὴς τῶν κατὰ φύσιν ἔργων ἀληθῶς εὐεκτικὸς, εἰς ἀγῶνα καταβαίνων, οὐ πάλην μόνον, ἀλλὰ καὶ δρόμον ἠγωνίζετο, καί τις ἐνίκα πολλάκις εἷς ἄμφω τε ταῦτα καὶ ἀκοντίζων, καὶ τοξεύων, καὶ δισκοβολῶν, καὶ ἅρματος ἐπιστατῶν, ὕστερον δὲ διεκρίθη, καὶ οἷόν περ ἕνα πεποίηκεν Ὅμηρος Ἐπειὸν, εἰς μὲν πάντα τὰ κατὰ φύσιν ἔργα πάντων ὕστατον, πρῶτον δ' εἰς πυγμὴν, ἧς ἐν

admodum ufos effe affeverat. Verum medicinae tres has effe partes, artemque male habentia corpora curantem ab universa Graecia medicinam appellari, nemo fere est qui eat infitias. Gymnafticae autem artis nomen Homeri feculo nondum repertum erat, neque quifquam omnino gymnafta, ut medicus, vocabatur. Quemadmodum neque etiam apud Platonem gymnafticae nomen frequenter reperire licet, fed paedotribam magis quam gymnaftam hujufce artis profefforem appellat: nam paulo ante Platonis tempora gymnaftarum ars exorta eft, quo etiam tempore et athletarum exercitatio emerfit. Prifcorum enim feculis vir unus operarius naturalia munia exequens vere bono habitu robuftus, in certamen defcendens, non lucta modo, fed etiam curfu certavit, atque etiam duobus his et jaculo praeterea et arcu et difco et curfu alios unus fuperavit; poftea vero haec disjuncta funt, qualemque Homerus unum Epeum fecit ad cuncta quidem fecundum naturam munia obeunda omnium ignaviffimum; fed

ἄθλοις μόνοις ἡ χρεία, τοιοῦτοι πάντες ἐγένοντο, μήτ᾽ ἀρῶσαι, μήτε σκάψαι, μήθ᾽ ὁδὸν ἀνύσαι, μηδ᾽ ἄλλο μηδὲν εἰρηναῖον ἔργον, ἔτι δὲ μᾶλλον πολέμιον ἐργάσασθαι καλῶς δυνάμενοι.

Κεφ. λδ΄. Τὴν τούτων τῶν ἀνθρώπων εὐεξίαν ἔμπροσθεν ἐμεμψάμεθα, καὶ τὴν ἐπιστατοῦσαν αὐτοῖς ὁμοίως γυμναστικὴν, ἄλλην δ᾽ εὐεξίαν ἐπηνέσαμεν, ἀσφαλῆ τε ἅμα καὶ πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἁπά(297)σας ἐνεργείας χρηστὴν, ἧς ὗλαι ποιητικαί τε ἅμα καὶ φυλακτικαὶ δύο ἐστὸν, ἥ θ᾽ ὑγιεινὴ προσαγορευομένη δίαιτα καὶ γυμνάσια. τεττάρων γὰρ οὐσῶν τῶν πασῶν ὑλῶν κατὰ γένος, ὑφ᾽ ὧν ἀλλοιοῦται τὸ σῶμα, χειρουργίας, καὶ φαρμακείας, καὶ διαίτης, καὶ γυμνασίων, ἡ μία μὲν ἄχρηστος τοῖς νοσοῦσιν, αἱ δύο δὲ τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσιν. ὁ μὲν γὰρ νοσῶν, εἰς πολλὰ καὶ φαρμάκων, καὶ χειρουργίας, καὶ διαίτης δεόμενος, εἰς οὐδὲν δεῖται γυμνασίων· ὁ δ᾽ ὑγιαίνων ἀκριβῶς γυμνασίων μὲν χρήζει καὶ διαίτης τινὸς, οὔτε δὲ φαρμάκων οὔτε χειρουργίας προσδεῖται.

ſtrenuum pugilem, qua arte in ſolis certaminibus uſus eſt, tales omnes evaſerunt, neque arare, neque fodere, neque iter facere, neque aliud quicquam pacis, ac multo minus belli opus egregie praeſtare valentes.

Cap. XXXIV. Horum hominum bonum habitum in ſuperioribus vituperavimus, artemque pariter gymnaſticam ipſos inſtruentem, aliumque bonum habitum laudavimus tutiſſimum juxta et ad omnes naturales actiones maxime idoneum; cujus materiae effectivae ſimul et conſervativae duae ſunt, et ſalubris vocata victus ratio, et exercitatio. Quatuor namque genere quum ſint omnes materiae, a quibus corpus noſtrum alteratur, chirurgia, pharmacia, exercitationes ac victus ratio, una eſt aegrotis inutilis, duae vero ſecundum naturam ſeſe habentibus. Aegrotans namque, in multis medicamina, manuum operam victusque rationem poſtulans, nulla ex parte exercitatione eget: exquiſite vero ſanus corpus exerceat, et certa quadam victus ratione utatur neceſſe eſt, ſed medicamenta aut chirurgiam non requirit.

Κεφ. λε'. [31] Τῆς οὖν ὑγιεινῆς τέχνης μέρος ἐστὶν ἡ γυμναστική. καὶ αὐτάρκως ὑπὲρ ἀμφοῖν ἡμᾶς ἐδίδαξεν Ἱπποκράτης, ὅσα τε χρὴ γινώσκειν ἀέρων τε πέρι, καὶ χωρίων, καὶ ὑδάτων, καὶ ἀνέμων, καὶ ὡρῶν, ὡσαύτως ἐδεσμάτων τε πέρι, καὶ πομάτων, καὶ ἐπιτηδευμάτων, ἀκριβέστατα γράψας ἅπαντα· συμπληροῦται γὰρ ἐκ τούτων ἡ δίαιτα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ὑπέρ τε καιροῦ, καὶ ποσότητος, καὶ ποιότητος, οὐ γυμνασίων μόνον, ἀλλὰ καὶ τρίψεως αὐτάρκως διεξῆλθεν. ἔοικε δὲ Πλάτων ἀπὸ μέρους ὀνομάζειν τὸ σύμπαν μόριον, οὐχ ὑγιεινὴν τέχνην, ἀλλὰ γυμναστικὴν προσαγορεύων, ὅτι τε ἐξαίρετον ἴδιον ὑπάρχει τοῖς ὑγιαίνουσιν, ὡς ἂν μηδ' ὅλως αὐτῷ χρωμένων τῶν νοσούντων, ὅτι τε τοῦτο μόνον ἐνόμιζεν ἐπιστάτου δεῖσθαι. τὸ μὲν γὰρ ὑγιαῖνον ἀκριβῶς σῶμα, ταῖς κατὰ φύσιν ὀρέξεσιν χρώμενον, οὔτ' ἐν ταῖς ποιότησιν, οὔτ' ἐν τῷ καιρῷ τῆς χρήσεως ἐξαμάρτοι ἄν τι περὶ τὰ σιτία. περὶ μὲν δὴ τούτου λόγος ἕτερος. ἀλλ' ὅτι γε καὶ Πλάτων ἑτέραν μὲν οἶδε τὴν ὡς μέρος τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης γυμναστικὴν, ἑτέραν δὲ τὴν νῦν εὐδο-

Cap. XXXV. Salubris igitur artis pars gymnaſtica, abundeque de utroque praecepit Hippocrates, quaecunque de aëris natura, locorum, aquarum, ventorum annique temporum noſcenda ſunt, item de cibis, potibus atque vitae inſtitutis accuratiſſime omnia perſcribens: ex iſtis enim diaeta completur: haud ſecus et de idoneo tempore, magnitudine ac qualitate non exercitationis tantum, ſed etiam frictionis ſatis diſſeruit. Plato a parte totum cognominare viſus eſt, non ſalubrem artem, ſed exercitatoriam appellans, tum quia exercitatio benevalentium praecipua ac propria eſt, tanquam nullo pacto ipſa aegrotis utentibus, tum quod eam ſolam moderatore egere judicavit: quandoquidem exquiſita ſanitate fruens corpus, naturalibus appetitionibus utens, neque in quali, neque uſus tempore quicquam in ſumendis cibis erroris committet. Sed de hoc alibi ſermo habendus eſt. Quod autem et Plato aliam gymnaſticam ut artis corpus regentis partem noverit, aliam vero, quam nunc homines celebrant, ex

κιμοῦσαν, ἐκ τῶνδ᾽ ἂν μάλιστα μάθοις. ὑπογράψω γάρ σοι τὰς ῥήσεις αὐτοῦ· πρώτην μὲν τὴν ἐκ Γοργίου, τόνδε τὸν τρόπον ἔχουσαν. δυοῖν ὄντοιν πραγμάτοιν, δύο λέγω τέχνας. τὴν μὲν ἐπὶ τῇ ψυχῇ πολιτικὴν καλῶ, τὴν δὲ ἐπὶ τῷ σώματι μίαν μὲν οὕτως ὀνομάσαι οὐκ ἔχω σοι, μιᾶς δ᾽ οὔσης τῆς τοῦ σώματος θεραπείας, δύο μόρια λέγω, τὴν μὲν γυμναστικὴν, τὴν δὲ ἰατρικήν. ἐνταῦθα μὲν οὖν, ὅτι τε μία τοῦ σώματός ἐστιν ἡ θεραπευτικὴ τέχνη, δύο ἔχουσα τὰ πρῶτα μόρια, σαφῶς ἐδήλωσεν ὁ Πλάτων· ὅτι δὲ τῶν μὲν μορίων αὐτῆς ἐστιν ὀνόματα, τῆς δ᾽ ὅλης οὐκ ἔστιν, ὅτι τε καὶ πρὸς τὸ βέλτιστον ἀποβλέπει, καὶ ὡς ἡ εὐεξία τοῦτ᾽ ἔστιν, ἐκ τῶν τοιῶνδε φανερὸν, ὧν ἕκαστα ἐν ταὐτῷ διῆλθεν. σῶμά που καλεῖς τι καὶ ψυχήν. πῶς γὰρ οὔ; οὐκοῦν καὶ τούτων οἴει τινὰ εἶναι ἑκατέρου εὐεξίαν; ἔγωγε. τί δέ; δοκοῦσαν μὲν εὐεξίαν, οὖσαν δ᾽ οὔ; οἷον δὲ τοιον λέγω. πολλοὶ δοκοῦσιν εὖ ἔχειν τὰ σώματα, οὓς οὐκ ἂν ῥᾳδίως αἴσθοιτό τις, ὅτι οὐκ εὖ ἔχουσιν, ἄλλος ἢ ἰατρός τε καὶ

his quispiam comprehendere poterit; tibi enim eius verba subjiciam, primaque ea, quae in Gorgia ad hunc modum se habent. *Duae res quum sint, duas esse artes dico, unam animae, quam civilem appello, alteram corporis, quam et ipsam unam quo nomine appellem, non habeo; sed una quum sit corporis curatio, duas partes nomino, gymnasticam unam, medicatricem alteram.* Hoc loco unam esse artem corpus curantem, quae duas principes partes habeat, dilucide Plato monstravit, partesque ipsius esse nominatas, totam vero nomine carere, in optimumque respicere, qui et bonus habitus dicitur, ex hisce declaratur; quorum singula in eodem libro explicavit. *Corpus sane vocas aliquid et animam. Quidni? Igitur et istorum amborum quendam esse bonum habitum non putas? Ego quidem. Quid vero? apparentem bonum habitum, sed non vere bonum? Quod autem dico, tale est. Plerique corpore bene habere videntur, quos haud facile quispiam non bene habere sentiat, nisi medi-*

τῶν γυμναστικῶν τις. ἔν τε τοῖς ἑξῆς, ὅτι τε πρὸς τὸ βέλτιστον μὲν ἀποβλέπουσιν οἵδε, πρὸς δ᾽ αὖ τὸ ἥδιστον ὅ ὀψοποιός τε καὶ ὁ κομμωτὴς, αὐτός γε διεξέρχεται.

Κεφ. λς΄. Τὴν μὲν γὰρ τῶν τοὺς ἀθλητὰς γυμναζόντων γυμναστικὴν, ὑποδυομένην μὲν ὀνόματι σεμνῷ, κακοτεχνίαν δὲ οὖσαν, οὔπω μὲν εἰς τοσοῦτον ἀποκεχωρηκυῖαν τοῦ κατὰ φύσιν, εἰς ὅσον αὐτὴν νῦν προαγηόχασιν, ἤδη δ᾽ ἀρχομένην οὐ πρὸς τὸ βέλτιον ἀποβλέπειν, ἀλλ᾽ ἁπλῶς ὡς ἰσχὺν τῶν ἀντιπάλων καταβλητικὴν, ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Πολιτείας ἐμέμψατο λέγων ὡδί. καὶ μὰ τὸν Δία, ἦ δ᾽ ὅς, σχεδόν τί γε πάντων μάλιστα, εἴ γε περαιτέρω γυμναστικῆς ἡ περιττὴ αὕτη ἐπιμέλεια τοῦ σώματος· καὶ γὰρ καὶ πρὸς οἰκονομίας, καὶ πρὸς στρατείας, καὶ πρὸς ἑδραίους ἀρχὰς ἐν πόλει δύσκολος. τὸ δὲ δὴ μέγιστον, ὅτι καὶ πρὸς μαθήσεις ἁστινασοῦν καὶ ἐννοήσεις τε καὶ μελέτας πρὸς ἑαυτὸν χαλεπὴ, κεφαλῆς τινας ἀεὶ διατάσεις καὶ [32] ἰλίγγους

cus aut gymnaſticorum aliquis fuerit. Et in ſequentibus, optimum iſtos intueri, quod vero ſit jucundiſſimum, ab obſoniorum conditore, qui comptor dicitur, ſpectari, ipſe late declarat.

Cap. XXXVI. Sed gymnaſticam illam, qua inſtituuntur athletae, gravi quidem nomine decoratam, ſed flagitioſam artem, nondum eouſque extra naturae limites progreſſam, quousque eam nunc protulerunt, jam vero non optimum finem, ſed abſolute virium, quibus adverſarii proſternantur, incrementum ſibi proponere incipientem, in tertio de Republica libro vituperavit in hunc modum diſſerens. *Profecto per Jovem,* inquit ille, *omnium fere potiſſimum, ſiquidem ultra gymnaſticam ſupervacua iſta corporis diligentia producatur: nam et domui gubernandae, et militiae, et ſedentariis magiſtratibus in civitate gerendis incommoda eſt; praecipuum vero ac maximum, quod ad omnes diſciplinas, cogitationes ac meditationes capeſſendas per ſe ipſam difficilis eſt, capitis ſemper aliquas diſtentiones atque ver-*

ὑποπτεύουσα καὶ αἰτιωμένη ἐκ φιλοσοφίας ἐγγίνεσθαι. ὥστε, ὅπη αὕτη, ἀρετῇ ἀσκεῖσθαι καὶ δοκιμάζεσθαι πάντῃ ἐμπόδιος. κάμνειν γὰρ οἴεσθαι ποιεῖ ἀεὶ, καὶ ὠδίνοντα μήποτε λέγειν περὶ τοῦ σώματος. ἔτι δὲ σαφέστερον ἐν τοῖς ἑξῆς, ὡς οὐκ ἰσχὺν καταβλητικὴν οἴεται τέλος εἶναι τῆς γυμναστικῆς, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας χρείαν, ἐνεδείξατο λέγων ὡδί. αὐτά γε μὴν τὰ γυμνάσια καὶ τοὺς πόνους πρὸς τὸ θυμοειδὲς τῆς φύσεως βλέπων, κἀκεῖν᾽ ἐπεγείρων πονήσει μᾶλλον, ἢ πρὸς ἰσχὺν, οὐχ ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἀθληταὶ ῥώμης ἕνεκα σιτία καὶ πότους μεταχειρίζονται. δῆλος οὖν ἐξ ἁπάντων ὁ Πλάτων ἐστὶν τὴν Ἱπποκράτους ἀκριβῶς φυλάττων γνώμην ὑπὲρ τῆς γυμναστικῆς τέχνης ταύτης, ἧς τὸ τέλος ἐστὶν ἡ τῶν ἀθλητῶν εὐεξία. μέμφεται γὰρ αὐτὴν ὡς ἄχρηστον εἰς τὰς πολιτικὰς πράξεις ἁπάσας, ὅπερ ἐνὶ λόγῳ περιλαβὼν ἐκεῖνος ὡδί πως ἀπεφήνατο· διαθέσιος ἀθλητικῆς οὐ φύσει ἕξις ὑγιεινὴ κρείσσων. ὅτι δὲ καὶ σφαλερὰ πρὸς ὑγίειαν ἡ μά-

tigines reformidans, sapientiaeque studium eorum ortus causam asserens. Quare, ubi ipsa adest, in virtute exerceri atque probari undique impedimentum objicit: efficit enim, ut homo semper se aegrotum opinetur, neque de corporis habitu queri unquam desinat. Adhuc inferius evidentius gymnasticae finem non vires adversarios prosternentes, sed usum ad naturales actiones esse confirmavit ita dicens: *Ipsas quidem exercitationes ac labores ad irascibilem naturae partem respiciens illamque excitans subibit potius quam virium rationem habens, nec quemadmodum alii athletae roboris causa cibos potusque adhibebit.* Undique igitur Platonis sententia perspicua est, Hippocratis mentem de huiusmodi arte gymnastica exquisite observantis, cuius finis est athletarum bonus habitus; ipsam enim tanquam ad omnia civilia negotia inutilem vituperat: quod brevi oratione ille complexus ita pronunciavit. *Affectione athletica non naturali salubris habitus melior est.* Quod ipsorum vero maxime ex-

λιστα κατωρθωμένη διάθεσις αὐτῶν ἐστιν, ἐφ' ἣν σπεύδουσι, καὶ ὡς καὶ τοῦτ' ἐγίνωσκον Ἱπποκράτης τε καὶ Πλάτων, εἴρηται μὲν καὶ δι' ἄλλων.

Κεφ. λζ. Οὐ μὴν ἀλλ', ἐπειδή περ ἅπαξ κατέστην εἰπεῖν τι περὶ τῆς μοχθηρᾶς εὐεξίας τε καὶ γυμναστικῆς, ὑπομνησθήσομαι καὶ τούτων ὡς ἔνι μάλιστα διὰ βραχυτάτων. τῆς ὑγιείας ἐν συμμετρίᾳ τινὶ τεταγμένης, ἀμετρίας ἐστὶ δημιουργὸς ἡ τοιαύτη γυμναστικὴ, πολλὴν καὶ πυκνὴν αὔξουσα σάρκα καὶ πλῆθος αἵματος ὡς ἔνι μάλιστα γλισχροτάτου παρασκευάζουσα. βούλεται γὰρ οὐ τὴν ἰσχὺν αὐξῆσαι μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ὄγκον τε καὶ τὸ βάρος τοῦ σώματος, ὥστε καὶ ταύτῃ χειροῦσθαι τὸν ἀνταγωνιστήν. οὔκουν ἔτι χαλεπὸν οὐδὲν ἐξευρεῖν, ὡς διὰ τοῦτο ἄχρηστός τε πρὸς τὰς κατὰ φύσιν ἐνεργείας ἐστὶν καὶ ἄλλως σφαλερά. ὅπερ γὰρ ἐν ἁπάσαις ταῖς ὄντως τέχναις ἀγώνισμά ἐστι μέγιστον εἰς ἄκρον ἀφικέσθαι τοῦ σκοποῦ, τοῦτ' ἐν ταύτῃ μοχθηρότατόν ἐστιν, ὡς φυσικήν τινα διάθεσιν, ἀλλ',

cellens affectio, ad quam potiffimum properant, ad fanitatem periculofa eft, quodque id Hippocrati Platonique ignotum non fuit, et alibi a nobis dictum eft.

Cap. XXXVII. Caeterum, quoniam femel de hoc non vere bono habitu, deque vitiofa gymnaftica fermonem inftitui, et haec de his, quam pauciffimis potero, perftringam. Quum in quadam moderatione fanitas fita fit, hujufmodi gymnaftica intemperiem exceffumque molitur, multam et folidam carnem procreans, fanguinisque copiam quam tenaciffimi adaugens. Neque enim vires tantum, fed etiam molem pondusque corpori adjicere conatur, ut hac etiam ratione adverfarius opprimi valeat. Neque igitur amplius reperire difficile eft, artem hanc omnibus naturalibus actionibus ideo effe inutilem, et alioqui periculis obnoxiam. Quod enim in omnibus veris artibus maximum ftudium eft ad fummum ejus, quod appetitur, pervenire, id in ifta peffimum eft, quum eum affectum, qui ex fententia Hippocratis praeter naturam

ὡς Ἱπποκράτης ἔλεγεν, οὐ φύσει κατασκευαζούσῃ. τὰ μὲν γὰρ τῆς φύσεως ἀγαθὰ προϊόντα τε καὶ ἐπιδιδόντα καὶ αὐξανόμενα γίνεται βελτίω, τὰ δ᾽ οὐ φύσει πάντα τοσούτῳ χαλεπώτερα, ὅσῳ καὶ μείζω. ὅθεν ἄφωνοί τινες αὐτῶν ἐξαίφνης, ἕτεροι δ᾽ ἀναίσθητοι, καὶ ἀκίνητοι, καὶ τελέως ἀπόπληκτοι γίνονται, τοῦ παρὰ φύσιν ὄγκου τοῦδε καὶ τοῦ πλήθους ἀποσβέσαντός τε τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, ἐμφράξαντός τε τὰς διεξόδους τοῦ πνεύματος· ὅσοι δ᾽ ἂν αὐτῶν τὰ πρᾳότατα πάθωσιν, ἀγγεῖον ῥήξαντες ἐμοῦσιν ἢ πτύουσιν αἷμα. τοὺς μὲν δὴ τῆς τοιαύτης εὐεξίας δημιουργούς, ὧν ἐστι τὰ θαυμαστὰ ταυτὶ συγγράμματα, νῦν ὑπὸ τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων περιφερόμενα, τελέως ἤδη τοῦδε τοῦ γράμματος ἀποδιαπομπησόμεθα. γινώσκεις γὰρ δή που καὶ σὺ, Θρασύβουλε φίλτατε, μηδ᾽ ἀποκρίσεως αὐτοὺς ἀξιουμένους ὑπ᾽ ἐμοῦ. τί γὰρ ἂν καὶ πλέον εἴη τοῖς χθὲς μὲν καὶ πρώην πεπαυμένοις τοῦ παρὰ φύσιν ἐμπίπλασθαί τε καὶ κοιμᾶσθαι, τόλμης δ᾽ εἰς τοσοῦτον ἥκουσιν, ὥσθ᾽, ὑπὲρ ὧν οὐδὲ τοὺς ἱκανῶς ἠσκηκότας ἀκολου-

est, tanquam naturalem adipifci contendat. Siquidem naturae bona, quo procedunt magis, crefcunt atque augentur, eo meliora evadunt; non naturalia vero omnia tanto deteriora funt, quanto majora. Unde iftorum nonnulli repente obmutescunt; alii fenfum motumque amittunt ac penitus attoniti fiunt, mole ifta praeter naturam ac multitudine infitum calorem extinguente, liberumque fpiritui tranfitum intercludente; quicunque autem ex ipfis mitiora patiuntur, effracto vafe fanguinem vomunt aut expuunt. Hujufce igitur boni habitus opifices, quorum haec mirabilia funt volumina, quae a corruptas aures habentibus in praefentia circumferuntur, jam prorfus ab hoc noftro libro ablegemus, fiquidem tu quoque, cariffime Thrafybule, cognofcis, iftos neque dignos effe putari, ut a me refponfionem accipiant. Quid enim iftis plus erit, qui heri aut nudiustertius praeter naturam crapulari atque dormire defierunt, ad tantumque audaciae pervenerunt, ut de rebus illis temere impudenterque contendant, de quibus neque illi facile pronun-

θίας τε καὶ μαχομένων διάγνωσιν ἔχει εὐπετῶς ἀποφήνασθαι, περὶ τούτων ἀναισχύντως διατείνεσθαι; τί μάθοιεν ἂν οὗτοι βα(298)θὺ καὶ σοφὸν καὶ ἀκριβὲς ἀκούσαντες θεώρημα; θαυμαστὸν μέν τἂν ἦν, εἰ τοῖς μὲν [33] ἐκ παίδων ἀσκουμένοις ἐν τοῖς ἀρίστοις μαθήμασιν οὐχ ἅπασιν ὑπάρχει κριταῖς ἀγαθοῖς εἶναι τῆς τοιαύτης θεωρίας, ὅσοι δ᾽ ἀσκοῦνται μὲν, ὥστ᾽ ἐν ἄθλοις νικᾷν, ἀφυεῖς δὲ ὄντες κᾀκεῖ στεφάνων μὲν ἠτύχησαν, ἐξαίφνης δ᾽ ἀνεφάνησαν γυμνασταὶ, τούτοις ἄρα μόνοις ὑπάρξει νοῦς περιττός. καὶ μὴν ἐγρήγορσις μᾶλλον καὶ φροντὶς οὐκ ἀμαθὴς ἢ ὕπνος ὀξὺν τὸν νοῦν ἀπεργάζονται, καὶ τοῦτο πρὸς ἁπάντων σχεδὸν ἀνθρώπων ᾄδεται, διότι πάντων ἐστὶν ἀληθέστατον,

Παχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον.

ἴσως οὖν ἡ κόνις ἔτι μόνη σοφίαν αὐτοῖς ἐδωρήσατο. τὸν μὲν γὰρ πηλὸν, ἐν ᾧ πολλάκις ἐκυλινδοῦντο, τίς ὑπολαμβάνει σοφίας εἶναι δημιουργὸν, ὁρῶν γε καὶ τοὺς σῦς ἐν αὐτῷ διατρίβοντας; ἀλλ᾽ οὐκ ἐν τοῖς ἀποπάτοις εἰκὸς, ἐν

ciare audent, qui jamdiu earum cohaerentiam pugnantemque naturam aſſequi ſtuduerunt? Quodnam iſti profundum, eruditum graveque praeceptum audientes condiſcere potuerunt? Mirandum eſſet medius fidius, ſi, quum neque illi omnes, qui a primis pueritiae temporibus in optimis diſciplinis verſati ſunt, boni contemplationis hujuſce judices eſſe valeant, illi, qui ſeſe in certaminibus ad vincendum exercuerunt, degeneres autem et ibi victoria caruerunt, ac repente gymnaſtae effecti ſunt, ſoli mentis acumine praecellent. Atqui vigilia cogitatioque non rudis magis quam ſomnus perſpicax ingenium reddunt, idque ab omnibus fere hominibus, quoniam omnium veriſſimum eſt, adagium decantatur:

Craſſus venter ſubtilem mentem non parit.

Forſan igitur pulvis adhuc ſolus ſapientiam ipſis comparavit; nam lutum, in quo crebrius volutati ſunt, quis ſapientiae conditorem eſſe arbitretur, et ſues cernens in ipſo convolvi? At non in latrinis, inter quas quotidie

οἷς διημέρευον, ἀγχίνοιαν φύεσθαι. καὶ μὴν παρὰ ταῦτ᾽ οὐδὲν ἄλλο πρότερον ἔπραττον· ὅλον γὰρ ἑωρῶμεν αὐτῶν τὸν βίον ἐν ταύτῃ τῇ περιόδῳ συστρεφόμενον, ἢ ἐσθιόντων, ἢ πινόντων, ἢ κοιμωμένων, ἢ ἀποπατούντων, ἢ κυλινδουμένων ἐν κόνει τε καὶ πηλῷ.

Κεφ. λη'. Τούτους οὖν ἀποπέμψαντες, (οὐ γὰρ κακοτεχνίας, ἀλλὰ τέχνας ἥκομεν ἐπισκεψόμενοι,) τοὺς τῆς ὄντως γυμναστικῆς ἐπιστήμονας ἤδη καλῶμεν, Ἱπποκράτην τε καὶ Διοκλέα, καὶ Πραξαγόραν, καὶ Φιλότιμον, Ἐρασίστρατόν τε καὶ Ἡρόφιλον, ὅσοι τ᾽ ἄλλοι τὴν ὅλην περὶ τὸ σῶμα τέχνην ἐξέμαθον. ἤκουσας δή που ἀρτίως Πλάτωνος λέγοντος, ὡς οὐδέν ἐστιν ἴδιον ὄνομα. μὴ τοίνυν ζήτει ἓν ὄνομα κατὰ πάσης τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης, οὐ γὰρ εὑρήσεις· ἀλλ᾽ εἴπερ ποτὲ καταστaίης ὑπὲρ αὐτῆς εἰπεῖν, ἀρκείτω σοι Πλάτωνα μιμησαμένῳ διελθεῖν, ὡς μιᾶς οὔσης τῆς τοῦ σώματος θεραπείας δύο μόρια λέγω, τὴν μὲν γυμναστικὴν, τὴν δὲ ἰατρικὴν, ὑγιαινόντων μὲν δηλονότι τὴν γυμναστι-

vitam traduxerunt, par eſt ingenii ſolertiam procreari; atqui praeter haec nihil aliud ipſi prius agebant. Omnem enim ipſorum vitam in hoc circo verſari conſpeximus, aut edentium, aut bibentium, aut dormientium, aut ventrem exonerantium, aut ſeſe in pulvere lutoque volventium.

Cap. XXXVIII. His itaque dimiſſis, (veras enim artes et non vitioſas contemplaturi in hunc ſermonem incidimus,) legitimae gymnaſticae auctores jam accerſamus, Hippocratem, Dioclem, Praxagoram, Philotimum, Eraſiſtratum atque Herophilum, et quicunque alii totam artem ad corpus pertinentem didicerunt. Proxime vero Platonem dicentem audiviſti, ejus nullum eſſe proprium nomen. Ne igitur totius artis corpus curantis unum nomen quaerito, neque enim invenies. Verum, ſi forte de ipſa ſermonem habere inſtitueris, contentus ſis, Platonem imitatus, ita diſſerere: *Una quum ſit corporis curatio, duas ejus partes appello, unam gymnaſticen, alteram curatricem,*

κὴν, νοσούντων δὲ τὴν ἰατρικήν. ἀλλ' ἐκεῖνο μᾶλλον ἐπισκέψεως ἄξιον, ὅτι μὴ τὴν ὑγιεινὴν τέχνην ὁ Πλάτων ἀντιδιεῖλε τῇ ἰατρικῇ, καθάπερ ἐποίησαν οἱ προειρημένοι πάντες ἄνδρες, ὧν, εἰ βούλει, μνημονεύσωμεν ἑνὸς, ἐπειδὴ καὶ πρόχειρα πᾶσίν ἐστιν αὐτοῦ τὰ συγγράμματα. λέγει τοίνυν Ἐρασίστρατος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ὑγιεινῶν· οὔτε γὰρ ἰατρὸν εὑρεῖν ἔστιν, ὅστις δέδωκεν αὐτὸν εἰς τὴν περὶ τῶν ὑγιεινῶν πραγματείαν. εἶτ' ἐφεξῆς· αἱ μὲν γὰρ παρά τι πάθος γιγνόμενον ἀπεψίαι καὶ αἱ τούτων θεραπεῖαι εἰς ἰατρικῶν, καὶ οὐκ εἰς τὴν τῶν ὑγιεινῶν πραγματείαν πίπτουσιν. εἶτ' αὖθις ἔτι προελθών· εἰ δέ τις εἴη φαυλότης περὶ τὸ σῶμα, δι' ἣν τὰ προσφερόμενα αἰεὶ διαφθαρήσεται, καὶ οὕτως εἰς τὴν αὐτὴν κακοχυμίαν τοῖς προϋπάρχουσιν ἥξει, τὴν τοιαύτην διάθεσιν ἰατροῦ καὶ οὐχ ὑγιεινοῦ λύειν. εἶτ' ἐφεξῆς· τὸ λέγειν περὶ τούτων ἢ λύειν ταύτας ἰατροῖς καὶ οὐχ ὑγιεινοῖς ἐπιβάλλει. φαίνεται γὰρ οὗτος οὐ μόνον ὑγιεινήν τινα ὀνομάζων τέχνην ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ἀλλὰ

ſanorum quidem gymnaſticen, aegrorum vero curatricem. Sed illud magis conſideratione dignum, Platonem non ſalubrem artem curatrici in partitione oppoſuiſſe, quemadmodum antedicti omnes viri fecerunt: quorum unius (ſi placet) meminero, quoniam ejus libri paſſim celebrantur. Inquit igitur Eraſiſtratus in primo De tuenda ſanitate: *Neque enim medicus inveniri poteſt, qui ſeſe ad tractanda ſalubria contulerit.* Deinde ſubjungit: *Cruditates enim ab aliquo affectu provenientes et ipſarum curationes ad medicativam, non ad ſalubrium tractationem rediguntur.* Deinde iterum progrediens addit: *Si quod vero in corpore vitium extiterit, propter quod aſſumpta ſemper corrumpentur, atque ita in aeque malos ſuccos, ac ſunt priores, convertuntur, hujusmodi affectionem medici eſt, non tuendae ſanitatis magiſtri, diſſolvere.* Item paulo poſt: *Praecipere de his, aut has diſcutere, medicos, non ſalubres, decet.* Videtur enim iſte non artem quandam ſolum, perinde ut alii omnes, ſed etiam ejus

καὶ τὸν τεχνίτην αὐτῆς ὑγιεινὸν, ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τὸν τῆς ἰατρικῆς ἰατρὸν, ἵνα τῆς περὶ τὸ σῶμα θεραπευτικῆς τέχνης, ἧς οὐδὲν ἦν ὄνομα τοῖς Ἕλλησιν ἴδιον, εἰς δύο τὰ πρῶτα τμηθείσης, ὥσπερ αὐτὰς τὰς τέχνας ἰατρικήν τε καὶ ὑγιεινὴν, οὕτως καὶ τοὺς τεχνίτας αὐτῶν ὀνομάζωμεν ὑγιεινόν τε καὶ ἰατρόν. ὡσαύτως δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἰατρῶν ἐχρήσαντο τοῖς ὀνόμασιν.

Κεφ. λθ΄. [34] Ἀλλ', ὡς ἔοικεν, οὔπω κατὰ Πλάτωνα σύνηθες ἦν τοῖς Ἕλλησιν οὔτε ὑγιεινὴν τὴν τέχνην, οὔτε τὸν ἐπιστήμονα καλεῖν ὑγιεινόν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸ τοῦ Ἱπποκράτους ὑγιεινὸν ὑγιεινὸν, ἀλλὰ τὸ μέν τι περὶ διαίτης ἐπιγέγραπται, τὸ δέ τι περὶ ὑδάτων, καὶ ἀέρων, καὶ τόπων. τάχα δ', ὡς ἔφην, οὐδὲ χρείαν εἶναι διαίτης ὁ Πλάτων ἐνόμιζεν τοῖς ὑγιαίνουσιν, ἀλλ' ἀρκεῖν μόνην γυμναστικήν. οὐδὲ γὰρ τὸ ἀναληπτικὸν μόριον ἢ τὸ προφυλακτικὸν ἴσως ἡγεῖται προσήκειν τῇ γυμναστικῇ. μέσα γὰρ, ὡς ἔφην, αὐτὰ τεταγμένα δυνατόν ἐστιν, ὁποτέρῳ τις βούλεται, προσνέμειν. ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτά τις τοῖς ἰατροῖς ἐπιτρέψειεν,

profeſſorem ſalubrem appellare, quemadmodum, ut cenſeo, et medicativae profeſſorem medicum vocat: ut artis corpus curantis, cujus nullum proprium apud Graecos nomen erat, in duas principes partes diſtributae, ſicut ipſas partes medicativam ſalubremque, ita et earum profeſſores medicum ſalubremque appellemus. Eodem modo autem et plerique alii medici nominibus uſi ſunt.

Cap. XXXIX. Caeterum, ut videtur, Platonis temporibus nondum Graeci aut artem ipſam, aut ejus profeſſorem ſalubrem appellare conſueverant. Neque enim Hippocratis liber ſalubris ſalubris inſcribitur, ſed alter de ratione victus, alter de aquis, aëre et locis inſcribitur. Forſitan autem, ut proxime retuli, neque ſanis opus eſſe ratione victus Plato opinabatur, ſed ipſis gymnaſticam ſolam ſufficere; neque enim inſtaurativam partem aut praeſervativam ad gymnaſticam fortaſſe pertinere exiſtimabat: medias enim ipſas (ut dixi) collocatas, utri volueris, adjicere potes. Quod ſi et ipſa medicativae adjungas,

ὀλίγον ἐστὶ τὸ ὑγιεινὸν, ἀέρων τε πέρι, καὶ ὑδάτων, καὶ χωρίων, καὶ γυμνασίων, καὶ σιτίων ἐπισκοπούμενον· καίτοι γε οὐδὲ περὶ σιτίων ἁπάντων, ἀλλ᾽ ὅσα τοῖς ὑγιαίνουσιν ἁρμόττει μόνον. τάχα δ᾽, ἐπειδὴ καὶ τὰ τῶν ἀέρων τε καὶ χωρίων καὶ ὑδάτων ἔφθανεν ἤδη γιγνώσκεσθαι τοῖς ἰατροῖς, ὡς ἂν καὶ πρώτου τοῦ θεραπευτικοῦ μορίου συστάντος, οὐδὲν ἔτι προσεπιμαθεῖν αὐτῶν ἐνέλιπεν εἰς τὸ μὴ μόνον ἰατροῖς, ἀλλὰ καὶ ὑγιεινοῖς γενέσθαι, πλὴν τῆς περὶ τὰ γυμνάσια τέχνης. οὐκοῦν οὐδὲ ἀπεικὸς, οὐδ᾽ ἀπὸ μόνου τοῦ προσαγορευθέντος ὀνομασθῆναι τὸ σύμπαν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὑπὲρ ὀνόματός ἐστιν, οὐ περὶ πράγματος σκοπεῖσθαι.

Κεφ. μ'. Καὶ εἴ τις, ὅπερ καὶ πρόσθεν εἶπον, αὐτὸ δὴ τοῦτο γιγνώσκων, ὅτι μὴ καὶ περὶ πράγματος ὁ λόγος, ἀλλ᾽ ὀνόματός ἐστιν, ἐμὲ κελεύσειεν ἀποφαίνεσθαί τι καὶ περὶ τοῦδε, βέλτιον ὀνομάζειν ἐρῶ τοὺς δύο τὰ πρῶτα μόρια φάσκοντας τῆς ὅλης τέχνης ὑγιεινόν τε καὶ θεραπευτικὸν, εἴ γ᾽ ἐν ταῖς μεθόδοις ταῖς διαιρετικαῖς ἐμάθομεν

exigua erit falubris portio de aëre, aqua, locis, exercitationibus cibisque tantum confiderans; atqui neque de cibis omnibus, fed de illis tantum, qui ad fecunda fruentes valetudine pertinent. Quin etiam fortaffe, quum aëris, regionum aquarumque notitiam medicus praeoccupaffet, utpote curativa parte ante conftituta, nihil amplius de ipfis non folum medicis, fed etiam falubribus inftituendis, praeter artem exercitationum rationem tradentem difcendum fuperat. Quam ob rem neque abfurdum fuit et a parte nomen habente totum appellari. Verum haec de nomine eft, non de re difputatio.

Cap. XL. At fi quifpiam (quod et fupra pofui) id ipfum perfpiciens, non de re, fed de vocabulo inftitutum effe fermonem, me et de hoc aliquid dicere praecipiat, melius eos facere dixero, qui duas totius artis principes partes falubrem curativamque appellant; quandoquidem in dividendi methodis didicimus ejufdem ge-

Ed. Chart. VI. [34.] Ed. Baf. IV. (298.)

ἀντιδιαιρεῖν ἀλλήλοις ὁμογενῆ πράγματα. τῷ γὰρ, εἰ τύχοι, τῶν ζώων εἰπόντι τὰ μὲν ἐναέρια, τὰ δ᾽ ἔνυδρα, προσθεῖναι τούτοις τὰ λογικὰ προφανῶς ἄτοπον. ἡ μὲν γὰρ προτέρα διαίρεσις ἔμπυρά τε καὶ ἔγγεια προσκεῖσθαι ποθεῖ· ταῦτα γὰρ ἀνάλογόν ἐστι τοῖς ἐναερίοις τε καὶ ἐνύδροις· ἡ δ᾽ αὖ δευτέρα τοῖς λογικοῖς ἀντιδιαιρεῖσθαι βούλεται τὰ ἄλογα. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τῷ μὲν θνητῷ τὸ ἀθάνατον, ἀγρίῳ δὲ τὸ ἥμερον, καὶ πεζῷ τὸ πτηνὸν καὶ τὸ νηκτόν· ἐσχάτη γὰρ ἀτοπία τῶν ζώων, εἰ τύχοι, τὰ μὲν ἀθάνατα λέγειν εἶναι, τὰ δὲ πεζὰ, τὰ δὲ δίποδα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης, εἴ τις ἐθέλοι τέμνων ἐξευρίσκειν τὰ μόρια, τὸ μὲν τοὺς νοσοῦντας ἰώμενον ἰατρικῆς τέχνης λεχθήσεται, τὸ δὲ τῶν ὑγιαινόντων προνοούμενον ὑγιεινῆς. καὶ τούτου γ᾽ ἔτι κάλλιον, ὡς ἡμεῖς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, τῆς περὶ τὸ σῶμα τέχνης ἐπανορθωτικῆς τινος οὔσης, τὸ μὲν κατὰ μεγάλα τὴν ἐπανόρθωσιν ποιούμενον ἰατρικόν τε καὶ ἰατρικὴ ὀνομασθήσεται, τὸ δὲ κατὰ σμικρὰ, καὶ διὰ τοῦτο λανθάνον, εἰ

neris res per oppoſita membra partiri. Exempli namque gratia de animalibus dicens alia eſſe aërea, alia aquatilia, ſi addat, alia rationabilia, perabſurdum evidenter faceret: nam prior partitio ignea terreſtriaque adjici poſtulat; haec enim proportione aëriis aquatilibusque reſpondent; rurſus autem ſecunda in dividendo rationalibus irrationalia opponi requirit, ac eadem ratione mortali quidem immortale, fero manſuetum, pedeſtri volucre natatileque opponitur: extremae namque abſurditatis eſt animalium aliqua immortalia eſſe dicere, aliqua pedeſtria, aliqua bipeda. Ad eundem ſane modum in arte, quae circa corpus occupatur, ſi quis eam partiens invenire partes quaerat, et aegros curantem medicativam, et ſanis conſulentem ſalubrem appellabit. Quin imo etiam melius, ut et nos antea dicebamus, ars corporis curam habens emendatrix quum ſit, qua parte magna vitia corrigit, medicativa ſeu medicatrix nominabitur, qua vero exiguas noxas tollit, ideoque prae exiguitate, num etiam ab initio cor-

τὴν ἀρχὴν ἐπανορθοῦται, φυλακτικόν. ἔτι δὲ κάλλιον ὀνομάσεις ἀπὸ τῶν ὑλῶν αὐτὰ, νοσερὸν μὲν τὸ ἕτερον, ὑγιεινὸν δὲ θάτερον. εἰ δ᾽ αὖ πάλιν ἐθέλοις τέμνειν τὸ ὑγιεινὸν ἢ φυλακτικὸν, (εἴρηται γὰρ, ὡς ἑκατέρως ἐγχωρήσει προσαγορεύειν,) ἀπὸ μὲν τῆς ὑποκειμένης ὕλης εἰς τρία τεμεῖς, ὡς ἔμπροσθεν εἴρηται, τό τ᾽ ἀναληπτικὸν ὀνομαζόμενον, καὶ τὸ κατ᾽ εἶδος ὑγιεινὸν, καὶ πρὸς τούτοις τὸ εὐεκτικόν. ὑποβέβληται γὰρ [35] ἡ ἴδιος ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων ὕλη, τῷ μὲν τὸ κατὰ σχέσιν ὑγιαῖνον σῶμα, τῷ δὲ τὸ καθ᾽ ἕξιν, τῷ τρίτῳ δὲ τὸ καλούμενον εὐεκτικόν· συμβέβηκε γὰρ ὁμωνύμως λέγεσθαι τοῖς μορίοις τῆς τέχνης αὐτὰ τὰ σώματα. κατὰ δὲ τὰς ὕλας τῶν βοηθημάτων εἴπερ ἡ τομή σοι γένοιτο, τετραχῆ διαιρήσεις τήν φυλακτικήν τε καὶ ὑγιεινὴν ταύτην τέχνην. ἔσται γὰρ αὐτῆς ἡ μὲν ἐν προσφερομένοις, ἡ δὲ ἐν ποιουμένοις, ἡ δὲ ἐν κενουμένοις, ἡ δὲ ἐν τοῖς ἔξωθεν προσπίπτουσιν ἀναστρεφομένη· διὰ τούτων γὰρ ἡ ὑγίεια φυλάττεται. τὸ μὲν οὖν ἐν (299) τοῖς προσφερομένοις τῆς ὑγιεινῆς τέχνης μέρος ἐδεσμάτων τ᾽ ἐστὶ καὶ πομάτων

rigat, fenfum fubterfugiens, confervatrix dicetur. Quin etiam aptius a materiis has partes morbidam unam, falubrem alteram appellaveris. Quod fi rurfus velis falubrem feu confervativam partiri, (utroque enim modo licere appellare dictum eft,) a fubjecta ipfam materia in tria diduces, ut fupra retulimus, in analepticen dictam et in falubrem fecundum fpeciem, praeterea et in boni habitus effectricem; nam fingulis dictis partibus propria materia fubjicitur, uni fecundum habitudinem valens corpus, alteri fecundum habitum, tertiae bono habitu praeditum; accidit enim ipfa corpora eodem cum partibus artis nomine appellari. Quod fi fecundum auxiliorum materias artem hanc falutarem confervatricemque diftribuas, in quatuor partes fecabitur; una fiquidem in affumptis, altera in iis, quae fiunt, tertia in iis, quae evacuantur, quarta in forinfecus occurfantibus verfatur; per haec enim fanitas cuftoditur. Pars igitur falubris artis in iis, quae affumuntur, verfans ciborum potionumque ad fanitatis

Ed. Chart. VI. [35.] Ed. Baſ. IV. (299.)

ἐπιστήμη τῶν εἰς ὑγιείας φυλακὴν ἀνηκόντων, τὸ δ᾽ ἐν τοῖς κενουμένοις ἱδρώτων τε καὶ διαχωρημάτων, οὔρων τε καὶ ὅλως ἁπάντων τῶν ἐκ τοῦ σώματος ἡμῶν ἐκκενοῦσθαι δεομένων, τὸ δὲ τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων ἀέρος, ὕδατος, ἅλμης, θαλάττης, ἐλαίου τῶν τε ἄλλων ἁπάντων τῶν τοιούτων. ἔτι δὲ τὸ τέταρτόν τε καὶ λοιπὸν ὅπερ ἐν τοῖς ποιουμένοις ἐτέτακτο μέρος τῆς τέχνης ἐν γυμνασίοις ἐστὶ καὶ τοῖς καλουμένοις ἐπιτηδεύμασιν. καὶ γὰρ ἐγρήγορσις, καὶ ἀγρυπνία, καὶ ὕπνος, καὶ ἀφροδισιά τε καὶ θυμὸς, καὶ φροντὶς, καὶ λουτρὸν ἐκ τούτου τοῦ γένους ἐστὶν, καὶ χρὴ διαγινώσκειν τῶν ὑγιεινῶν ἑκάστου τῶν εἰρημένων ποσότητά τε καὶ ποιότητα, καὶ καιρόν.

Κεφ. μα΄. Πολλοστὸν οὖν μέρος γίνεται τῆς ὑγιεινῆς τέχνης ἡ περὶ τῶν γυμνασίων ἐπιστήμη. δικαιότερον γὰρ, οἶμαι, καλεῖν ἐστι γυμναστικὴν τέχνην, ἥτις ἂν ἐπιστήμη τῆς ἐν ἅπασι τοῖς γυμνασίοις ᾖ δυνάμεως, ὡς τό γε περὶ τῶν κατὰ τὴν παλαίστραν ἐπίστασθαι μόνον ἐσχάτως πω μικρόν ἐστι, καὶ πᾶσιν ἥκιστα χρήσιμον. ἐρέσσειν οὖν ἀμει-

cuſtodiam pertinentium ſcientia eſt; quae vero in iis, quae evacuantur, ſudores, dejectiones, urinas, in univerſumque omnia, quae corpus noſtrum excernere debet, conſiderat; quae exterius incidentium eſt, aërem, aquam, ſalſuginem, mare, oleum, aliaque hujuſmodi omnia ſpeculatur. At quarta pars artis, quae ſupereſt, in iis quae aguntur poſita, exercitationibus appellatisque ſtudiis continetur: expergefactio namque et vigilia, ſomnus, venus, ira, curae, lavatio ex hoc genere ſunt. Atque ſingulorum enumeratorum ſalubrium quantitas, qualitas, occaſio dignoſcenda eſt.

Cap. XLI. Quantula igitur ſalubris artis pars eſt de exercitationibus ſcientia? rectius enim puto gymnaſtica ars appellabitur, quae omnium exercitationum facultatis cognitio eſt. Nam quae ad palaeſtram ſolum pertinent, cognoſcere perquam exiguum eſt, omnibusque mortalibus minime utile. Quandoquidem navigare, ſode-

νόν ἐστι, καὶ σκάπτειν, καὶ θερίζειν, καὶ ἀκοντίζειν, καὶ τρέχειν, καὶ πηδᾷν, καὶ ἱππάζεσθαι, καὶ κυνηγετεῖν, ὁπλομαχεῖν τε καὶ σχίζειν ξύλα, καὶ βαστάζειν, καὶ γεωργεῖν, ἅπαντά τε τἄλλα κατὰ φύσιν ἐργάζεσθαι κρεῖττον, ἢ κατὰ παλαίστραν γυμνάζεσθαι. καί σοι πάρεστιν ἤδη σκοπεῖν, οὐ μόνον ὅτι πολλοστόν ἐστι μόριον ὑγιεινῆς τέχνης ἡ γυμναστικὴ, ἐλάχιστον δ᾽ αὖ πάλιν ἐστὶ τῆς γυμναστικῆς τὸ περὶ τῶν κατὰ παλαίστραν μόριον, ὅτι τε τούτῳ παράκειται τὸ τῶν ἀθλητῶν ἐπιτήδευμα, καὶ διαθέσεώς τινος ἀπεργαστικὸν, οὐ φύσει, καὶ κακοτεχνίαν ἐπιστατοῦσαν ἔχον, ὑποδυομένην μὲν τέλει χρηστῷ τῆς εὐεξίας, ἄλλο δ᾽ ἔτι μᾶλλον ἢ εὐεξίαν ἐργαζόμενον, ἀλλὰ ὅτι τῆς μὲν τοιαύτης κακοτεχνίας οἱ δυστυχῶς ἀθλήσαντες ἐξαίφνης ἐπιστήμονες ἀναφαίνονται, τῆς δ᾽ ὄντως γυμναστικῆς Ἱπποκράτης καὶ ὁ προειρημένος ἅμ᾽ αὐτῷ χορὸς ἐπιστήμων ἐστίν. ὥσπερ δ᾽ ἐν τοῖς κατὰ ἰατρικὴν οὐχ ἅπασιν ὀρθῶς ἅμα εἴρηται πάντα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδὲ περὶ γυμνασίων. ἀλλὰ νῦν οὐ πρόκειται διελέγχειν τοὺς κακῶς ὑπὲρ αὐτῶν

re, metere, jaculari, currere, ſaltare, equitare, venari, armis certare, ligna findere, bajulare, et agrum colere, omniaque alia ſecundum naturam facere, quam lucta exerceri, melius eſt. Unde tibi iam intueri licet, non modo ſalubris artis portiunculam eſſe gymnaſticam, ſed etiam gymnaſticae minimam eſſe particulam luctandi ſtudium; huicque cognata athletarum profeſſio, et affectionis cujuſdam non naturalis effectiva, vitioſamque artem ſibi propoſitam habens, optimum quidem boni habitus finem prae ſe ferentem, ſed omnia alia potius quam bonum habitum producentem. At huius improbae artis iſti miſere luctati repente ſcientiſſimi evaſerunt, verae autem legitimaeque gymnaſticae Hippocrates et nuper cum ipſo enumeratus illuſtrium virorum coetus peritus eſt. Quemadmodum vero ad curativam partem pertinentia non rite omnia ab omnibus ſimul tradita ſunt, perinde et de exercitationibus non vera omnia praecepta tradidere. Verum in praeſentia perperam de ipſis loquutos

ἐγνωκότας, ἀλλ' ἐξηγεῖσθαι τοὔνομα τῆς γυμναστικῆς, ὡς ἔστιν ἐπιστήμη τις ἥδε τῶν ἐν γυμνασίοις δυνάμεων, ὥσπερ ἡ φαρμακευτικὴ τῶν ἐν φαρμάκοις· ἄμφω γὰρ ταῦτα τὰ μόρια τὴν κλῆσιν ἀπὸ τῶν ὑλῶν ἔσχηκεν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις οἷς ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον.

Κεφ. μβ'. [36] Καὶ δῆλον ὡς, ὅσοι τὴν γυμναστικὴν ἀντιδιαιροῦσι τῇ ἰατρικῇ, κακῶς γινώσκουσιν. ἡ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ὕλης, ἡ δ' ἀπὸ τῆς καθόλου τε καὶ γενικῆς ἐνεργείας ὠνόμασται. πρῶται μὲν γάρ εἰσιν αἱ κατὰ μέρος ἐνέργειαι, καθῆραι δι' ἐλλεβόρου καὶ σκαμμωνίας, εἰ τύχοι, καὶ τεμεῖν φλέβα, καὶ ὀστοῦν ἐκκόψαι, καὶ ἀσιτῆσαι προστάξαι, καὶ δοῦναι τροφήν· ἐπ' αὐταῖς δ' ἕτεραι γενικώτεραί τε καὶ ἤδη καθόλου, φαρμακεῦσαι, καὶ χειρουργῆσαι, καὶ διαιτῆσαι, καὶ τούτων ἁπασῶν κοινὴ, τὸ ἰάσασθαι, καθάπερ, οἶμαι, πάλιν ἐπὶ ταῖς περὶ τὰ ὑγιαίνοντα γιγνομέναις ἐνεργείαις ἁπάσαις κοινὴ ἡ φυλακή. καὶ ὅστις ἀντιδιαιρεῖται τῷ ἰατρικῷ τὸ φυλακτικὸν, ὁμογενῶν ποιεῖται τὴν

caſtigare propoſitum non eſt, ſed gymnaſticae nomen declarare, quod ſcilicet haec facultatum in exercitationibus poſitarum, quemadmodum et medicamentaria facultatum in medicamentis repertarum, ſcientia quaedam eſt: ambae enim hae partes a materiis denominationem ſortitae ſunt, ſicut et aliae, quas paulo ante recenſui.

Cap. XLII. Atque hinc eos male ſentire conſtat, qui in dividenda tota arte gymnaſticam medicativae opponunt; illa namque a materia, haec a generali communique actione appellationem habet. Nam primae actiones ſingulares ſunt, veratro aut ſcammonia exempli cauſa purgare, venam aperire, os excidere, inediam indicere, cibum exhibere; poſt has aliae communiores ac jam univerſales, medicari, manus opera uti, rationem victus inſtituere, omnibusque iſtis commune mederi, quemadmodum, ut puto, iterum actionibus circa ſana corpora accommodatis omnibus communis eſt conſervatio. Ac quiſquis per diviſionem medicativo conſervativum opponit,

ἀντίθεσιν. ἄμφω γὰρ ἀπὸ τῆς ἐνεργείας ὠνόμασται, καθάπερ αὖ πάλιν ἀπὸ τῆς ὑποκειμένης ὕλης τό τε νοσερὸν καὶ ὑγιεινόν. ἀπὸ δὲ τῆς τῶν βοηθημάτων ὕλης τό τε φαρμακευτικὸν ὠνόμασται καὶ τὸ γυμναστικόν· τὸ μὲν γὰρ τοῦ νοσεροῦ τε καὶ ἰατρικοῦ μέρος ὑπάρχει, τὸ δὲ τοῦ ὑγιεινοῦ τε καὶ φυλακτικοῦ.

Κεφ. μγ'. Προσέχειν δ' ἐνταῦθα τὸν νοῦν χρὴ, μή πη λάθωμεν τὸν αὐτὸν ἀποδείξαντες τῷ γυμναστικῷ τὸν ἐπιστάτην τοῦ παλαίσματος καὶ μόριόν τι ποιήσαντες ὅλης τῆς γυμναστικῆς τὴν ὡς ἂν εἴποι τις παλαιστρικήν. ὁ γὰρ ἐπιστάμενος τά τε παλαίσματα σύμπαντα καὶ τῶν τρίψεων ἁπάσας καλῶς ἐργάζεσθαι τὰς κατὰ μέρος ἐνεργείας ἀνάλογόν ἐστι σιτοποιῷ, καὶ μαγείρῳ, καὶ οἰκοδόμῳ, δημιουργεῖν μὲν ἐπισταμένοις ἄρτους τε καὶ ὄψα καὶ οἰκίας, οὐ μὴν ἐπαΐουσί γ' οὐδὲν οὐδὲ γινώσκουσιν, ὅ τί τε χρηστὸν ἐν αὐτοῖς καὶ μὴ χρηστὸν, ἥντινά τε δύναμιν ἔχον ἕκαστον αὐτῶν ἐστι πρὸς ὑγίειαν. ἡ μὲν οὖν προνοουμένη τοῦ σώματος ἡμῶν τέχνη μία, καθάπερ εἴρηται πολλάκις,

cognatorum oppofitionem facit: utrumque enim ab actione nominatum eft, quemadmodum rurfum a fubjecta materia morbofum atque falubre, ab auxiliorum autem materia medicamentarium ac gymnafticum, hoc eft exercitatorium; illud enim morbofi et medicativi pars eft, hoc falubris et confervativi.

Cap. XLIII. Caeterum hoc loco diligenter mentis acies exercitanda eft, ne gymnafticum palaeftraeque praefectum eundem nos efficere, totiusque gymnafticae partem quandam luctatoriam (ut ita dicam) conftituere nos praetereat, quandoquidem et qui luctae et frictionum omnes fingillatim actiones rite obire valeat, ifte panifici, coquo, aedificatori proportione refpondet, facere quidem panes, obfonia, aedes fcientibus, minime tamen, quid in ipfis optimum fit, quid non optimum, intelligentibus, quamve facultatem ipforum unumquodque ad fanitatem habeat, non dignofcentibus. Nempe ars, quae corpus humanum curat, ut crebro ante repetitum fuit, una eft, aliae vero

αἱ δ' ἄλλαι τὰς ὕλας ταύτῃ παρασκευάζουσιν. οὔτε γὰρ, οἷς ἄμεινόν ἐστιν ὑποδεδέσθαι μὲν, καὶ ἀνυποδέτους εἶναι, σκυτοτόμος οἶδεν, οὔθ' οἷς ὑποδεδέσθαι μὲν, ἀλλὰ τοῖον ἢ τοῖον ὑπόδημα. τοῦτο μὲν γὰρ Ἱπποκράτης γιγνώσκει, καὶ κελεύει γε τῷδέ τινι φορεῖν ἀρβύλας τὰς πηλοπάτιδας, οὐ μὴν αὐτός γε δημιουργήσει τὰς ἀρβύλας, οὐ μᾶλλον, ἢ ὁ στρατηγὸς τὸ κράνος, καὶ τὸν θώρακα, καὶ τὸ δόρυ, καὶ τὴν ἀσπίδα, καὶ τὴν μάχαιραν, καὶ τὰς κνημῖδας. οὐδὲ γὰρ ὁ οἰκοδόμος οἶδεν ὑψηλῆς πέρι καὶ ταπεινῆς οἰκήσεως, οὐδ' ἔτι πρὸς ἀνατολὴν ἢ δύσιν ἐστραμμένης, οὐδέ γε τῆς πρὸς βοῤῥᾶν τε καὶ ψυχρᾶς, ἢ νοτίου καὶ θερμῆς, οὐδὲ σκοτεινῆς ἢ φωτεινῆς, οὐδὲ καταγαίου τε καὶ ὑπερώου, καὶ νοτερᾶς, καὶ ξηρᾶς, ἀλλ' ὅλως ἀγνοεῖ, τίνα μὲν ὠφέλειαν ἕκαστον τούτων ἔχει, τίνα δὲ βλάβην, ὥσπερ γε καὶ ὁ σιτοποιὸς οὐκ οἶδεν, ὅτῳ χρὴ καθαρὸν ἄρτον διδόναι, καὶ ὅτῳ συγκόμιστόν, οὐδὲ ὅτῳ πολὺν, ἢ ὀλίγον, οὐδ' ἐν ὅτῳ καιρῷ, κατασκευάζει μέντοι καλῶς αὐτούς.

huic materias comparant; neque enim alutarii cerdones, quibus calceatis, quibus fine calceis ambulare melius fit, noverunt; fed neque quibus calceis uti quidem melius eft, quo tamen calceorum genere uti debeant, compertum habent. Id autem Hippocrati haud ignotum eft: cuidam enim arbylis lutum calcantibus calceari praecepit, non tamen ipfe arbylas conficeret, quemadmodum neque imperator galeam, loricam, haftam, clypeum, gladium, aut ocreas conderet. Praeterea neque aedificator de excelfa aut humili domo quicquam novit, aut de converfa ad occidentem aut orientem, aut ad aquilonem vergente et frigida, aut ad auftrum et calida, aut tenebricofa, aut illuftri, aut de humili ejus parte five fuperiore, aut de humida vel ficca, fed quam utilitatem ifta fingula, quamve noxam afferant, prorfus ignorat, perinde ut panifex etiam, cuinam puriffimus panis, cui furfuraceus, cui multus aut paucus, quove tempore fit dandus, ignorat, ipfos vero panes egregie conficit.

ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ μάγειρος ἢ φακῆν, ἢ πτισάνην, ἢ χόνδρον, ἢ τεῦτλον, ἤ τι τῶν ἄλλων ἐπίσταται σκευάζειν, οὐκ εἰδὼς οὐδενὸς αὐτῶν τὴν δύναμιν. αἱ μὲν δὴ τοιαῦται τέχναι τὰς ἁπάσας ὕλας παρασκευάζουσι τῇ θεραπευτικῇ τοῦ σώματος, ὥσπερ αὐταῖς ταύταις ἕτεραι, τῷ μὲν σιτοποιῷ τοὺς πυροὺς ὁ γεωργὸς, καὶ κλίβανον ὁ ἰπνοπλάστης, καὶ ὁ ὑλοτόμος τὰ ξύλα, καὶ ὁ τέκτων τὸν ἄβακα, τῷ τέκτονι δ᾽ αὐτῷ πάλιν ἄλλος μὲν ἀξίνην, ἄλλος δὲ στάθμην, ἄλλος δ᾽ αὖ τὰ ξύλα· [37] καὶ σκυτοτόμῳ δὲ κατὰ ταὐτὰ τὴν μὲν σμίλην ἡ χαλκευτικὴ, τὰ σκύτη δὲ βυρσοδεψικὴ, τὸν καλόποδα ἡ τεκτονική· καὶ οἰκοδόμῳ δὲ λατύποι τε καὶ λιθοτόμοι, καὶ πλινθουργοὶ, καὶ τέκτονες, οἱ μὲν λίθους, οἱ δὲ πλίνθους, οἱ δ᾽ ἐπιτήδεια ξύλα προπαρασκευάζουσιν. αἱ μὲν οὖν τοιαῦται τέχναι σύμπασαι προσδέονταί τε ἀλλήλων καὶ παρασκευάζουσι ταῖς τελεωτέραις τάς θ᾽ ὕλας αὐτὰς, ἐξ ὧν ἐργάζονται τὸ τέλος, ὄργανά τε χρηστὰ, δι᾽ ὧν ἐκείνας κοσμοῦσιν.

Κεφ. μδ΄. Ἁπάσαις δ᾽ αὐταῖς ἐφέστηκεν, οἷον ἀρχιτεκτονική τις, ἡ θεραπευτικὴ τοῦ σώματος, καὶ κελεύει τῇ

Eadem ratione et coquus lentem, hordeum, alicam, betam, aut aliorum aliquid, nullius ipſorum vires cognoſcens, eſui tamen apta reddere peritus eſt. Id genus artes materias omnes arti corporis curatrici ſubminiſtrant, quemadmodum his ipſis aliae, paniſici quidem frumentum agricola, furnum furnifex, arborum ſucciſor ligna; faber lignarius abacum, fabro lignario autem ipſi rurſum alius aſciam, amuſſim alius, item alius ligna; at alutario cerdoni itidem cultrum fabrilis ars, coria pellium concinnatrix, pedis effigiem lignaria, aedium quoque ſtructori ſculptores lapicidae, laterum ſiguli et fabri lignarii, illi quidem lapides, iſti lateres, hi vero ligna idonea praeparant. Omnes igitur id genus artes mutua ope indigent, et perfectioribus materias ipſas, ex quibus finem aſſequuntur, ſuppeditant, et inſtrumenta optima, per quae illas adornant, efficiunt.

Cap. XLIV. Omnibus his autem, ceu quaedam architectonica ars, corporis curativa praeſidet, ſiquidem

